Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Ad victoriam pro Idithun psalmus David. Dicit autem Ra[bi] Sa[lomon] quod Idithun est hic nomen instrumenti musici cum quo precinebatur cantus huius psalmi. Alii vero dicunt quod Idithun est nomen unius de tribus principalibus cantoribus a David institutis, prout dictum fuit supra psalmo 38. et secundum hoc sensus huius tituli est quod psalmus iste fuit a David decantatus per levitas qui erant sub Idithun. De materia vero huius psalmi dicunt aliqui quod David fecit ipsum postquam adeptus fuerat regnum Israel, quando Philistei voluerunt ipsum deicere, ut habetur 2 Re. 5. et ideo confidens de deo dicebat: nonne deo subiecta erit anima mea etc. Et consequenter invehebatur contra Philisteos subdens: quousque irruitis super hominem etc. scilicet super me ipsum ad me decutiendum. Sed hoc non videtur bene dictum, quia de eisdem subditur: ore suo benedicebant scilicet michi, et corde suo maledicebant. Philistei autem et alie gentes non benedicebant sibi ore, sed maledicebant corde. Et ideo salvo meliori iudicio videtur mihi quod fecit psalmum istum cum esset in persecutione Saul. Et hoc postquam ad verbum Gad prophete de terra Moab rediit ad terram Iuda, ut habetur 1 Re. 22. de quo etiam fecit psalmum decimum ut supra dictum est, tamen illum fecit in suo reditu. Istum autem postquam per aliquod tempus in terra Iuda mansit. Et quia rediit et in Iudea mansit ex divina confidentia, ideo psalmus decimus ab ea incipit cum dicitur: nonne deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum. Sed secundum hoc psalmus iste in duas partes dividitur, quia primo describitur ipsius David de deo confidentia. Secundo redarguitur adversariorum suorum malitia, ibi: quousque irruitis. Circa primum dicit sic: nonne deo subiecta erit anima mea, obediendo mandato eius per Gad prophetam, quasi diceret sic. Et subdit causam dicens: ab ipso enim salutare meum, id est expecto salutem meam in anima et corpore, quod probat per hoc quod subditur: nam et ipse deus meus per creationem et salutaris meus per gubernationem, adiutor, quamvis Saul me persequeretur, non movebor amplius de terra Israel, id est de voluntate eius. Ex quo enim ad eam redierat de mandato domini, non est verisimile quod postea de ea exiverit transiens ad terram Philistinorum, ut habetur primo Re. 27. sine divina revelatione specialiter sibi immediate facta, vel per Gad vel alium prophetam seu per Abiathar sacerdotem qui erat cum David et frequenter per eum consulebat dominum, ut habetur primo Re. in pluribus locis, quamvis talis revelatio non sit scripta, quia non omnia scripta sunt. Quousque irruitis. Hic consequenter David arguit adversariorum malitiam. Et primo arguit eos de crudelitate. Secundo de cupiditate, ibi: veruntamen. Circa primum dicit sic: quousque irruitis, tu Saul, Doeg et consiliarii, in hominem, id est in me ipsum irrationabiliter et iniuste, et loquitur de se tamquam de alio. Interficitis universi vos, id est queritis interficere, tamquam parieti inclinato, id est minamini mortem tamquam parieti propinquo ad ruinam. In hebreo et in translatione Ieronimi sic habetur: Sicut muro inclinato et macerie corruenti, et sic non refertur ad David, sed ad persecutores eius. Et est sensus: minam in morte sicut muro inclinato et maceria corruens minatur mortem transeuntibus iuxta se. Verumtamen precium meum cogitaverunt repellere, scilicet Saul et consiliarii eius. Et vocat hic David precium suum duas filias Saulis, quarum primam Saul promisit sibi dare in precium pro bellis contra Philisteos gerendis, et secundam quam dedit David pro centum preputiis Philistinorum, et tamen illud precium fuit a David repulsum, quia prima fuit data Adeli Molathite, ut habetur primo Re. 18. et secunda post fugam David fuit data Faltiel filio Lays, ut habetur 2 Re. 3. Cucurri in siti, id est ad bellum contra Philisteum expedite processi ex desiderio habendi filiam regis uxorem. Vel aliter: in siti,

quia bellantes multum sitiunt, pro eo quod dicitur hic: In siti. In hebreo habetur: narraverunt mendacium, et in translatione Ieronimi: placuerunt sibi in mendacio. Et sic refertur ad Saulem et ad consiliarios eius qui mendaciis volebant decipere David. Ore suo benedicebant, id est Saul et sui consiliarii pretendentes ore quia fieret gener regis ad meam exaltationem, et corde suo maledicebant, quia per hoc me morti tradere volebant gladiis Philistinorum, ut habetur primo Re. 18. ubi dicitur sic: Saul autem reputabat dicens: non sit manus mea super eum, sed sit super eum manus Philistinorum. Veruntamen. Hic David repetit suam confidentiam in deo, et exponatur sicut in principio psalmi, quia est eadem sententia et prope littera usque ibi: In deo salutare meum, id est tota salus mea secundum illud apostoli 1 Cor. 1. qui gloriatur in domino glorietur. Deus auxilii mei, id est dator auxilii mei in tempore presenti. Et spes mea in deo est, scilicet vite future. Spes enim est certa expectatio future beatitudinis ex gratia et meritis proveniens. Et ideo ad hanc spem inducit fidelem populum dicens: Sperate in eo omnis congregatio populi, scilicet fideles. Infideles enim non habent unde vitam beatam sperare valeant. Effundite coram illo corda vestra, id est preces ex devotis cordibus procedentes. Deus adiutor noster in eternum, sine cuius adiutorio nullum opus est meritorium. Veruntamen. Postquam David arguit persecutores suos de crudelitate, hic consequenter arguit eos de cupiditate. Et primo arguit eorum avaritiam. Secundo subdit causam, ibi: Semel. Circa primum dicit: veruntamen vani filii hominum. Dicuntur enim homines vani qui non ordinant opera sua ad finem debitum, cuiusmodi sunt avari finem suum ponentes in divitiis, sicut medicina non dicitur sana que non ordinatur ad sanitatem. Mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant. Ipsi enim cupidi homines in falsis ponderibus student alios decipere. De vanitate in idipsum, omnia enim talia studia dicuntur vana vel vanitas, quia sunt ad malum ordinata. Et quia taliter acquisita in morte derelinquuntur. Licet autem rex Saul in talibus deceptionibus in propria persona non verteretur, tamen quia erat cupidus, quod patet ex hoc quod Gabaonitas occidit iniuste cupiditate hereditatis eorum ductus, ut habetur 2 Re. 21. Credibile est quod talia per alios exercebat. Doeg autem Idumeus et alii eius satellites per se et per alios talia exercebant. In hebreo sic habetur: mendaces filii hominum in stateris ad ascendendum, id est ad ponendum in statera. Ibi: et vanitas simul, id est sunt eiusdem ponderis, ut exponit Ra. Sa., quia tales nil valent nec sicut ipsa vanitas. Nolite sperare in iniquitatem, per fraudulentias et rapinas. Nolite concupiscere, auferendo aliena per violentiam. Divitie si affluant nolite cor apponere, ponendo ibi finem ultimum, quia ista deducunt ad gehenne interitum. Semel. Hic reddit predictorum causam, que accipitur ex rigore divine iustitie ad puniendum malos et dulcore sue misericordie ad premiandum bonos. Et hoc est quod dicitur: semel locutus est deus, quia in deo unicum est verbum quo omnia exprimuntur et dicuntur, licet ad homines diversis revelationibus notificentur. Ideo subditur: duo hec audivi. Et que sint illa subdit: quia potestas dei est ad puniendum secundum rigorem tue iustitie. Et tibi domine misericordia ad premiandum secundum dulcorem tue gratie. Nec mirandum si mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam, quia talis mutatio frequenter fit in prophetis et maxime in libro psalmorum qui metrice scriptus est in hebreo. Quia tu domine reddes unicuique iuxta opera sua, sicut iustus iudex qui non permittit aliquod malum impunitum nec aliquod bonum irremuneratum. Moraliter potest exponi psalmus iste de quolibet iusto qui ex obedientia ad deum persecutiones iniustas tollerat, et iniquitatem persecutorum arguens coram deo memorat, et equitatem retributionis pro utrisque expectat.

Deus deus meus

LXII

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo: psalmus David cum esset in deserto Iude. Et similis titulus

62

ponitur in translatione Ieronimi. Et ex hoc patet falsitas tituli qui communiter ponitur in bibliis nostris. psalmus dauid cum esset in deserto ydumee. Item quia omnes expositores tam hebrei quam latini dicunt quod dauid fecit hunc psalmum fugiens a facie saul, in tota illa fuga non legitur dauid fuisse in ydumea, sed tantum in terra moab et terra israel, et ultimo in terra philistinorum. propter quod sicut dixi a principio de titulis psalmorum parum est curandum, nisi pro quanto accipiuntur immediate ab hebreo uel a translatione Ieronimi iuxta hebreum, quia in aliis multa sunt apposita secundum fantasias expositorum. ¶ De materia uero huius psalmi sciendum quod dauid in principio persecutionis sue a saule fugit ad regem moab ut habetur primo Reg. 22. Sed inde ad dictum gad prophete rediit ad terram iuda ut ibidem dicitur. et habitauit in locis desertis quia in ciuitatibus non poterat habitare propter persecutionem saulis, et ideo tunc indiguit consolationibus diuinis. tum quia erat in tanta sui persecutione. tum quia erat in locis desertis et sterilibus omnibus bonis et deceus fuit quod deus eum consolaretur quia ad eius mandatum uenerat ad locum illum. de illis fecit hunc psalmum in quo primo gratiatur de consolationibus diuinis. secundo uaticinatur deiectionem suorum aduersariorum ibi. ipsi uero. tercio letatur in laudibus conditoris ibi. rex uero. Circa primum dicit sic deus deus meus ad te de luce uigilo. quia summo mane ad diuinas laudes consurgebat contra principes qui usque ad altum diem uolunt dormire. Sitiuit in te anima mea desiderans consolationem tuam in hoc deserto in temporalibus et spiritualibus, et maxime de christo quia dauid summe desiderabat christum de suo semine secundum carnem nasciturum, quia de ipso ad dauid facta est repromissio. ideo subdit. quam multipliciter tibi caro mea quia multi de dauid carnaliter descendentes ut ezechias iosyas ysayas et daniel et multi alii sancti qui fuerunt de semine regio hoc desiderauerunt uidere quod uidistis. In terra deserta. quia tunc dauid erat in deserto iudee ut dictum est. in uia inaquosa. id est carens riuis et aquis, qualis est terra deserti. Sic in sancto apparui tibi id est sic in tali loco habui illuminationem et consolationem tuam ac si essem in loco sanctuarii tui ubi fiebant diuine reuelationes, eo quod ibi erat archa testamenti et cultus dei. ut uiderem uirtutem tuam. a persecutione saulis me protegentem. et gloriam tuam. quia talis protectio cedebat ad gloriam tuam, uel aliter. ut uiderem uirtutem tuam id est christum de me nasciturum qui est dei uirtus secundum illud apostoli prima ad Cor. 1. predicamus christum dei uirtutem et gloriam tuam. gloria est clara notitia cum laude diuina. Ad notitiam autem patris in diuinis filio pertinet, et ideo dicitur dei gloria sicut et dei uirtus. quoniam melior est misericordia tua super uitas. uita enim nature. uita gratie. et uita glorie dependent ex dei misericordia tanquam ex re meliori, ideo subdit. labia mea laudabunt te. pro consolationibus tuis mihi exhibitis. Sic benedicam te in uita mea id est in tota uita mea. et in nomine tuo id est in uirtute nominis tui. leuabo manus meas id est in oratione deuota. Sicut adipe pinguedine repleatur anima mea id est sicut corpus reficitur pinguibus, sic anima mea tuis illuminationibus et consolationibus. et labiis exultationis laudabit os meum. quia a tantis beneficiis non ero tibi ingratus. Sic memor fui tui super stratum meum. cogitans de tua bonitate non solum de die sed etiam de nocte. et in matutinis meditabor in te. quia fuisti adiutor meus. et in uelamento alarum tuarum exultabo. id est de tua protectione gaudebo. adhesit anima mea post te. per feruentem dilectionem. me suscepit dextera tua. id est sua protectione et consolatione. ¶ Ipsi uero. hic consequenter dauid uaticinatur deiectionem suorum aduersariorum dicens. ipsi uero. scilicet saul et complices sui. In uanum quesierunt animam meam. quia frustrati sunt sua intentione, qui querebant dauid occidere. Introibunt in inferiora terre. quia aliquando querebant dauid in cauernis terre et spelunciis. uel inferiora terre id est gehennam que est in inferioribus terre. tradentur in manus gladii. quia gladio ceciderunt in monte gelboe. partes uulpium erunt. Cadauera enim eorum remanserunt

super terram ita quod uulpes et alie fere poterant de eis comedere. ¶ Rex uero. hic ultimo dauid letatur de consolationibus conditoris dicens. Rex uero letabitur in deo. et loquitur de se sicut de alio et uocat se regem. tum quia iam inunctus fuerat per samuelem ut habetur primo Reg. 16. tum quia erat certificatus diuina reuelatione quod regnaret post saulem. laudabuntur omnes qui iurant in eo. Iuramentum enim debite factum est actus uirtutis qui fundatur super reuerentiam diuine ueritatis. ideo dicitur deutero. x. capitulo per nomen illius iurabis. quia obstructum est os loquentium iniqua. scilicet doeg et aliorum detractorum saulem contra dauid mendaciter prouocantium, quorum os fuit obstructum quando ceciderunt in monte gelboe. Et loquitur hic dauid de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie. ¶ Moraliter patet expositio. psalmus iste de quolibet iusto in persecutione hominum posito, qui tamen fouetur diuinis consolationibus et eius aduersarii finaliter destruuntur, propter quod letatur non zelo uindicte sed iusticie diuine.

LXIII

Exaudi deus.

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Ad uictoriam psalmus dauid. et in translatione Ieronimi. uictori canticum dauid. et idem significat preexpositum ex superdictis in pluribus titulis similibus. Dicit autem Ra. Sa. quod doctores hebreorum antiqui exposuerunt hunc psalmum de daniele qui fuit ex semine dauid. unde ysayas dicit ezechie regi. Ysa. 39. de filiis tuis qui egredientur ex te quos generabis tollentur et erunt eunuchi in palatio regis babilonis, quod fuit impletum in daniele et sociis eius ut habetur daniel. primo. dauid igitur preuidens in spiritu quod daniel de suo semine nasciturus per iudicium malignantium foret in lacum leonum proiciendus, et deinde mirabiliter liberandus fecit hunc psalmum loquens in persona danielis. Secundum hoc diuiditur in tres partes, quia primo recolitur dei beneficium. secundo describitur malum aduersariorum ibi. quia exacuerunt. tercio ostenditur bonum considerantium ibi. conturbati sunt. Circa primum dicitur. exaudi deus orationem meam cum deprecor. taliter enim daniel precabatur dominum intra lacum leonum. a timore inimici eripe animam meam. id est a timore leonum quibus datus sum ad deuorandum, et sic factum est quia misit deus angelum suum et conclusit ora leonum ut habetur dan. 6. et sic sine timore potuit cum eis esse. et accipitur hic singulare pro plurali cum dicitur inimici id est inimicorum. Sicut exo. 8. uenit musca grauissima id est multitudo muscarum. protexisti me a conuentu malignantium. id est machinantium malum in corde et in ore propter quod subditur. a multitudine operantium iniquitatem. Circa quod sciendum quod darius rex disponebat ponere danielem super totum regnum, ut habetur daniel. 6. propter quod principes et satrapes inuidentes congregati sunt adinuicem querentes occasionem mortis contra danielem, et sic moreretur. Et ideo dixit. protexisti me a conuentu malignantium quia deus ipsum mirabiliter liberauit. ¶ Quia exacuerunt. hic consequenter describitur malum ipsorum aduersariorum danielis. et primo describitur eorum malum malicie uel culpe. secundo pene ibi. infirmati sunt. Circa primum dicitur. exacuerunt ut gladium linguas suas. tractando de morte innocentis danielis. Intenderunt arcum suum rem amaram. In hebreo habetur uerbum amarum. archus autem ferit a longe, et isti subtiliter posuerunt a longe illa per que finaliter daniel moreretur ut post uidebitur. subito sagittabunt eum. hoc enim intendebant scilicet finaliter ex improuiso occidere. non timebunt dei uindictam super se uenturam. firmauerunt sibi sermonem nequam. quia erant in sua malicia obstinati. narrauerunt ut absconderent laqueos.

idest

idest modos capiendi danielem maliciosos. Dixerunt
quis uidebit eos? q. d. nullo uidebit. iterum nemo do
net habeamus effectum. et ita accidit. quia ut habetur dan.
vi. principes et satrape suaserunt regi ut poneret edic
tum quod omnis qui aliquam petitionem a quocumque deo et homine
usque ad triginta dies nisi a te rex, mittatur in lacum
leonum. et hoc dicebant sub pretextu boni eius ut sic
homines magis redigerentur sub timore darij in principio
regni eius ut ibidem plenius exposui. per hoc intendentes ca
pere danielem de quo tenebant quod non dimitteret ad
orare deum suum propter regis edictum, quod et accidit
ut ibidem habetur. Rex autem in principio non percepit eorum frau
dem quia non posuisset illam legem quod patet ex hoc quod po
suit curam suam ut liberaret danielem ne mitteretur in
lacum leonum ut habetur ibidem. Scrutati sunt. hic consequenter
describitur malum pene ipsorum cum dicitur. scrutati sunt
iniquitates. quia cum magna diligentia consideraverunt
vias iniquas ad interficiendum danielem. defecerunt
scrutantes scrutinio. i. defecerunt ab intento quia prin
cipaliter daniel fuit liberatus et ipsi fuerunt deuora
ti a leonibus. ideo subditur. accedet homo ad cor altum.
In hebreo habetur. ad cor profundum. secundum illum modum loquendi
qui habetur io. iiii. puteus altus est. i. profundus. iste homo
fuit darius rex qui profunde considerans profunditatem diuine
sapientie et iusticie in admirabili saluatione danielis a leoni
bus iussit accusatores eius mitti in lacum leonum cum filiis et
uxoribus. et exaltabitur deus. quia tunc darius scripsit uniuersis po
pulis regni sui ut omnes timerent et colerent deum da
nielis: ut habetur ibidem. et sagitte paruulorum facte sunt pla
ge eorum. etc. quia propter illa que protulerunt ad mortem da
nielis querendam mortui fuerunt ut patet ex dictis. et no
minantur hic paruuli quamuis essent principes et magni ex
inuidia quam danieli habebant. moti ut dictum est. inui
dia est tristicia de bono alterius in quantum extimatur proprii
boni diminutiua, ut dicit philosophus secundo rethoricorum. ideo nul
lus inuidet alteri nisi in quantum reputat se diminutum et per
consequens paruulum. et ideo omnis inuidus in quantum huiusmodi est paruulo
similis, quod declarat beatus gregorius in suo moralium exponens
illud iob. v. paruulum occidit inuidia. ab illo uero loco in
clusiue. et exaltabitur deus. littera hebraica sic habet. sagit
tauit eos deus et sagitta subitanee sunt plage eorum. et in
ualuerunt eos lingue eorum. translatio uero ieronimi sic
habet. sagittabit eos deus iaculo repentino. inferentur
plage eorum et corruent in semet ipsos linguis. et patet
quod eadem est sententia in hebreo et in translatione ieronimi. et
exponitur de iaculo seu sagitta diuine iusticie qua per
cussi fuerunt aduersarii danielis subito. quia cum crederent e
um inueniri a leonibus deuoratum eductus fuit uiuus et sa
nus. et ipsi fuerunt conuersi leonibus et in momento deuo
rati. ¶ Conturbati sunt. hic consequenter describitur bonum
consideratiuum. quia omnes uidentes liberationem danielis mi
rabilem et punitionem aduersariorum eius terribiliter fuerunt admi
rati et timuerunt deum danielis. et hoc est quod dicitur. con
turbati sunt etc. non turbatione doloris sed admirationis.
et timuit omnis homo deum danielis. et annunciauerunt opera
dei. quia istud factum fuit publicatum per totum regnum
ad laudem dei ut predictum est. et facta eius intellexerunt.
i. intra se legendo meditati sunt aduertentes quod hec
non poterant contingere nisi diuina uirtute. letabitur iustus.
i. daniel in domino. quia leticia sua erat debite ordinata.
et sperabit in eo. de futuris uitam obtinenda. et lauda
buntur omnes recti corde. eius. sc. danielis qui saluatus est propter
suam rectitudinem ¶ Moraliter potest exponi psalmus iste
de quolibet iusto ab iniquis usque ad mortem ca
lumpniam sustinente. qui in pena iusticia subito diui
nitus liberatur et eius aduersarij condempnantur.

Te decet hymnus. LXIIII

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Ad uictoriam
psalmus cantici. In translatione ieronimi sic dicitur. uictori psalmus dauid
cantici. Expositio autem patet ex superdictis in pluribus titulis. In aliquibus
autem bibliis ponitur sic titulus. In finem psalmus dauid
canticum ieremie et aggei uel ezechiel de uerbo peregrinatio
nis. sed uerba ista et consilia non inueniuntur sed sunt quedam ad
ditiones facte ab expositoribus eo quod psalmus iste loquitur de re
ditu captiuitatis babilonice quem predixerunt ieremi
as et ezechiel. aggeus prophetauit his qui redierant de
captiuitate pro templi reedificatione quam dauid preuidit
in spiritu. et de hoc fecit psalmum istum. Diuiditur autem iste
in duas partes. quia primo agitur de reditu captiuitatis.
secundo de statu fertilitatis ibi. uisitasti terram. Circa primum dicitur.
Te decet hymnus deus in syon. sic dicebant redeuntes
de captiuitate. eo quod deus illum locum elegerat ad cultum suum
ut habetur paralipomenon. vi. In hebreo habetur. tibi silentium laus deus
in syon. et in translatione ieronimi iuxta hebreum. tibi silet
laus deus in syon. nec est contrarium translationi medie. quia
hoc dicitur pro eo quod diuina laus quantumcumque fiat ab homine
deficit in infinitum a diuina magnitudine collaudanda.
et tibi reddetur uotum in ierusalem. quia ibi adducebant ea que
domino per uotum obligabant. Exaudi orationem meam.
uox est populi redeuntis de reedificatione templi postulantis.
ad te omnis caro ueniet. i. de omni natione uenient homines
ad te adorandum quando templum fuit reedificatum. Unde
act. viii. legitur quod eunuchus regine candacis aloquitur
quem ualde probabiliter uenit adorare deum in ierusalem in illo tem
plo reedificato. et idem fiebat de aliis multis probabiliter.
Uerba iniquorum. i. facta babilonicorum eo modo quo dicitur secundo
Re. primo quod est uerbum quod factum est. preualuerunt super
nos. propter peccata nostra nos captiuando et templa destruendo
et impietatibus nostris tu propiciaberis. ad terram nostram
nos reducendo et templum nostrum reedificando. beatus
quem elegisti et assumpsisti. ad seruiendum tibi in loco cul
tus tui. inhabitabit in atriis tuis. atria erant loca an
te templa ubi fiebant sacrificia. sic uero per legis lectiones
ut dictum fuit plenius e. xx. replebimur in bonis domus
tue. quia sacerdotes et ministri uiuebant de bonis ob
latis in domo dei. de hostiis cum pacificis offerentes
unam partem habebant quam coram deo leticiter comede
bant. sanctum est templum tuum. i. tuo nomini dedicatum. mi
rabile in equitate. omnes enim cause difficiles et dubie
referebantur ibi ad sacerdotes leuitici generis. ut habetur
deutro. xvii. ut determinarent quid esset iustum et iniu
stum et erat stabilis et firma sententia eorum. Exaudi nos deus
salutaris noster. in reedificatione templi et ciuitatis. spes
omnium finium terre. i. tu qui es spes omnium habitantium in mari
et in terra et quantumcumque longe. quia nullum bonum possunt
habere nisi a te. et allatum ad hoc ro ex parte diuine potentie
cum dicitur. preparans montes. i. tu qui facis et sustentas mon
tes pro tua uoluntate. qui conturbas profundum maris. com
mouens tempestates sicut tibi placet. et quia ex talibus
homines terrentur ideo subditur. turbabuntur gentes et
timebunt qui habitant terminos terre. scilicet tonitruis a signis
tuis. i. a mirabilibus que facis in terra et in mari omnes
contremescunt. q. d. tu qui es tante potentie potes nos
exaudire in templi et ciuitatis reedificatione. ideo subditur.
exitus matutini et uespere delectabis. i. oblationes sac
rificij matutini et uespertini delectabiles facies. et hoc
in fidelibus tibi deuotis. et hoc potissime fuit templo rehe
dificato. quia etiam a primo reditu in ierusalem hedificauerunt al
tare et obtulerunt super illud holocaustum domino mane et
uespere. ut habetur primo hesdre. iii. ¶ Visitasti terram. hic consequenter
dauid prophetizat de statu fertilitatis futuro post redi
tum captiuitatis cum dicitur. uisitasti terram et inebriasti eam.
pluuiis ipsam fecundando. et loquitur de futuro per modum preteriti
propter certitudinem prophetie. multiplicasti locupletare eam.
quia ex fertilitate terre nascuntur que sunt diuitie naturales.
multiplicantur ulterius diuitie artificiales. Flumen dei

repletum est aquis. hic e flumi iordanis qui di dei fluui quia ad ingressum arche dei nudatus fuit eius alueus ut h. iosue .3. et quia i illo baptizato fuit xps deus et homo. pasti tibi illorum qui ita e ppatio eius. fm eu q aque iordanis sut maiores ul' minores fm s terra illa pmissionis pfert fructo ampliores ul' pau ciores ut audiui ab aliquibus qui habitauerut ibi. Riuos eius inebrians. In hebreo et trnslatoe ieronimi h. sulcos eius inebrias. et tn q sulci terre qui fit q quida n uuli humectatur illa q sut seminata ul' plantata ad germinadu et fructificandu disponuntur. In stillicidijs eius .i. in pluuijs de celo stillantibus a deo letabitur ger minas. pferens in terra germina que tuc de leta me thaforice, sicut et pratum ridere qn incipit uirescere uel di terra germinatis letari quia tuc e ta letitie coletibus eam et habitantibus in ea. benedices corone anni benig nitatis tue .i. ex benignitate tua benedices cuilibet anni dando rores pluuias et calores et huiusmoi tpibus debitis put expedit fecundationi terre. ideo subdi et campi tui replebunt ubertate. s. frugum et uocant hic campi terre culte. pinguescent speciosa deserti. pfe rendo sine hominu cultura pascua apta aialibus nutrediis et exultatione colles accingentur .i. herbis uirentibus cir cundabuntur et sic exultabut colles methaforice sicut p tum uires di ridere. uel quia tales herbe sut ca exulta tionis pastoribus et aialibus. Induti sut arietes ouium. In hoc designatur habundantia lanarum que sut indumeta arietum et ouium. et ualles habudabut frumento. In terra .n. illa i uallibus seminat inchoata grana. cla mabut et hymnu dicent. dicit clamore hymnu di re methaforice sicut sup expositum est. ul' q ex frumet illis dabantur primitie sacerdotibus et decime leuitis di uinas laudes cantantibus. ¶ Moraliter pt exponi ps iste de quolibet peccatore tanq de redeunte de babilone captiuitate ad fertilitatem bonorum operum totis uiribus hanelante tam in se q in aliis et pot ad hoc lra applicari.

Iubilate deo LXV

Huic ps premittitur talis titulus in hebreo In uictoriam canticum ps. dd. In trnslatione Ieronimi. Victori canticum ps. et pz expositio utriusq ex sup dictis in similibus titulis. sz ex titulo isto no appet actor uer nra. Ra. sa. exponit huc psalmu tanq sit gratiarum actio p liberatione filiorum de captiuitate in qua sut uideri i diuersis ptibus orbis. ad q applicat quod istu di. Impo suisti hoies sup capita nra .i. duros reges et consolatio lites et q ab hac captiuitate sperant liberari p messia uenturu et eius templum reedificaturu ubi reddent uota que faciut i captiuitate ista ut liberent dicta. io pea sub ditur. Introibo in domu tua i holocaustis reddam uota mea tc. hec aut expo fundatur sup fundametu erro neum et p oms ruinosum .s. q xps sit uenturus i mundu q iam transiit in pritum. Ideo melior uidetur saluo in uidetur q iste ps a quocunq sit facto e gratiarum actio p liberatione pp iuda de egypto de qua liberatoe plu res alij psalmi faciut metione. ps iste diuidi i duas ptes q actor huius ps inducit hoies ad dei laude. so ad hoc inducit multiplicem ronem ibi ueite et uidete. Ci rca primum dicit. Iubilate deo omnis terra .i. omes habi tantes in terra. Et di iubilus ppe gaudium in corde qd no pt compalitur celari qn ostenditur in signo extrio psalmu dicite noi eius. In hoc uidetur ee pphia de fu turo q iste psalmus eet decantandus in dei laude a di uersis genatoibus. date gloriam laudi eius .i. timore depo sito laudate eu coram oibus q gla est clara uoca cum laude. dicite deo q terribilia sut opa tua dne. i mul tiplici egyptiorum percussione. ut h. in exo. usq ad .18. caplm iclusiue. In multitudine uirtutis tue men

tient tibi inimici tui. loquitur de pterito p modu fut sicut frequenter fit i pphis et coi et maxie i libro psal morum rone metri q metre scripto e. pharao aut rex egyptiorum et eius plus plagis percussi frequenter asserebant dimittere pplm isrl' dum tn eent libera ti et ps liberatoem retractabant ut pz i exo. i plu ribus locis, et sic mentiebatur q no itedebat pplm dimitte re s tm liberari a diuina percussione. omis terra ado ret te tc. replicatio e sine i primo usu posite ad ma iorem expssionem affecto sicut fit i gratiarum actionibus ¶ Venite. postq actor huius ps induxit ad dei lau dationem hic onter addiuit ad hoc multiplicem ronem. et adducitur primo ro ex mirabilium opa ro ex ppa giubus liberatione ibi benedicite. tertio ex spuali cosolatoe ibi. uenite et audite. Circa primum dicit. uenite et uidete opa dni. q fuerunt ualde mirabilia in liberatoe ppli isrl' de egypto ut h. in exo. terribilis in consiliis super filios hominu .i. sup egyptios qui ex decreto dini cosilij frequenter terribiliter puniebantur. qui conuertit mare in ari dam. q de mare rubeu diuisit ut filij isrl' trasiret p siccu et egypti eos psequentes mergeretur i pfundu maris. ut h. exo. 14. In flumine pertransibunt pede .i. i flumine iordanis ubi filij isrl' sicco pede trsiet ut iosue .3. ibi letabimur in ipso. q tuc ppls isrl' leta tus fuit in deo. qui dnatur in uirtute sua inetnum quia pns eius ptas eterna que no auferetur daniel' 7. oculi eius super gentes respiciunt. quia omia nu da et aperta sunt oculis eius hebre. 4. qui exaspant deo recalcitrando. no exaltentur in semetipsis. qui et si ad horam eleuentur eternaliter deprimentur ¶ Benedicite. hic onter accipitur ro dine laudis ex liberatione a laboribus duris a quibus liberat fuit isrl' in exitu de egypto. et quantum ad hoc di. benedicite gentes deum nostrum. qui sic liberauit nos de af flictione egyptiorum. qui posuit aiam meam ad uitam. quia quanto pplus isrl' opprimebatur ab egyptiis tanto ma gis multiplicabatur et crescebat. ut h. exo. p°. et non dedit in comotione pedes meos .i. no pmisit me cadere p ydolatriam. qm pbasti nos deus. no ad accipi endum notitiam de aliquo ignorato cum omia tibi nota sint ab eterno, s ut patiam et fidelitatem nram no tu faceres toti mudo. igne nos examinasti .i. i af flictione ignis. quia coquebant coquere lateres ut h. exo. h. ppter q dicit dns de filiis isrl' iere. xi. ca. eduxisti nos de fornace ferrea egypti. induxisti nos i laqum .i. in duram pressuram q pho et serui eius sp cogitabant orones implicandi filios isrl' maio ribus laboribus unde dicebant. uacant eni. ide o uociferant dicentes. eamus et sacrificemus do mino deo nostro opprimantur etia opibus tc. po suisti tribulationes in dorso nostro. quia coqueba tur ab egyptiis portare onera grauia luti et la teris. imposuisti hoies super capita nra. s. exacto res pharonis qui copellebant eos ad opa magis grauia et eos flagellabant ut h. exo. h. transi uimus p igne .i. p labore ignis ad decoquendu la teres et aquam quam apportabat ppls huius ad comiscendum cum terra ut inde lateres formarent et duxisti nos in refrigerium .i. ad libertate a uiam seruitute. ul' aliter. transiuimus per igne. quia murmurante pplo isrl' contra deum in deserto accensus fuit ignis et deuorauit extrema ptem castrorum s orante moyse fuit absortus ut habetur nu. xi. et aquam .s. flumij iordanis que siccata fuit in transitu ppli. et eduxisti nos in refrigeriu .i. in terram pmissam lacte et melle manante introibo in domu tua .i. in locu tui cultus no tn uiamus. ideo subditur. In holocaustis .i. sacrificiis

ad honore

ad honorem dei totaliter incensis. reddam tibi vota mea que distinxerunt .i. distincte a proposito e miserunt labia mea. et locutum est os meum in tribulatione mea. homines .n. in tribulatione existe tes solent vota facere domino si evadant. holocausta medullata .i. bona et pinguia. offeram tibi cum incenso arietum .i. cum arietibus totaliter incensis ad honorem tuum. offeram tibi boves cum hircis. de istis tribus fiebant sacrificia maiora .s. de bobus arietibus et hircis. minora autem fiebant de avibus. Venite hic ostenditur adductio ... divine laudis ex spirituali consolatione cum dicit. venite et audite omnes qui timetis deum. talibus enim narranda sunt divina beneficia qui habent ea in reverentia non autem in malicia obstinatis qui despiciunt ea. propter quod dicit salvator. math. 7. nolite sanctum dare canibus nec margaritas vestras proicere inter porcos. ideo subdit: et narrabo vobis timentibus deum quanta fecit anime mee eam spiritualiter consolando. sicut .n. populus israel valde consolatus quando viderunt egyptios mortuos post transitum maris rubri et in datione legis et aliis beneficiis divinis. ad ipsum ore meo clamavi. ei regratiando. et exultavi sub lingua mea. i. gaudium et dulcedinem sensi interius in corde laudante exterius ore. contrarium ostendit quibus talia conceduntur vel denegantur cum dicit. iniquitatem si aspexero in corde meo. consilium in peccato morta lia. non exaudiet dominus. quia oratio talis non est exaudibilis. propterea exaudivit dominus. supple orationem meam quia non fui talium in conscientia et quia hoc etiam procedit ex dei beneficio ideo subdit. benedictus deus qui non amovit orationem meam eam repellendo propter peccati maliciam. et misericordiam suam a me. supple non abstulit. sed magis beneficia sine merito contulit. et loquitur hic scriptura de populo israel pro illis qui erant boni et devoti ratione quorum comendatur totus populus. sicut econtrario ratione malorum imputatur fi ... de corpore domini ...

Moraliter potest exponi psalmus iste sicut et precedens de quolibet penitente de servitute peccati educto. sicut de egypto qui tenebra interpretatur. et ad dei laudem insurgit ex sua mirabili liberatione que magis est ipsius iustificatione quam celum et terram creare secundum augustinum super ioh. et ex gratuita ... evasione qui sunt in operibus peccatorum. unde dicitur in persona penitentium sapientie .5. lassati sumus in via iniquitatis et perditionis. ambulavimus vias difficiles etc. et etiam ex divina consolatione que frequenter magis sentitur post reversionem ... de peccatis quam ante peccatorum ...

Deus misereatur. LXVI

Hunc psalmum premittitur talis titulus in hebreo. In victoriam in organis psalmus cantici. Et in translatione ieronimi de hic. victori psalmus cantici carminis. et est eadem sententia in utroque titulo que patet ex supradictis psalmis. ex titulis autem istis non apparet actor nec materia psalmi. dicunt autem circa hoc aliqui quod psalmus iste est gratiarum actio pro fertilitate cuiusdam anni. Iudei autem collectis fructibus conveniebant in septembri mense qui mensis erat quasi totius festivus quia in illo mense erat festum tubarum et festum expiationis et tabernaculorum et festum cetus seu collecte ut habetur levitici .23. et quando annus fuerat fertilis et fuerunt ... aliquis vir sanctus et devotus fa ciebat canticum spirituale pro gratiarum actione et sic fuit de isto psalmo ut dicunt. Sed non exprimunt quis fuit ille actor. Secundum hoc igitur iste psalmus in duas partes dividitur quia primo ponitur huius fertilitatis imploratio. secundo pro ob tentu ipsius gratiarum actio ibi. confiteantur. Circa primum dicitur deus misereatur nostri. peccata remittendo. et benedicat nobis. in bonis spiritualibus et temporalibus nos multiplicando. Illuminet vultum suum super nos. loquitur scriptura de deo ad modum hominis qui quando vult facere gratiam alicui ostendit vultum hilarem et iocundum. ut cognoscamus in terra .i. in fertilitate terre. viam tuam .i. vestigia tue gratie per effectum fertilitatis concesse. in omnibus gentibus salutare tuum .i. sit in omnibus gentibus notum quod tu habes spirituale curam de salute nostra. ideo subdit. confiteantur tibi populi deus .i. per effectum nobis concessum confiteantur tuam deitatem ad te convertantur sicut legitur quod quando iudei fuerunt liberati mirabiliter de persecutione aman multi gentiles per diversas partes eorum cerimoniis insequebantur ut habetur hester .8. letentur et exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate. sic patuit in aman qui divino consilio fuit suspensus pro consiliis suis. et gentes in terra dirigis. quia per tales effectus dirigis gentiles ad cognitionem tue veritatis. Confiteantur. hic ostenditur positum gratiarum actio pro fertilitate adepta cum dicit. confiteantur tibi populi deus .s. confessione tue laudis et quare debeant sic confiteri subdit. terra dedit fructum suum. in magna copia. per tue gratie beneficium. ideo subdit. benedicat nos deus deus noster etc. de futuro sicut iam fecit de preterito. et metuant eum omnes fines terre. tanquam iudicem omnium ad puniendum potentissimum. licet autem hec exposito in pluribus concordet littere, tamen videtur aliquo modo extraneum quod pro fertilitate in iudea que est parva terra mutarentur omnes gentes et populi totius huius mundi ad confessionem divine laudis. maxime quia talis fertilitas non erat nota in aliis terris propterea quod salvo meliori iudicio videtur mihi quod psalmus iste non est gratiarum actio pro preterito beneficio sed magis est prophetia de futuro .s. de christi incarnatione et eius conversatione inter homines quod quidem beneficium fuit a sanctis patribus summe desideratum. propter quod aliquis sanctus propheta quicumque fuit ille videtur de hoc fecisse psalmum istum dicens. deus misereatur nostri. mittendo salvatorem nobis. et benedicat nobis. conferendo gratiam suam. illuminet vultum suum super nos. clarificando miraculis filium suum, qui dicitur vultus patris quia eius est ymago. colo. p. dicit. transtulit in regnum filii dilectionis sue qui est ymago invisibilis dei. hoc enim petebat salvator ioh. 17. pater clarifica filium tuum. Respondit clarificavi et iterum clarificabo eum ante mortem et post resurrectionem. et misereatur nostri. liberando a gehenna per sanguinem filii sui. ut cognoscamus in terra viam tuam. psalmista convertit verbum suum ad christum cuius via hominibus fuit cognita inter homines conversando sanitates donando. In omnibus gentibus salutare tuum. quia salus per christum facta notificata est omnibus gentibus per predicationem apostolorum secundum quod dicitur act. 18. In omnem terram exivit sonus eorum. et in fines orbis terre verba eorum. confiteantur tibi populi deus. confitendo tuam deitatem. confiteantur tibi populi omnes. impedendo laudis futuram. letentur et exultent gentes. de sua vocatione ad fidem christi. quoniam iudicas populos in equitate vocando ad fidem se disponentes per opera iusta sine personarum acceptione. unde petrus videns vocationem cornelii iusti dixit act. 10. In veritate comperi quod non est personarum acceptio apud deum. sed in omni gente qui timet deum et operatur iustitiam acceptus est illi. ideo subdit. et gentes in terra dirigis. In viam eterne salutis. confiteantur tibi populi deus etc. et quid debeant confiteri subdit. terra dedit fructum suum. i. virgo beata protulit filium suum. de qua terra dicit ysayas 45. aperiatur terra et germinet salvatorem. et quia vocandi ad fidem baptizandi erant in nomine trinitatis secundum quod habetur math. ultimo. euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. ideo subdit. benedicat nos deus etc. conferendo gratiam baptismalem. et dicitur benedicat in singulari ad denotandum unitatem essentie. et ter deus ad ostendendum trinitatem personarum sicut ostenditur per seraphin ter sanctus clamantia et unitas essentie per hoc quod subdit dominus deus exercituum. et metuant eum omnes fines terre. non timore servili sed filiali quod stat cum caritate

Exurgat deus. LXVII

huic ps pmittitur tal' titulo in hebreo . Ad victo
riaz david ps cantici . et in tnslatoe ieronimi victo
ri david ps cantici . Et est eade snia utrobiqz q pz
ex predictis in aliis titulis . Ex titlo aut isto pz actor
huius ps . s. david . de mia vo huius ps dicit Ra. sa. et
alij hebrei et aliqui doctores catholici i hoc eos
sequetes q david fecit huc psalm p graz actoe de bn
ficiis collatis pplo isrl' ptiz in egressu de egypto . et
pti in pgressu p desertuz et pti i igressu terre pmis
sionis et p' egressuz . dicit tn q ista bnficia no po
nuntur in hoc psalmo eode ordine quo fuerut facta .
sz qntuz ad aliqua piora p'ponutur posteriora et eco . Et
quia ista expoito e multuz intricata et i aliquibus
videtur extorta . Cuz hoc eciaz et satis plixa . ideo
eaz dimitto et accipio alia que magis consonat scp
ture novi testamti . Paulus n. apo ad ephe . e . expo
nit scptura huius ps de missione sps sancti p' ascen
sionez . d . unicuiqz nrm data e gra scdm mensuz donato
nis xpi . ppter q dixit ascendes in altu captivam
duxit captivitatez dedit dona hoib' ec . ppter q videt'
q ps iste ad lraz no sit graz actio de preteritis bnfi
ciis . sz mag' pphia de futuris p xpm exhibedis . q p
videns david in spu fecit psalmuz istuz . Scdm igitur
huc sensuz ps iste in duas ptes dividi . q: pmo agitur
de rrne xpi . scdo de eius ascensione et cu illis agi de bnfi
ciis sequtibus ad ea . sca incipit ibi . Cantate deo . Circa
pmu david postulat xpi resurrexione . d . Exurgat deus
quia xpus mortuus fuit ex huanitatis ifirmitate . sz re
surrexit ex virtute deitat' . et dissipent' inimici eius
.i. iudei qui in vindictaz mortis xpi p titu et vespa
sianu ptiz fuerut cruciati et ptiz captivati et per
orbem dispsi . Vl' aliter . inimici eius .i. sps maligni qui
xpo resurgente fuerut cofusi et spoliati . et fugiant
qui oderunt euz .i. demones . a facie eius quia post resur
rexionez in noie xpi fugabant' demones ex obsessis .
Sicut deficit fumus deficiant . no est p hoc intelli'
q corruptio eoz fuerit qntuz ad nraz cuz sint inmortales
sz deiectio eoz a ptate qua hebant sz hoies adoraba
tur .n. coiter i ydolis que ydolatria e p orbe anullata
Sic peant peccatores .i. demones modo pdicto q ppe
vocantur peccatores q: sunt i pcto obstinati q: irreme
diabile e pctm ageli . et iusti epulent' et exultent
i cospectu dei ec . quia p' xpi rrne fideles sil' hitantes
in ihrlm reficiebantur in deo exultantes . scdm q dr act'
2° pdurantes unanimit' i teplo et frangetes circa domos
pane sumebant cibu cuz exultatoe et simplicitate cor
dis collaudantes deuz . Cantate . hic conter agitur de
xpi ascensione et ei' bnficiis . Et pmo invitat' ageli ad
laudandu xpm ascendetez . 2° hoies ibi . regna terre ca
tate dno . Circa pmu invitat' pmo ageli ad ei' ministe
riuz . 2° ad cosorciuz et utruqz cu exultatione . sca incip'
ibi . currus dei . pma adhuc i duas q: pmo david facit
ppositu . scdo ad hoc iducit exeplu ibi . deus cu egrediereris .
Circa pmu dicit Cantate deo . Et dirigi' hoc verbu pn'
ad agelos qui xpo ascendenti exhibebant misteriu cu
laudibus . Unde in eius ascensu appuerut ageli ut hr act'
p° . iter facite ei .i. misteriuz exhibete xpo ascedete .
non ppter sui indigeciaz . sz ad eius magnificencia . qui
ascendit sup occasuz . In hebreo hr . araboc . et ut dicit
hebrei est nome pprium unius de septez celis . qualiter
aut distingut . vij . celos no e pntis speculatonis sz scdm
eos hec est vera litera . qui ascendit i celuz . q copete
tit xpo q: xpus ascendit ad celuz empireuz qd antonomastice
celuz dr et io dr hic in celuz sine additone . eade vo
snia designat' p hoc q dr hic . q ascedit sup occasuz . iudei
eniz adorabant ad occidetez sicut declaratu fuit pleni'
i exo . et 3 . Re . i quibus agi' de dispositoe tabernaculi mo
ysi et tepli salomis . per hoc g' qd dr deu ascendisse sup
occasuz intelligi' sup locu adoratonis huane . s. ad lo

cuz adoratois ange' q' locus e celu ubi angeli ado
rant et veniant deuz . io de xpo subdr . domini vol'u
li . et dr dns abso'te q: pest oim cature scdm q dr co
ultio . data e m oins ptas i celo et in terra . tur
babunt' a facie eius . s. inimici de quibus dictu e in
pn° huius psalmi . patris orphanoz et iudicis vidua
ru .i. a facie illius qui est pr orphanoz et iudex
viduaz . pprium n. ipius dei e misereri orphanis et
vidue qui indigent diuina mia mag' q alie psone
. ideo xps vero deus dr pr orphanoz eos nutriendo .
et iudex viduaz eas liberado de iniuriis sibi illat'
que eis solent inferri eo q no possut se deffedere
vindicando . deus in loco sancto suo . hoc e i celo epi
reo . licet .n. scdm deitatez sit ubiqz p pnciaz esenciaz
et potenciaz in celo tn empireo dr esse spaliter per
glie refulgenciaz scdm eciaz huanitate assumpta et
est ibi sicut i loco ppo et determinato . deus qui inhitare
facit unius moris in domo . p qua pt intelligi ec
clesia triuphans . et oms ibi hitantes sut i caritate
pfecta . cocorditer viventes . pot ecia domus dei dici
eccia militans que fuit valde unanimis p' ascen
sione xpi sub apostolis . scdm q dr act' 4 . multitudinis
aut credeciuz erat cor unu et aia una . nec quisqz eoz
possidebat aliquid qd suu ee dicebat . sz erant illis oia
coia . et quia illo tpre multi de iudaismo et gentilibus ad
fidez xpi convertebant' ut hr act . 2° . et in plurib' locis
. ideo subdr . qui eduxit vinctos i fortitudine ec . Circa q
sciendu q scdm q dicit aug' sup ioh . maius e iustifi
care ipiuz q creare celum et terraz . et io iustificare
ipiuz e opus magne fortitudinis . et maxie qn te
netur i pccatis ligatus vinculo cosuetudinis . et hoc no
cu dr . qui eduxit vinctos i fortitudie . Sz ad huc ma
ioris fortitudinis videtur q aliquis no solu pdicto
modo ligatus . sz eciaz actu psequens fidem convertat'
et de infidelitate educatur . talis fuit paulus et qda
alij plures . ideo subdr similiter . eos qui exasperant .
s. qui xpm verbis et factis ppt' q dicit xps paulo act'
9 . Saule quid me psequeris . Sz adhuc difficili' vide'
q aliquis mortuus i infidelitate seu i mortali pcto
resuscitetur . ut ad fidez seu pniaz revertatur . sicut
fuit de iuvene resuscitato a iohane euvangelista
et de illo qui p suspediuz se interfecerat resuscita
to a bto nico et de multis aliis diuina virtute sic re
suscitatis in noie xpi . ideo subdr . qui hitant in se
pulcris . tnslato ieronimi sic hr . educat vinctos in
fortitudine icreduli aut hitaverut i siccitatibus . et sic est
alius sensus talis . increduli in infidelitate obstina
ti hitaverut in siccitatibus .i. caruerut honore virtutis et
gre . Deus cu egredereris . hic conter adducit'
exeplum ad ppositu ut pocius argumetu ex exeplo
deducatur . quia maius fuit xpm i celu ascendere q a
gelum i psona dei loquetem ad dandu legez sup mote
synay descendere . et io quia tuc facta fuit spalis
gra ppl'o fideli . multo forcius debuit i xpi ascensu fieri
. et hoc e quod dr . deus cu egredereris i cospectu ppli
tui . exeuntis de egypto qn precedebat deus p die
in colupna nubis et p noctez in colupna ignis . exo .
13 . cum ptransireris in deserto . s. usqz ad mote synay
terra mota e . qui mons synay videbat' tremere . et
eciz celi distillaverut a facie dei synay . descedete deus
in synay montem q: nubes desisima opuit motez
exo . 19 . Ex qua nube stillabant pluvie . Ex hoc co
cludit . voluntaria segregabis deus hereditati tue .i.
multo mag' eccia que e hereditas tuo sagiune
epta segregabis voluntarie pluvia gre tue . et i
firmata est . q: post ascensionez xpi eccia i ihrlz
collecta multas psecutiones sustinuit . ut hr . act'
8 . et 9 . tu vero pfecisti eaz . q: deus tantu virtu
tez contulit credentibus q ex illis psecutionibus

i. al' mar...

i. al' humore

mag'

magis creuit et confirmata fuit fides catholica. animalia tua habitabunt in ea. i. fideles tui. qui in pluribus locis sacre scripture dicuntur oues domini et eodem modo hic dicuntur animalia eius et hoc modo accepit hic Ra. sa. d. quod animalia dei sunt filii israel. parasti in dulcedine tua pauperi deus. i. populo catholico qui fuit pauper et abiectus in principali ad sufficientiam secundum quod dicitur act. 4. gratia magna erat in omnibus illis. nec enim quisquam erat egens inter illos. dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. quod fuit tunc impletum secundum quod dicitur act. 4. uirtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri ihesu xpi. rex uirtutum dilecti. translatio ieronimi habet. reges exercituum federabuntur. quia per predicationem apostolorum aliquorumque xpi discipulorum non solum uulgares homines sed multi reges principes et potentes fuerunt federati cum xpo per susceptionem fidei et hoc est quod dicitur. hic rex uirtutum. i. reges potentes et accipitur hic singulare pro plurali. sicut exo. 8. uenit musca grauissima. i. multitudo muscarum. dilecti dilecti. i. facti sunt dilecti ipsius xpi qui est dilectus patris secundum quod dicitur mat. 3. hic est filius meus dilectus etc. et speciei domus etc. qui principes et potentes conuersi ad fidem dederunt ecclesie preciosa donaria ex quibus ornata est ecclesia ut patet in multis hystoriis et sanctorum legendis et hoc est quod dicitur. speciei domus. hoc est ad speciem et decorem domus dei que est ecclesia pertinet diuidere spolia. hoc est diuersis ecclesiis et personis ecclesiasticis diuidere predicta. Consequenter ostendit qualiter cuilibet talibus sit uiuendum cum dicitur. si dormiatis etc. Ad cuius intellectum sciendum quod cleros grece idem est quod sors latine. columba autem hic accipitur pro ecclesia que columba frequenter nominatur in canticis. penne autem huius columbe sunt uirtutes eam ad celestia eleuantes. dicit igitur. si dormiatis id est quiescatis inter medios cleros. i. inter sortes ecclesie. s. militantis et triumphantis. quod fit quando sic utuntur homines bonis presentis uite ut non amittant bona eterne. sed magis acquirant. quia sicut diuitie temporales diminute sunt respectu ita plus sunt ad incrementa uirtutis et sic penne columbe deargentate sunt. quia per has uita ducitur in consciencie puritate. et posteriora dorsi eius. i. superiores partes pennarum que sunt super columbe dorsum. in pallore auri. i. in perfecta caritate terminantur. que habetur in statu patrie. Consequenter ostendit per quorum ministerium deus talia agit cum dicitur. dum discernit celestis. s. pater celestis reges. i. rectores super eam. i. super ecclesiam quod fuit factum quando deus decreuit mittere apostolos ad diuersas partes orbis ad regendam et ordinandam ecclesiam. Ad cuius regimine et ordinatione apostoli instituerunt per diuersas partes orbis episcopos et sacerdotes. ut patet ex eorum gestis. Ideo subdit. niue dealbabuntur in selmon. selmon uniuersaliter est nomen proprium cuiusdam montis ut habetur in dictionibus. alio modo est nomen appellatiuum et significat obscuritatem. et sic accipitur hic ab hebreis. et sic est sensus huius littere niue dealbabuntur. et est modus loquendi hebraycus. unde supra psalmo 50. ubi habemus super niuem dealbabor. In hebreo habetur. de niue albabor. i. plus quam nix dealbabor. In selmon. i. illi qui fuerunt in obscuritate errorum. quia per ministros ecclesie infideles conuersi ad fidem baptizabantur. et sic qui fuerant in obscuritate errorum super niuem dealbabantur. quia maior est dealbatio mentis quam corporis. quanto spiritualia corporalibus preferuntur. et quia sic augmentata fuit ecclesia ideo subdit. mons dei mons pinguis. et incipit hic uersus sequens precedente. in hebreo et translatione ieronimi dicitur. i. mons pinguis. propter habundantiam gratie diuine que in primitiua ecclesia maxime. mons coagulatus. In hebreo et translatione ieronimi habetur. mons excelsus. et idem significat quia coagulatio hic accipitur pro appositione ad rem aliquam per quam in altum [illegible]. et dicitur etiam mons excelsus ut coa-

gulatus. quia secundum dictum saluatoris mat. 13. assimilatur grano quod cum minimum ascendit in arborem magnam per fidei dilatationem. propter quod de ea dicitur ysa. 2. et erit in nouissimis diebus mons domus domini in uertice montium etc. ut quid suspicamini etc. psalmista conuertit sermonem ad gentiles ydola colentes in delubris et prophanis dicens. ut quid suspicamini. i. falso creditis. montes coagulatos. i. loca salutis et ecclesiam esse. s. templa uestra et ydola. mons in quo beneplacitum est habitare in eo. cum mons est ecclesia militans. unde dicit saluator mat. ultimo. ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. ecclesia triumphans in qua est eternaliter cum sanctis habitauit. ideo subdit. Et enim dominus habitabit in finem. In translatione ieronimi habetur. in sempiternum. Currus dei. hic consequenter psalmista inuitat angelos ad defferendum xpo ascendenti consortium. Ad magnificentiam enim regis non solum facit multitudo ministrantium sed etiam multitudo associantium. secundum quod dicitur prouerb. 14. In multitudine populi dignitas regis. In paucitate uero plebis ignominia principis. et propterea inuitat psalmista angelos ad xpi ascendentis consortium. post declarat ecclesie profectum ibi. benedictus dominus. Circa primum psalmista ad suum propositum premittit exemplum de multitudine assistentium in datione legis secundum quod habetur deut. 33. ubi dicitur dominus de syna uenit et subdit. et cum eo sanctorum milia. i. angelorum ut ibidem fuit expositum. et hoc est quod dicitur hic. currus dei. dicuntur autem angeli currus dei eo quod eum subliment. et propter hoc dicitur in eis sedere. sicut in curru uel in sede. secundum quod dicitur in superiori ps. 79. qui sedes super cherubin. decem milibus multiplex. i. duplicatus. unde in hebreo habetur. decem milia milium letantium. quia angeli sancti semper laudant deum. dominus in syna in sancto. i. fuit associatus per eos in datione legis super montem sanctum. Et ex hoc arguit quod maior multitudo debuit esse in ascensu xpi. dicens. ascendisti in altum. i. in celum empireum. cepisti captiuitatem. i. accepisti illos qui in limbo detinebantur captiuos. eos tecum ad celestia deducendo. Et ideo debuisti habere tecum maiorem multitudinem angelorum. accepisti dona in hominibus. i. accepisti dona spiritus sancti a deo patre seu tota trinitate. distribuenda hominibus. i. apostolis aliisque discipulis in die penthecostes. nec est per hoc intelligendum quod xpus homo in sua ascensione acceperit spiritum sanctum cum ab instanti conceptionis fuit plenus spiritu gratie Jo. primo. sed pro tanto dicitur accepisse dona spiritus sancti in sua ascensione. quia ad declarationem sue perfecte glorificationis ad dexteram patris. datus fuit spiritus sanctus in signo uisibili apostolis propter quod dicitur Jo. 7. nondum erat ihesus glorificatus. et quia spiritus sanctus non solum datus fuit in signo uisibili apostolis qui erant iudei sed etiam gentilibus ut patet act. 10. de cornelio et amicis eius. et in pluribus aliis locis eiusdem libri de aliis gentilibus ideo subdit. Et enim non credentes. s. prius in uerum deum inhabitare dominum deum et habitentur ab eo. quia per gratiam spiritus sancti deus habitat in hominibus et homines in deo. secundum quod dicitur prima Jo. 4. qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. Et ideo li non credentes potest teneri nominatiue uel accusatiue. Benedictus. hic consequenter psalmista narrat ecclesie profectum quod fuit duplex. uno modo declarando eius promotionem. alio modo ad infidelium fidei depressionem. secundum facit ibi. ueruntamen deus. Circa primum dicit. benedictus dominus die cotidie. i. per singulos dies laudetur a fidelibus. et causam subdit cum dicit. prosperum iter faciet deus salutarium nostrorum. promouendo ecclesiam de bono in melius ad salutem electorum. et quia secundum apostolum prima ad timo. 2. deus uult omnes saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. ideo subdit. deus noster deus saluos faciendi. quia ab eo est salus hominum perditio autem per maliciam eorum. secundum quod dicitur osee 13. perditio tua ex te israel. ex me tantummodo auxilium tuum. domini domini exitus mortis. i. a morte quia sicut est proprium dei saluos facere. ita etiam a morte culpe et gehenne facere declinare. Et notandum quod cum dicitur hic domini domini non est nugatio. quia in hebreo sunt duo nomina. primum est nomen tetragrammaton quod significat dei propriam substantiam. secundum est adonay quod importat dominium et per consequens respectum ad creaturam. et per consequens non est ibi nugatio quia sunt nomina in diuersis significationibus imposita. propter quod ieronimus transtulit

dominii domini mortis egressus · quia ubicumque ponitur nomen
dei tetragramaton quod est ineffabile ieronimus transfert
hoc nomen dominus. Et ideo pro adonay transtulit deus. Uerumtamen.
hic consequenter declaratur adversariorum fidei deiectio. Et primo
quantum ad iudeos. 2° quantum ad gentiles tyrannos ibi · increpa fe
ras · prima in duas. quia primo ponitur huius deiectio. 2° xpia
norum exaltatio ibi · preuenerunt · Circa primum dicit. Verumtamen
deus confringet capita inimicorum suorum · q. d. quamvis deus uelit
omnes homines saluos fieri. tamen uult capita inimicorum suorum
puniri · secundum ordinem sue iusticie. Cuiusmodi fuerunt principes et
sacerdotes iudeorum · ut habetur in textu euangeliorum · uerticem
capilli perambulantium in delictis suis · i. ciuitatem iherusalem
que erat caput regni iudee · et dicitur uertex capilli · i. capil
losa quia propter muros et turres eam circumdantes uidebatur in
expugnabilis · sicut uertex capillosus uidetur fortis et
tamen fuit destructa et incensa a romanis propter peccatum iu
deorum eam habitantium. modus autem destructionis subditur · cum dicitur
dixit dominus ex basan conuertam etc. Ad cuius intellectum scien
dum quod iudea in qua metropolis erat iherusalem est sita ex v
na parte iuxta iordanem fluuium iuxta quem est terra basan
· ut patet ex libro numerorum ex alio latere est mare mediter
raneum · Uespasianus autem missus a nerone contra iudeam aggra
uit sibi exercitum ex utroque latere · s. per terram basan et per
mare mediterraneum et hoc est quod dixit dominus quia ex diuina
dispositione facta est destructio iudee in ultionem mortis xpisti si
cut predixerat saluator luce · 19. capitulo. Ex basan conuertam in
profundum maris · i. conuertam exercitum contra iudeam ex parte basan.
ut intinguatur pes tuus in sanguine · lingua canum tuorum etc. quia
in destructione iherusalem tanta fuit effusio sanguinis iudeorum quod
pedes ambulantium tingebantur in sanguine · et canes secundum ap
petitum suum poterant sanguinem occisorum lingere · .l. principio eius
belli usque ad finem fuerunt decies centum milia iudeorum occisa
ut dicit iosephus de iudaico bello · Causa autem tante occisionis
subditur cum dicitur · uiderunt ingressus tuos deus. Iudei enim uiderunt
processum xpisti per terram predicando miracula faciendo · Et ideo magis
erant puniendi tamquam sui sceleris non habentes excusationem propter quod dicit
saluator · io. 15 · si opera non fecissem que nemo alius fecit pec
catum non haberent · nunc autem uiderunt et oderunt me et patrem
meum etc. et ibidem premittitur · Si non uenissem et locutus
eis non fuissem peccatum non haberent de peccato · Ingressus dei mei
regis mei · In hoc psalmista confitetur deitatem xpisti · et eius
humanitatem in qua descendit a dauid et aliis regibus · qui
est in sancto · i. in celo empireo sanctis angelis et spiritibus
apparato. Preuenerunt · hic consequenter ponitur xpianorum lau
datio que processit non ex zelo uindicte · sed diuine iustitie cum dicitur
preuenerunt etc. Circa quod sciendum quod antequam uenirent romani
ad destruendum iherusalem et terram in circuitu · xpiani ibidem
existentes monitu angeli transierunt in regnum agrippe quod
erat confederatum romanis prout habetur in scolastica hystoria et hoc est
quod dicitur · preuenerunt principes · i. apostoli et alii principales
inter xpianos · et sicut dictum est preuenerunt destructio
nem terre iudee recedendo · ad regnum agrippe transeundo v
bi cum aliis fidelibus insistebant diuinis laudibus · ideo subditur
coniuncti psallentibus in medio iuuencularum timphanistrarum
· i. uirginibus · quia a principio ecclesie aliqui uirgines deo conse
crate fuerunt · sicut sancta thecla et plures alie ut magis
patebit infra et uocantur hic timphanistrarum · non quod pul
sarent timphanis in manibus sed quia cum apostolis insistebant
diuinis laudibus · et hoc modo beatus augustinus uirginem mariam
nominat timphanistriam in sermone de natiuitate ipsius d. audi
te igitur quemadmodum timphanistria nostra cantauit · ait enim
magnificat anima mea dominum etc. In ecclesiis benedicite deo
deo nostro de fontibus israel · hoc dicit quia apostoli et primi
discipuli domini fuerunt de populo israel ut patet ex decursu eu
angelii · et ab istis tamquam a fontibus originaliter est deuota lau
dis ibi · beniamin · secundum quod dicit · Jo. xi · qui conuersus ad fi
dem iunxit se cum aliis fidelibus ut habetur act. 9 · adolescen
tulus · quia secundum uirtutem etiam adhuc adolescens erat: qui
fuit conuersus · unde dicitur · act. 7. et testes deposuerunt

paulus

uestimenta sua secus pedes adolescentis qui uocabatur
saulus · et satis cito post fuit conuersus · Uel dicitur adolescen
tulus quia inter apostolos fuit ultimo uocatus ad fidem
in mentis excessu quia fuit raptus usque ad tertium
celum · ut habetur · 2 · ad cor. 12 · principes iuda duces eorum · dominus
noster ihesus xpistus fuit de tribu iuda secundum carnem ut habetur · ro.
primo. et per consequens iacobus et iohannes · simon et iudas et iaco
bus minor et cognati germani fuerunt de eadem tribu
iuda · ut uidetur · Et isti fuerunt cum aliis apostolis duces
xpianorum · In translatione ieronimi habetur · principes iuda in
purpura sua · quia propter xpistum sustinuerunt martirium
suo sanguine purpurati · et licet iohannes non transierit per
gladium tamen paratus fuit sustinere martirium quando fuit mis
sus in feruentis olei dolium propter quod dicit augustinus libro
de bono coniugali non est impar meritum in iohanne martirii
qui non passus est · in petro qui passus est · principes zabu
lon et principes neptalim · iste due tribus acceperunt
sortes pro magna parte in galilea · ut habetur in libro iosue · de quibus
fuerunt plures discipuli xpisti · unde uocantur galilei
act. 1 · 2 · et ideo de tribu zabulon et neptalim
fuerunt ibi aliqui · manda deus uirtuti tue · i. mili
cie angelice que tua mandata exequitur · s. ut protegat
nos et deffendat · quod tunc fuit factum quia sicut dictum
est ecclesia fidelium de monitu angeli transiuit ad agrippe regnum
tamquam ad locum securum · Item tunc petrus fuit eductus
de carcere per angelum act. 12 · Confirma hoc deus quod o
peratus es · nos docendo et doctrinam tuam manifestando et spiritum
sanctum nobis mittendo · a templo tuo · quia in illo templo
xpistus frequenter docuit · In monte etiam syon in quo erat tem
plum super apostolos spiritum sanctum misit · secundum quod dicit ieronimus in e
pistola ad paulinum de omnibus sacre scripture libris · tibi offe
rent reges munera · per hoc enim quod xpistus apostolos aliosque di
scipulos sic confirmauit quod constanter fidem predicauerunt
per orbem multi reges conuersi dederunt multa et magna
munera ad hedificationem ecclesiarum et sustentationem pauperum
xpianorum amore xpisti · sicut patet ex gestis apostolorum alio
rumque discipulorum xpisti. Increpa feras · hic consequenter inuehitur
psalmista contra gentiles tyrannos · inter quos ma
iores fuerunt iam imperatores romani et eorum prefecti
qui conati sunt fidem catholicam destruere · ut patet de
nerone domiciano decio diocletiano et ualeriano
et multis aliis et quantum ad hoc dicit · Increpa feras et
uocat principes romanos feras qui dabant feris marti
res deuorandos prout patet in multis martirum gestis · arun
dinis · arundo enim uento mouetur · et ita principes ro
manorum uento inanis glorie mouebantur · ut quasi ad quamlibet
errorem ydolatrie de facili conuertebantur · propter quod dicit leo
papa in sermone sanctorum petri et pauli de roma quod magnam
credebat se fecisse religionem cum nullius gentis respuis
set falsitatem · et bene dicit · Increpa feras · quia psalmista pre
uidit constantinum imperatorem post multam stragem xpianorum
a deo lepra percutiendum et a principibus apostolorum petro
et paulo increpandum et sic ad fidem conuertendum · ut
habetur in gestis sancti siluestri · Congregatio taurorum
etc. i. principes romani qui uocati sunt fere propter crude
litatem sunt congregatio taurorum · in uaccis populorum · com
parantur enim tauris domesticis · quod notatur per hoc quod dicitur · in
uaccis populorum · quia tauri in domibus non sunt sic con
gregati in uaccis hominum · Et ratio huius est quia non solum
conabantur subuertere xpianos per tormenta tamquam fere
sed etiam per blandimenta tamquam tauri domestici promitte
ntes eis honores diuitias et filia · dum tamen uellent re
cedere a fide xpiana ut patet in multis martirum gestis
ideo subditur · ut excludant · s. a ueritate fidei eos
qui probati sunt argento · i. magis probati in fide quam ar
gentum in fornace · dissipa gentes que bella uolunt
iste gentes sunt romani qui per bella totum orbem subiu
gauerunt · uenient legati ex egypto · hoc conuenienter
potest exponi de philone cum suis sociis qui de alexandria

egypti fuit missus legatus ad imperatorem claudium et
tunc contraxit familiaritatem cum petro aplo rome e
xistenti. et revertens alexandriam eam in maiori co
gnitione honoravit. et in libris suis manifeste comen
davit. prout scribit in libro illustrium virorum. ethiopia
preveniet manus eius deo. ethiopia enim est iuxta egyptum
et ritu universali fuit conversa ad xpm quam egyptus. per
beatum matheum aplm qui veniens ad illam provinciam
baptizavit regem et eius filium quem a morte suscitave
rat. et filiam eius ephigeniam virginem xpo consecravit
et eam ducentis virginibus prefecit. et populum regni pro ma
gna parte baptizavit. ut habetur predicto libro illustrium vi
rorum. et hoc quod dicit. ethiopia preveniet. scilicet egyptum
manus eius deo. id est dare deo manus pro confederatione ad
ipsum. confederatio enim in pluribus locis sacre scripture dicitur
dextrarum datio. quia homines federa ineuntes in multis partibus
dant dextras manus. ¶ Regna terre. hic ultimo psal
mista invitat homines ad psallendum deo ascendenti
dicens. regna terre. id est habitantes in omnibus regnis terre. can
tate deo. ipsum devote laudando. psallite deo qui ascen
dit super celum celi. id est ad extremitatem celi empirei
qui est excelsior inter celos. ad orientem. hoc dicit quia xps
ascendens in celum ascendit de monte oliveti. ut habetur
actuum primo qui mons est in orientali parte iuxta ierusalem
in qua completum fuit misterium redemptionis humane. ec
ce dabit voci sue vocem virtutis. hoc convenit de voce
qua xps suscitabit mortuos de sepulcris in finali iudicio
sed ut continuetur littera precedentibus potest exponi de voce e
xultationis aplorum. aliorum quam xpi discipulorum quibus xps
ascendens precepit predicare per orbem evangelium. secundum quod
habetur marci ultimo. Euntes in mundum universum predicate eu
vangelium omni creature. et huic voci quam dedit vox xpi eo
quod fuit de eius mandato. dedit virtutis vocem confir
mando predicatorem cum miraculis. Unde ibidem subditur
illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et ser
mone confirmante sequentibus signis. date gloriam deo super
israel. id est propter bona que fecit israel. per quod nominantur primo tam
qui fuerunt facta beneficia predicta. unde dicit apostolus ro. 2. non
enim qui in manifesto iudeus est neque in manifesto in carne
est circumcisio cordis in spiritu non littera. magnificentia
eius et virtus eius in nubibus. quod exponitur ab aliquibus de
nubibus materialibus ex quibus procedunt pluvie corrusca
tiones et tonitrua per que apparet hominibus potestas dei et eius
magnificentia. sed ut continuetur littera videtur melius
exponi de apostolis aliisque discipulis ad predicandum
missis de quibus dicit ysa. 60. qui sunt isti qui ut nu
bes volant. Ex istis enim nubibus processerunt pluvie
sacre scripture doctrine. secundum illud deuteronomii 32. concres
cat ut pluvia doctrina mea. et tonitrua annuncian
do terrorem divinorum iudiciorum. et corruscationes miraculo
rum. propter quod subdit. mirabilis deus in sanctis suis. quia
per eos fecit mirabilia. cecos illuminando. leprosos mun
dando. mortuos suscitando et consilia. deus israel. id est po
puli xpiani. sicut supra expositum est. ipse dabit virtutem
operandi predicta. et fortitudinem. ad tollerandum
constanter illata sibi tormenta. sicut patet in martiribus.
plebi sue. id est populo xpiano. et propter beneficia predicta
fidelibus collata. ponitur in fine pro gratiarum actione
benedictus dominus in donis suis. in secula seculorum. Ho
rinnetur aliquis si totiens in expositione huius psalmi
usus sum sensu methaforico. quia aliter non potest fieri.
unde. Ra. sa. exponens iudaice. totum vel plus vi
tium. propheta enim communiter parabolice loquuntur

Salvum me fac. LXVIII

Huic psalmo premittitur titulus
in hebreo. Ad victoriam super rosas david. In nostra
latione vero iero. sic habetur. Victori pro liliis david. et
eadem est sententia utrobique. pro hoc autem quod dicit. ad victoriam
vel victori significatur conatus levitarum in cantando sicut
frequenter dictum est. per rosas autem secundum hebreos intelliguntur
filii israel qui fuerunt prius a deo electi. et secundum eos idem intel
ligitur per lilia. quia ubicumque in veteri testamento nostro dicitur lili
um vel lilia in plurali hebrei dicunt rosa vel rosas ut dictum
est supra ps. 44. filii autem israel fuerunt in afflictione positi in cap
tivitate babilonica et in captivitate per romanos in qua sunt adhuc
quas previdit david. et ideo fecit hunc psalmum ut dicunt
ad litteram orans pro liberatione eorum. quam liberationem aliqui refe
runt ad captivitatem babilonicam. aliqui ad istam in qua sunt. Alii
qui autem expositores catholici etiam referunt hoc ad libera
tionem ipsius david et virorum eius de persecutione saulis. et hec
expositio rationabilis videtur quidem a veritate deviare. propterea
aug. et cassiodorus dicunt quod hic ps. ad litteram de xpo loquitur.
cuius misteria plenius ceteris prophetis david previdit et expres
sius scripsit sicut fuit dictum in prologo huius libri. Et ideo previ
dens passionem xpi in se et in membris fecit hunc psalmum
quod patet declarari per scripturam novi testamenti. Salvator enim Jo.
15. de se ipso ait ut impleatur sermo qui in lege eorum est scriptus
quia odio habuerunt me gratis. et sic quod dicit in hoc psal
mo. multiplicati sunt super capillos capitis mei qui ode
runt me gratis. dicit impletum ad litteram de iudeis excecan
tis eo quod persecuti sunt xpm. Item Jo. 2. ca. scribitur quod cum xps
facto flagello de funiculis eiecisset ementes et vendentes
de templo: recordati vero sunt discipuli eius quia scriptum est. zelus
domus tue comedit me. Et per hoc insinuat evangelista
quod hec scriptura que habetur in hoc ps. tunc ad litteram fuit imple
ta de xpo. propterea quod dicit aug. de hoc ps. quod si hoc omnino non
preteritur. sed enim ista illa ex parte sunt que in eius passione eius
completa. Apostoli etiam loquentes de xpo testimonia ex
isto ps. dederunt. quis autem asinus aut quis agrestis non
sequatur auctores. Igitur secundum hunc sensum psalmus iste dividitur
in tres partes. quia primo david loquens in persona xpi et corporis eius
mistici petit a penis liberationem. secundo predicit iudeorum punitionem
ibi. fiat mensa. tertio convertit se ad dei laudationem ibi
laudabo. prima in duas. quia primo ponitur penarum explicatio
secundo petitur liberatio ibi. ego vero orationem. prima adhuc in
duas quia primo ponitur pene illate factis. secundo ubis ibi.
quoniam propter te. prima adhuc in duas quia primo plangitur pe
narum illatio. secundo inferentium multiplicatio ibi. multiplicati
sunt. Circa primum dicit. salvum me fac deus. scilicet a penis illa
tis. quoniam intraverunt aque usque ad animam meam. per aquas
intelliguntur persecutiones. seu persequentes secundum quod dicit ysa. 8.
adducet deus super eos aquas fortes et multas regem assi
riorum etc. Et ideo hec littera potest intelligi de capite xpo quia persecutio
nes iudeorum intraverunt usque ad separationem anime a corpore. et
de corpore eius mistico. quia stephanum et iacobum et plures alios
occiderunt. infixus sum in limo profundi. hoc etiam potest intelligi
de xpo capite ratione sue sepulture qua fuit positus intra
terram. similiter de fidelibus suis quorum multi fuerunt in carce
ribus inclusi ut habetur in actibus aplorum. 8. et pluribus locis. et
non est substantia. id est divitie. quia xps etiam propriis vestibus spoliatus
fuit positus in cruce. Vel aliter. non est substantia. id est virtus subsisten
di in corpore mortuo et sepulto. et loquitur de virtute na
turali non divina que non fuit a corpore mortuo separata.
veni in altitudinem maris. id est in profundum persecutionis que no
mine aquarum designatur ut supra dictum est. quelibet autem aquarum
congregatio mare vocatur in hebreo. et tempestas demersit
me. id est acerbitas passionis ex qua obiit in cruce. labo
ravi clamans. scilicet in cruce quando voce magna clamans
emisit spiritum. mt. 27. rauce facte sunt fauces mee. rau
cedo enim causatur ex desiccatione humorum in faucibus et
arteriis. xps autem in passione multos humores emisit
de corpore ut potest in sanguineo sudore. de quo habetur luc. 22.
in flagellatione in coronatione spinee impositione. et in manuum
et pedum crucifixione. defecerunt oculi mei. quia oculi

In sexto ps. Similiter paulus apls Ro. xi. allegat ad habet [illegible] ps. fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum [illegible] dictum ad litteram [illegible] Item Ro. xv. quod habetur et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. dicit dictum esse ad litteram in persona christi.

[illegible] quoniam absconditus iudeus [illegible] et circumcisio

eius corporales in morte fuerunt stricti. d. *spero in deum meum.* quia certitudinaliter expectabat gloriam corporis sui in resurrectione que facta est virtute divina. *multiplicati sunt super capillos capitis mei.* modo est locutus ad designandum magnam adversariorum multitudinem. *qui oderunt me gratis.* i. sine causa quia e contrario debebant eum diligere propter bona que fecit eis illuminando cecos sanando infirmos donando et sic de aliis. propter quod dixit eis Jo. x. multa bona ostendi vobis ex patre meo propter quod horum opus me lapidatis. isti autem odientes Christum fuerunt multiplicati quia pharisei primo ceperunt contra eum odium. secundo scribe. tertio sacerdotes. et ultimo populus a sacerdotibus deceptus. propter quod petiverunt liberationem barabbe et Christi crucifixionem. mat. xxvii. *confortati sunt inimici mei iniuste.* quia herodes et pilatus prestiterunt eis favorem. herodes enim illusit eum et sprevit luce xxiii. et pilatus in favorem iudeorum dedit iniquam sententiam contra Christum. *que non rapui tunc exsolvebam.* modo est locutus de pena quam sustinuit quia tunc solvit penam pro peccatis humani generis quam non contraxerat. *deus tu scis insipientiam meam.* hoc non intelligitur de persona Christi in qua nulla fuit insipientia. sed sicut passionem membrorum suorum dicit suam act. ix. saule saule quid me persequeris et zacha. ii. qui tangit pupillam oculi mei et hoc propter connexionem capitis ad membra. sic insipientiam membrorum suorum et delicta dicit esse sua. et quia pro illis penam portavit et satisfecit sicut homo satisfaciens pro debito alterius facit quodam modo debitum esse suum. sicut communiter onus muli vel cameli quia illud onus dicitur suum solum ad portandum non quantum ad possessionem et dominium. et bene dicit. *delicta mea non sunt a te abscondita.* quia delicta eorum qui ea absconderunt nolentes detegere pro eis satisfaciendo. sed solum delicta eorum qui vere contriti confitentur. *non erubescant in me qui expectant te domine.* loquitur de sanctis patribus in limbo salutem Christi expectantibus cum magno desiderio et ideo nisi ad eos descenderet Christus esset eis confusio et maxime prophetis ibidem existentibus quia talia predixerant ventura. nec erat sic Christus homo dubitans de eventu futuro. sicut oravit in suscitatione lazari quam tamen sciebat certitudinaliter futuram. unde dixit ibi. pater gratias ago tibi quoniam audivisti me. ego autem sciebam quia semper audis me etc. Jo. xi. sed sic orando ostendebat in se veritatem humane nature in qua minor est patre. *non confundantur super me qui querunt.* hoc dicit pro apostolis aliisque discipulis quorum confirmationem petebat a patre ita quod non timerent seu erubescerent de Christi confessione sed magis gloriarentur in ea quod et factum fuit per missionem spiritus sancti post quam de ipsis dicitur act. v. et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. *deus israel.* i. populi christiani ut dictum est supra [?]. // *Quoniam propter te.* hic consequenter salvator explicat penas suas in verbis d. *quoniam propter te sustinui opprobrium.* quia iudei vocabant eum infidelem et demoniacum Jo. viii. nonne bene dicimus quia samaritanus es et demonium habes. et quia cum tenerent eum tunc venerunt plures dicebant contra eum falsum testimonium. mat. xxvi. *et operuit confusio faciem meam.* quia velantes faciem percutiebant eum. dicentes. prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit reputantes eum falsum prophetam. luce xxii. *extraneus factus sum fratribus meis.* i. iudeis quos vocat fratres eo quod erat iudeus. *et peregrinus filiis matris mee.* s. synagoge. et est repetitio eiusdem sententie per alia verba ad maiorem expressionem *quoniam zelus domus tue comedit me.* quod ostendit Christus maxime quando de domo dei eiecit negotiantes Jo. ii. d. nolite facere domum patris mei domum negotiationis. *et opprobria exprobrantium tibi.* miracula enim Christi attribuebant iudei virtuti demonis. mat. xii. hic non eicit demonia nisi in beelzebub principe demoniorum que tamen fiebant virtute totius trinitatis et sic inferebant opprobria patri. *ceciderunt super me.* quia occasione miraculorum que Christus faciebat virtute

deitatis que est communis toti trinitati et maxime in suscitatione lazari iudei quesierunt occasionem mortis Christi dicentes quid facimus quia hic homo multa signa facit etc. Jo. xi. et hoc est quod dicit. *ceciderunt super me.* ad me obruendum morte sicut lapides proiecti a machina contra turrim infrangibilem resiliunt cadentes super domum turri coniunctam eam frangentes et destruentes sic opprobria iudeorum que virtuti deitatis eius nocere non poterant resilierunt supra fragilitatem humanitatis deitati coniunctam et eam obruerunt morte. *et operui in ieiunio animam meam.* Christus enim ieiunavit xl. diebus et xl. noctibus mat. iiii. *et factum est in opprobrium mihi.* quia dyabolus accepit ex hoc occasionem temptandi Christum et persuadendi ei ut eum adoraret. ut ibidem habetur quod Christus reputavit sibi in opprobrium propter quod repulit indignanter d. vade retro sathana etc. *et posui vestimentum meum cilicium.* doctores communiter dicunt quod per cilicium hic intelligitur fletus Christi in suscitatione lazari Jo. xi. eo quod antiquitus flentes mortuum induebant cilicium. sed non videtur quod convenienter per cilicium possit intelligi asperitas vestium Christi. cum enim reprobaverit molles mat. xi. d. ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. satis apparet quod asperis vestibus utebatur. quia cepit facere et docere act. i. et Jo. xix. dicit quod eius tunica erat inconsutilis desuper contexta per totum et hoc modo fuit vestis cilicina et aspera. *et factus sum illis in parabolam.* hoc est in derisum quia de eo dicebant ecce homo vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. mat. xi. ca. *adversum me loquebantur qui sedebant in porta.* i. principes sacerdotum qui eum iudicaverunt mortis reum marci xiv [?]. et isti vocantur sedentes in porta duplici de causa. tum quia sedebant prope portam templi ad docendum populum secundum modum iudicum antiquorum. aliqui sedebant in portis civitatis ad iudicandum populum in causis communibus. romani enim retinuerant sibi causas sanguinis. *et in me.* i. de me psallebant derisorie. *qui bibebant vinum.* Scribitur in quodam libello hebraico qui intitulatur condempnatus iudicio quod propter verbum salomonis prov. xxxi. date siceram et potum inebriantem merentibus et vinum his qui amaro animo sunt. sapientes iudeorum ordinaverunt quod condempnatis ad mortem daretur plenus cyphus de vino forti ut magis hilariter sustinerent mortem et illud vinum fuit acceptum pro Christo et duobus latronibus crucifigendis pro eo. sed iudei vinum illud acceperunt et biberunt cum derisione Christi. et propter talem derisionem dicitur hic. *In me psallebant vinum* [qui bibebant]. et loco vini predicti posuerunt acetum ut habetur infra. Aliter etiam potest exponi quod de crucifixione Christi tamquam de re insolita et notabili fuerunt facte cantilene derisorie in favorem sacerdotum qui eius mortem procuraverant tamquam de falso propheta volente regnare et non potente quas decantabant per tabernas et sic dicitur. *in me psallebant* etc. omnes autem iste pene possunt ad membra Christi applicari quia propter Christum sustinuerunt opprobria et confusiones et persecutiones etiam ab amicis intimis tamquam ab extraneis afflixerunt etiam se ieiuniis et aliis et sustinuerunt etiam condempnationes perversas a iudicibus et derisiones ab ebriosis et potatoribus ut patet in multis sanctorum martirum gestis. ¶ *Ego vero.* hic consequenter petit ipse Christus capitis et membrorum liberationem a penis. et primo ponitur dicta petitio. secundo adducitur ratio ibi. *exaudi me.* Circa primum dicit. ego *vero orationem meam ad te domine.* s. dirigo. *tempus beneplaciti deus.* i. expectans tempus liberationis secundum dispositionem tue voluntatis. *In multitudine misericordie tue exaudi me.* orabat enim Christus non solum pro se sed etiam pro membris suis que sunt multa. et ideo petit multitudinem misericordie. *in veritate salutis tue.* i. veritatis a te promisse. que promissio est in virtute

eripe me de luto et nō infigar. sup⁹ dixit. infixus sum in limo. qui limo idē ē q̄ lutū. ꝑpter q̄ intendū q̄ aliq̄n dī aliquis infigi in lutū q̄n cadit ibi licet cito resurgat. s₃ magis ꝓp̄e dī infigi q̄n nō pōt inde retrahi. Supra autē dixit x⁹ se infixū in luto eo q̄ mortu⁹ fuit positꝰ in sepulcro ī tra terrā. hic aūt petit q̄ nō infigat. i. q̄ nō diu remaneat ibi p̄ sue r̄rnis accelerationē. libe ra me ab hijs qui oderūt me. i. a iudeis a quorū ꝑtate totaliter fuit liberatꝰ in r̄rne. et de ꝓfūdis aquarū. i. ꝑsecutionū ut sup̄ dictū ē. ad quarū ꝓfundū hō deducitur q̄n occidit. et in hoc petit suā r̄rnē sicut ꝑ⁹ p̄ alia uͣ ubͣ q̄ solet fieri in talibꝰ orationibꝰ. Et io adhuc subdit. nō me demergat tēpestas aque. sup⁹ dixit. et tēpestas demersit me. eo q̄ mortuꝰ fuit in cruce. q̄ g⁹ hic dī. nō me demergat tēpestas aque. s. ꝑsecutionis est. i. me per mortē diutius diu nō teneat ī morte. n̄ absorbe at me ꝓfundū. i. corp⁹ meū intra sepulcrū non putrefiat seu corrūpatur et a uermibꝰ corrosum absorbeatur. neq̄ urgeat sup̄ me puteꝰ os suū. In hebreo h̄r. nō obturet sup̄ me puteꝰ os suum. Et dī hic puteꝰ limbꝰ inferni ad quē descendit aīa x̄ ad extrahendū inde p̄res detentos. s̄m illud zach. 9. ca⁹. tu quoq̄ ī sanguīe testa^{ti} tui eduxisti uinctos de lacu in quo nō erat aqua. Sic igr̄ petit x̄⁹ ut potuꝰ dauid ī p̄s x̄ q̄ aīa x̄ cito de iferno redeat ad corp⁹ et r̄r⁹ compleat^{ur} ita q̄ cor p⁹ nullam corruptionē seu putrefactionē patiatur. q̄ factum fuit sicut sup̄ dictum ē ps. 15. ¶ Exaudi me. hic ostēditur ratio sue exauditionis. et accipit̄ p̄mo ex p̄te ꝑsone dñe. Cui⁹ ꝑpetuꝰ est mīa et benignitas et p̄ ons ad exaudiendū ꝓmptitas. et hoc est quod dī. exaudi me dñe q̄ nō benigna ē. ⁊c̄. et p₃ l̄ra. Sc̄o accipitur ex p̄te obedientie quia fuit obediens p̄ri usq̄ ad mortē. ꝑpter q̄ uocatur hic puer. nōie eī₃ pueri in sacra scriptura frequēter designat^{ur} filius ualde obediens. et s̄m hoc xp̄s uocatur ē puer actu. 4. Conuenerunt n̄ uere in ciuitate ista aduersus sanctum puerū tuū ihm quē unxisti herodes et pontiꝰ pilatꝰ ⁊c̄. s̄m hoc dī. et ne auertas faciem tuā a puero tuo. orōnē meā repellēdo et loquitur de deo ad modū hoīs qui auertit faciē q̄n nō uult audire deprecātē petentis. Intē de aīe mee. i. uite mē corꝑali. et libera eā. re suscitando a morte. ꝑpter inimicos meos. i. ꝑpter iudeos. q̄ dupl̄r exponitur. uno mō de iudeis obstinatis ut p̄ r̄r⁹ x̄ confundant^{ur}. alio mō de credentibus ut audita x̄ r̄r^{ne} conuertant^{ur} sicut legit act. 2. q̄ p̄dicante petro xp̄i r̄r^{nē} conuersi sūt ad fidem eī de subdī. et apposite sūt in die illa aīe circit^{er} tria milia. tu scis īꝓperiū meū. i. michi illatū ī ubis iniuriosis ut p₃ p̄ p̄edicta. et confusi onē meā. s. in sputis et colaphis m̄ a iudeis illatis. In conspectu tuo sūt oms qui tribulāt me. q. d. p̄ uoluntate tua potes eos p̄unire. Īꝓperium expectauit cor meū et miseriā. q̄ post collaphos et sputa a iudeis illatas a militibꝰ p̄sidis fuit illusus et crudeliter occisꝰ. et sustinui qui simul contristaret^{ur} et nō fuit. hoc uidetur falsum q̄ apl̄i in morte xp̄i simul contristati sunt. s̄m q̄ dixerat eis Jo. 16. amē dico uobis quia plorabitis et flebitis uos. Dicendū q̄ loquitur hic s̄m cōmunē modū quo dī nullus adesse ubi pauci sunt cōpatiue sicut dī n̄ debetis ul' consueuerit ē ita ī morte x̄ pau ci fuerūt contristati cum mīo cōmuniter debuissent cōpati eī cū in t̄ribulia cōpati uidebantur

quia in morte x̄ sol obscuratꝰ ē et terra mota et petre scisse sūt et monumēta sūt. ut p₃ ex decursu euangelij. et q̄ consolaretur et nō inueni. q̄ eī⁹ p̄ncipalis discipulꝰ. s. petrus eū in sua p̄ntia ter negauit. et dederūt ī escam meā fel ⁊c̄. Sicut dī mat. 27. et dederūt ei uinū bibere cū felle mixtū. et q̄ fel comedi nō uīa sua mag⁹ esibile q̄ potabile. ideo nōiat ipꝫ escam. Et in siti mea potauerūt me aceto. Jo. 19. cū g⁹ accepisset ihs acetū ⁊c̄. ¶ Fiat mensa. hic consequēter p̄dicitur pena iudeorū cū dī. fiat mensa eorū corā ipis in laqueū. q̄n. n. ihrl̄m fuit obsessa a romanis iudei illuc cōuenerant ad celebrandū pascha le conuiuiū quod nō poterat fieri ex̄ ihrl̄m. et sic fuerūt illaqueati et a rōmis inclusi sicut aues ī laqueo. et in retributiones. s. penarū debitarū ꝑpter xp̄i mortē xp̄o illatā. sicut p̄dixerat luc. 19. circūdabūt te inimici tui ⁊c̄. Sequit^{ur} eo q̄ nō cognouisti tempus uisitationis tue. et in scandalum. cadendo de malo in malū. q̄ p̄mo pulsi sūt fame ī illa obsidione ī tantū q̄ mulieres comedebāt pueros suos ut dicit iosephꝰ in libro de iudaico bello. et ex cōmuni mortis pestilentiā. et ultio captionē. et occisione q̄m ad multos. et captiuitatē q̄ntū ad alios. obscurent^{ur} oculi eorū ne uideant. q̄ remanētes p̄ orbē dispsi sunt sua infidelitate excecati. s̄m q̄ dicit apl̄s ad ro. 11. allegans scripturā istā. et dorsū eorū semp̄ incurua. pondē p̄ctorū sup̄ appositorū. Effunde sup̄ eos irām tuā. i. effectū iustitie tue cōprehendit eos q̄ factū ē in destructione eorū p̄ rōmanos. fiat habitatio eorū deserta. q̄ rōmi destruxerūt ciuitates eorū et loca. et in tabernaculis eorū nō sit qui inhabitet. q̄ expulsi et captiuati fuerūt totaliter de iudea. Et huiꝰ punitionis cā subdit cū dī. q̄m quē tu ꝑcussisti. s. xp̄m ꝑsecuti sunt. occidendo eū. ut dicit apl̄s ro. 8. de deo p̄re. ꝓp̄o filio suo nō pepercit. s₃ ꝓ oībꝰ nobis tradidit illū. et sic eū ꝑcussit. q̄ ꝑsecutoribꝰ iudeorū exposuit. hoc tn̄ fuit ex magna caritate. s̄m q̄ dī. Jo. 3. ca⁹. sic de⁹ dilexit mūdū ut filiū suū unigenitum. s₃ iudei ꝑsecuti sunt eū ex inuidia et iniquitate. ꝑpter q̄ puniti fuerūt. et super dolorē uulnerū meorū addiderunt. q̄ nō solū ꝑsecuti sūt ad mortē xp̄m ī p̄ ꝓp̄a. s₃ etiā mēbra eī⁹ stephanū lapidando. iacobū occidēdo. alios incarcerādo et flagellādo. ut p₃ ī actibꝰ apl̄orū. appone iniquitatē. i. appones permittēdo. q̄ de⁹ nō ē cā iniquitatis effectiue s₃ tn̄ permissiue. Super iniquitatē eorū. quia sup̄ p̄ctorū cōmissione apposuerūt obstinationē. ideo subditur. et nō intrent ī iustitiā tuā. conuertēdo se de culpa ad grāiam. Deleant^{ur} de libro uiuentiū. p̄ finalē reprobationē et eternā dāpnationē. ego sum pauper. x̄⁹ in paupertate fuit natꝰ conuersatus mortuus. et in alieno sepulcro positꝰ. et dolens. quia dolor in passione x̄ fuit maximꝰ. Salus tua deꝰ suscepit me. resuscitando a morte. ¶ Laudabo. hic ultio ponit^{ur} grārū actio cum dī. laudabo nomē dei cū cātico et magnificabo eū in laude. nō est intelligendū q̄ ex laude humana aliquid deo accrescat. s₃ ipis laudatoribꝰ. et placebo deo sup̄ uitulū nouellū. Sacrificiū. n. diuine laudis magis est deo placitū q̄ sacrificiū etiā a tēpore ueteris legis. quia sacrificia aīalium nō erāt accepta n̄ ex deuotione offerētiū. tpr̄e uero noue legis talia sacrificia sunt tāq̄ mortua reprobata. et hoc ē quod dicit saluator. Jo. 4. uenit hora et nūc ē q̄n ueri adoratores adorabūt p̄rem in sp̄u et ūitate. Videant pauperes. i. apl̄i q̄ ī p̄ma eccl̄ia fuerūt pauperes et letentur. de mutatione cultꝰ carnalis legis ueteris in spūalē noue. ¶ Querite deū. ī fide et caritate. et uiuet aīa uīa. uita grāe. q̄m exaudiuit pauperes deꝰ et uinctos suos nō despexit. p̄res in limbo detentos cū xp̄o resurgente educendo. pōt etiā hoc referri ad fideles qui in

i p̄uintia ecc̄ia i carceribus uinclebātur et aliqñ fractis
carceribus diuinitus liberabātur. laudet illū .i. ciues ce
lestes et hoīes in terra hītantes. mare et oīa rep
tilia i eis. nō quia talia irronabilia deum laudent
p̄ se. sed quia sunt hoībus mā dīne laudis quia eum
laudant ex suis creaturis. qm̄ deus saluā faciet syon
hoc exponitur dupl'r. uno mō de ecc̄ia militante q̄ p̄
syon signatur eo q̄ incepit ibi p̄ xp̄i p̄dicatorem q̄ freq̄
ter legitur in tēplo p̄dicasse q̄ erat i mōte syon et
ibi cōfirmata fuit p̄ sp̄us sancti missionem i signo ui
sibili sup̄ ap̄los aliosq̄ xx discipl'os s'm q̄ dicit Ierō
in ep̄la ad paulinū de oībus sacre sc̄ptur̄e libris. et e
dificabunt ciuitates iude. quia ap̄li et discipuli de ali
monte syon missi fuerūt ad p̄dicandū p̄ orbe uniu'
sum ubi p̄ eos ordiate et cōstitute sūt ecc̄ie q̄ dicūtur
ciuitates eo q̄ ciuium unitas manēt uinclaunt fide
les in fide et caritate. dicūtur etiā ciuitates iude
.i. xp̄i qui sic noīatur eo q̄ fuit de tribu iuda sicut
et gen. 49. sanson noīatur dan s'm omēs expoīto
res catholicos et hebreos cum dr̄ dan coluber i uia q̄
fuit de tribu dan. et inhītabūt ibi fideles x. et he
reditate acquirent eam. quia decedētibus p̄mis alij
q̄ hereditarie succedūt eis. et semē seruorum ei9 .i. x.
et uocantur hic ei9 s'ui. s'ui discipl'orum .i. imitatores
eorum possident ecc̄ias p̄ orbem. et qui diligūt no'n ei9.
existentes in caritate. hītabunt ibi. p̄mo' nimis q̄
sola caritas diuidit inter filios regni et p̄ditōnis
Alio mō exponitur de ecc̄ia triumphante que syon ap
pellatur hebre. 12. accessistis ad syon montē et ciui'te
dei uiuēntis ihr'lm et milium multum āgelorum frequē
tancium. hanc autē syon celestem deus saluā facit qm̄
p̄ hoīes illuc ascendētes āgelorum ruinā reparauit. et
hedificabunt ciuitates iude. .i. xp̄i et possūt dici hec
ciuitates diuersorum āgelorum ordines. et inhītabunt
ibi sancti illuc assumpti. et hereditatē acquiret ea .i. im
mobiliter sicut hereditas dr̄ res imobil'. et semē seruorum
ei9 .i. fideles discipl'orum xp̄i imitatores possident eam
eternaliter absq̄ amissione. et qui diligūt nomē
ei9 hītabūt in ea. quia in ciuitate celesti ē caritas
p̄fecta. Est .n. ibi una unitas letanciū ē una ardor
cordium ad quē nos p̄ducat etc.

LXVIIII

Deus i adiutorium

Huic ps p̄mittitur tal' titulus in hebreo. ad
uictoriam dauid ad recordandū. In trāslatōe
ierōnimi dicit' sic. uictori dauid ad recordandū. Et ē
eadē sniā ut pz ex supradictis. q̄ aut' dr̄ ad recordād'
dicūt expositores cōiter q̄ hoc dr̄ eo q̄ dauid fecit hūc
psalmum ad bn̄ficiā dauid s' p̄stita recordand'. p̄pter q̄
in aliq̄bus biblijs p9 illud uerbum ad recordand' additur q̄
dn̄s fecit eum saluū. Sz hoc additū fuit ab aliq' expo
sitore q̄cūq̄ fuerit ille q̄ hoc nō h̄r i hebreo et i trāsla
tōne ierōnimi iuxta hebraycam ueritatem. Item s'm hoc
eadē eēt rō q' i quolibz ps quē fecit dauid p̄ sua libe
ratōne a p̄icul' in titulo poneretur ad recordandū q̄
nō est uūm. Et s' saluo meliori iudicio uidet' m̄ q̄ hec
ē p̄p̄hia de futuro. p̄uidit .n. dauid i sp̄u sc̄o q̄ p̄icu'm
hui9 psalmi recordand' eēt in ecc̄ia dei i p̄ri9 oīum ho
rarum canonicarum ul' uīe p̄ncipii sicut uidemus adiple
tum. et p̄pter hoc in titulo posuit ad recordandū. Itē
de hoc psalmo et seq'n qui incipit. In te dn̄e. etc. dicūt
aliqui expositores q̄ idem ps est in hebreo cū opp'o'm
p̄pter q̄ uidi plures libros hebraicos et in aliquibus
ponitur idem ps in alijs aūt distincte. p̄mū tamē
uidetur m̄ uerius licet ierō9 dicat eē duos psalmos
quia hūc cotat. 69. et aliud. 70. nō tū mutat' sniā
siue hoc teneatur siue illud quia utrūqz uidetur factus
a dauid cum eēt i p̄secutōne absalon filij sui q̄ uide'
saluo meliori iudicio. Scdm igr̄ hūc s'sum diuidi'
in duas p̄tes: q̄ p̄mo dauid petit accelari suā libe
ratōnem. 2° ad hoc inducit multiplicem rōnem ibi. In te
dn̄e sp̄aui. Circa p̄mū dicit. deus i adiutoriū me
ū intende. q̄ nō possum absalon filio meo resistē
sicut ipsemet dauid dicit sc̄o Re. 15. surgite et fugi
amus neqz eni' erit nob' refugiū a facie absalon.
dn̄e ad adiuuand' me festina. q̄ achitophel
nitebatur eum p̄sequi et cōp̄hendere eadem nocte
ut h̄r. 2. Re. 17. Confundant' et reuereant' q' q̄
rūt aīam meā. q̄ et factū ē q̄ achitophel se
suspendit ut h̄r. e. ca°. et absalon interfectus fuit
ut h̄r. ca°. se'n. Cōuertant' retrorsum. etc. quia p̄p'9
q' erat cum absalon eo defuncto fugit in tabernacula
sua ut h̄r. 2°. Re. 18. et ad idem refertur quod subdit
adiutantur stati erubescentes q̄ fugiētes de p̄lio
statim erubescūt et timuo. qui dicūt m̄ euge euge
Interiectō ē gaudentis q̄ p̄p'9 existens cū ablalō
erat in tanta multitudie q̄ gaudētes dicebant
stati hēbim9 eum i manibus nr̄is captum. exultent
et letentur in te oīs qui q̄rūt te .i. ego et uiri mi
qui querim9 iusticiam tuam et p̄ te liberari. et dicāt
sp̄ magnificetur dn̄s. de bn̄ficijs nob' p̄stitis. Ego
uero egen9 et pauper sum. q̄ i illa fuga sylua p̄sti
tit ei cibaria. ut h̄r. 2. Re. 17. Et ideo subdit. deus
adiuua me. q. d. sine tuo auxilio nō possum resistē
Et ideo subdit: adiutor me9. q̄ hostes inuadētes. et
liberator me9. es tu a p̄iculis immīentibus. dn̄e ne mo
reris. et in hoc petit celerem liberatōnem sicut i
p̄ncipio psalmi.

LXX

In te domine

speraui

Licet hic ps no sit alius a p̄cedēti ut
credo quia tamē a ierōnimo et alijs no
stris doctoribus ponitur ali9 ideo uolui ponē aliquā
distinctōnem et p̄pter psalmorum cotatōem p̄ut h̄nt'
in libris nr̄is. Sciendum igr̄ q̄ i aliq̄bus biblijs pōi
tur hic tal' titulo. psalm9 dauid filiorum ionadab
et p̄morum captiuorum. Sz in hebreo et trāslatōne ie
rōimi nullo simpl'r ponitur titulo. Et ideo iste vr̄
appositus s'm ymaginatōnem ul' opionē alicui9 ex
positoris quia neqz iste titulo uidetur multū con
cordare seq'nti lrē. p̄pter q̄ s'm q̄d dictū ē magis
uidetur s'a ps hui9 psalmi in qua dauid ad suam
liberatōnem a deo inducit multiplicem rōnē. Et diui
ditur in duas p̄tes. q̄ p̄mo dauid inducit hui9 mōi
rōnes. 2°. p̄mittit multiplices grām actōnes ibi. ego
autē sperabo. p̄ma in tres. q̄ p̄mo adducit rōnes ex
parte dei. sc̄o ex parte sui ibi. In te cantatō mea semper
tercio ex p̄te aduersarij ibi. confundantur. etc. Circa p̄m
allegat p̄mo dei magnificenciā. sc̄o ei9 iusticiā ibi.
deus eripe me. Circa p̄mū sciend' q̄ ad magnificū
p̄tinet adiuuare cōfidētē de se. et maxie qm̄ h̄r iusti'
p̄ se. et hoc allegat dauid dicēs. In te dn̄e speraui. tamq̄
in adiutore potenti. nō cōfundar in eternum .i. fina
liter quia in p̄secutōne absalō ip̄e reportauit hono
rem et absalon cum suis cōfusionem. In iusticia tua
libera me. q̄i. d. tibi p̄p'um est iustos liberare cuius
sum in hac p̄secutōne. Inclina ad me aurē tuā. lo'
de deo ad modū hoīs qui inclinat aurē suā quādo
uult exaudire dep̄catōnē petentis. Esto m̄ i deū
p̄tectorē. etc. q. d. nulla p̄tectō aut munitō ualet
michi sine te. qm̄ firmamentum meū de9. dans m̄ fir
mitatē cōstancie. et refugiū meū es tu. In oī tribu
latōne. Oīa ista ostendūt fiduciā quā h̄ebat dd̄.
i deo p̄pter quā exaudibil' erat sua petitō. De9 me9
hic cōnter dauid all'at dīnā iusticiā ad quā p̄tinet
iniquos punire quales erant p̄secutores dauid et

hoc est qd̃ dicit. deus meus eripe me de manu peccatoris.
.i. peccatorum. quia multi in fauorem absalon iniuste persequeba
tur eum. et de manu contra legem agentis .i. ipsius absalon qui
agebant contra legem naturalem et diuinam et humanam persequen
do patrem suum quem omnis lex precipit honorare. iniqui.
.i. achitophel qui fuerat consiliarius dauid et contra
eum dabat iniqua consilia. et eius consilio absalon contra
patrem rebellauit ut dictum fuit secundo Re. 17. quoniam tu es pa
tientia mea domine .i. prestans michi patientiam in hac tribulatione.
fuit enim tunc dauid ualde patiens ut habetur 2. Re. 16. quia
iniurias semei maledicentis et lapides contra eum mittentis
ualde patienter portauit. domine spes mea a iuuentute
mea. q. d. nil boni speraui obtinere nisi per te. In te confir
matus sum ex utero etc. de uentre matris mee. i. ab
hora natiuitatis mee usque nunc. tu es protector meus
sicut fuisti ante quam fuissem natus. In te cantatio. hic
adducit rationes supradictas ex parte sui ad ostendendum
quod oratio sua sit exaudibilis. et accipitur prima ratio ex sua
deuotione. secunda ex corporis deffectione ibi. ne proiicias.
Circa primum sciendum quod ad deum pertinet audire oratio
nes deuotorum qualis erat dauid qui quasi continue
erat intentus diuinis laudibus. et hoc est quod dicit
In te cantatio mea semper laudando deuote. tanquam prodigi
um factus sum multis. fuit enim miraculum mirabile quod dauid
adhuc iuuenis leonem et ursum suffocauit et gigantem
fortissimum in funda et lapide debellauit. ut habetur primo
Re. 17. et tu adiutor fortis. q. d. tu fecisti mirabilia
ista et non ego. ideo subdit. repleatur os meum lau
de. pro beneficiis tuis. ut cantem gloriam tuam in psalmis
a me compositis. Ne proiicias. hic consequenter accipitur
ratio ex parte deffectionis dauid qui iam erat senex et
tendens ad deffectum roboris quando absalon contra eum re
bellauit. ad deum autem qui fortissimus est pertinet ad
iuuare deffitientes maxime in iusta causa sicut e
rat in proposito. et hoc est quod dicit. ne proiicias me
in tempore senectutis etc. i. in tempore senectutis et defec
tibilitatis mee non substrahas a me auxilium uirtu
tis tue. quia dixerunt inimici mei michi. i. de me illud
quod postea subdit. et qui custodiebant animam meam.
.i. uitam meam. s. achitophel et consiles qui fuerant
prius consiliarii dauid et custodes corporis. Consilium
fecerunt in unum. i. cum ipso absalon ad me insequendum
dicentes. dereliquit eum persequimini etc. posuit enim
iste achitophel in capitulis propheticis per suam astutiam quod
dauid erat simpliciter reprobatus a deo propter adulterium
cum bersabee et homicidium urie. sicut plenius dic
tum fuit super psalmo tertio. ad hoc ut ipsos persequeretur
dauid securius tanquam a deo reprobatum. et ideo subdit da
uid. deus ne elongeris a me. substrahendo auxilium
defensionis tue. deus meus in auxilium meum respi
ce. loquitur de deo ad modum hominis qui oculos atten
tos ad eum quem uult adiuuare habet. confundantur et de
ficiant detrahentes anime mee. quales erant achitophel
et sui sequaces. ut patet ex dictis. operiantur confusione
et pudore etc. quod et factum fuit. quia achitophel se su
spendit ut habetur 2. Re. 17. et absalon pendens in quercu
per crines interfectus fuit. et magna pars suorum et
reliqua pars confusibiliter fugit. secundo Re. 18. Ego autem
Postquam dauid pro exauditione sue petitionis allega
uit rationes. hic consequenter pro ipsa promittit gratiarum actiones.
Et primo facit premium. secundo ostendit impletionis principi
um ibi. quoniam non cognoui. tertio redit ad propositum
ibi. nam ego. Circa primum dicit. ego autem semper spe
rabo. liberari de tribulationibus per tuum auxilium
et adiiciam super omnem laudem tuam. i. ad laudes
quas feci tibi semper adiiciam alias secundum auxilia que pre
stabis michi. Os meum annuntiabit iustitiam
tuam. eam confitens ore sicut teneo corde. secundum illud
Ro. 10. corde creditur ad iustitiam. ore autem fit con

fessio ad salutem. Quoniam ego cognoui. hic consequenter
ostendit huius promissionis principium impletum. non enim poterat
aliquis tales laudes excellentes deo soluere nisi haberet
notitiam de diuinis quam notitiam non habuit dauid per studii
exercitationem sed per diuinam infusionem. et hoc est quod dicit
quoniam non cognoui litteraturam. per doctrinam humanam quod patet ex
hoc quod iuuenis existens fuit deputatus ad custodiam
ouium ut patet primo Re. 16. et inde factus fuit armiger
saulis. et deinde assumptus ad militiam in bello contra goliath
ut dictum fuit primo Re. 17. introibo in potentias domini. i. ad
cognoscendum eius uirtutes et magnificentias per eius
inspirationem. ideo subdit. deus docuisti me a iuuentu
te mea. quia iuuenis erat quando fuit inunctus per samuelem
primo Re. 16. et ex tunc spiritus domini directus est in dauid ut
ibidem dicitur. et cepit prophetare et psalmos facere. et usque in
senectam et senium deus ne derelinquas me. uixit enim dauid
usque in senectutem bonam quod habetur 3. Re. primo. et rex dauid se
nuerat. habebatque etatis plurimos dies. nec fuit derelictus
a domino nisi ad tempus modicum propter bersabee et urie peccatum.
donec annuntiem brachium tuum. i. magnitudinem uir
tutis tue. generationi omni que uentura est. quod patet impletum
quia psalmi dauid a tempore ipsius a generationibus sibi succe
dentibus recitati sunt et usque ad finem mundi recitabuntur
inter fideles. potentiam tuam etc. hoc refertur ad illud
quod predicitur. donec annuntiem etc. usque in altissima que
fecisti. i. facies magnalia que de misteriis christi que sunt
maxima diffusius et clarius scripsit quam ceteri prophete ut dic
tum fuit in principio huius libri. deus quis similis tibi. q. d. nullus
quia uirtus omnis creature distat in infinitum a creatoris uir
tute. quantas ostendisti in tribulationes multas et malas
.s. malo pene. quia dauid fuit in multis tribulationibus
et periculis mortis ut patet ex decursu primi Re. et secundi. et con
uersus erga. oculus tue misericordie. uiuificasti me de periculis
mortis eripiendo. et de abissis terre iterum reduxisti
me. quia dauid frequenter se abscondit in speluncis et ca
uernis terre de quibus postea exibat deo ipsum de periculo
educente. multiplicasti magnificentiam tuam. me frequenter
liberando. et conuersus consolatus es me. post aduersitatem
prosperitatem conferendo que tunc est magis perceptibilis et
causa maioris consolationis. Nam ego. hic consequenter reditur
ad propositum. s. laudes et gratiarum actiones deo promittendo. d.
nam et ego confitebor tibi confessione laudis. in uasis p
salmi. hoc est in instrumentis musicis more hebraico que
instrumenta cuiuslibet artis dicuntur uasa. dauid autem diuinas
laudes canebat non solum uoce sed etiam instrumentis musicis
ut frequenter apparuit ex predictis ideo subditur. psallam tibi
in cithara sanctus israel. i. tibi qui es sanctus deus ipsius israel.
exultabunt labia mea cum cantauero tibi. quia magnitudo
deuotionis mentis redundat etiam ad sensus corporis per delec
tationem. et anima mea quam redemisti. i. uita mea quam e
ruisti a precedentibus periculis et redimes a futuris. Sed
et lingua mea tota die meditabitur iustitiam. i. medi
tatione cordis confitebitur iustitiam tuam. cum confusi
et reueriti fuerint qui querunt mala michi. quod contigit
absalon et achitophel et complicibus eorum qui querebant
animam dauid. Moraliter posset exponi psalmus iste
de quolibet fideli existenti in magna tribulatione qui coram
deo narrat pericula petens ab eis uelociter liberari. et
promittens deo deuote et fideliter regratiari.

LXXI.

Deus iudicium

Huic psalmo premittitur talis titulo in hebreo
Salomoni. et in translatione ieronimi dicitur. In sa
lomone. Et est eadem sententia. s. quod iste psalmus attribuitur sa
lomoni secundum tamen uarie exponitur. dicunt enim hebrei
moderni et aliqui expositores nostri quod dauid fecit hunc
psalmum orans pro filio suo salomone ut regnum sub ma
nu sua prosperaretur in iustitia et ueritate. Et ideo mitti

tulatur a salomone tamq ab eo pro quo fiebat oro / Jero
aut in plogo sr librum istum dicit q salon fecit istum
psalmum et sic intitulatur ab eo tamq ab actore / De
ma uero huius ps mi uidetur saluo meliori iudicio
q no sit pspitas regni sub salone, sz mags pphia de
xpo rege ppter plura in hoc psalmo coteta, que non
possunt conuenienter de salomone dici sz solum de xpo
ut patebit ista psequendo / et hunc sensum psequuntur
Jero aug cassiodor / Et sm hoc ps iste i duas ptes
diuiditur. qr primo pphia denuntiat xpi regiam dignita
tem. Scdo ex hoc alaudat diuinam maiestatem ibi. bndictus
dns. Pma in duas. qr primo in xpo declaratur auctoritas
iudicis. Scdo bonitas regiminis ibi. descendet. Circa primu
pphia ad exprimendu eius desiderium de re pnuntiata p
modum orationis denuntiat xpi ptatem iudiciariam d. deus
iudicium tuum regi da. i. ptatem da regi xo ptatem iudici
ariam q et factum e put dr. Jo. v. pr omne iudicium dedit
filio. et iustitiam tuam. i. ptatis pdicte executionem filio re
gis. i. xpo qui sm deitatem filius e regis eterni pris. et
sm humanitatem e filius dauid regis, ut hr. ro. primo, quia
descendit de ipo dauid sm carnem ro. primo, et sm u
tramq naturam data est ei ptas iudiciaria, qr i extremo iu
dicio apparebit in forma humana in qua fuit iudicatus
coram pilato. apparuit tn coram eo in forma passibili. sz in
iudicio apparebit in forma gloriosa. Judicare ppln tuu
rc. hoc continuatur ei quod pdicitur. da iustitiam
tuam filio regis. iudicare. i. ad iudicandum actu ppulum tuum
scilz xpianum, qui e ppls pris sicut filij iustitiam redde
do sm merita. et paupes tuos in iudicio. ut p abiec
tione quam sustinent in psenti recipiant exultationem et
honorem in futuro. sm q dr. mt. v. bti paupes spu
qm ipsorum e regnum celorum. suscipiant motes. i. angeli sz
q dr in fin psalmo. rc. motes i circuitu eius. i. angeli
sm q exponit aug. pacem pplo q recepunt mandatum
a deo denuntiande pacis fideli ppl in xpi natiuitate
sm q hr. luc. v. gloria in altissimis deo et in terra p
ax hoibus bone uoluntatis. et colles iustitiam. p colles,
qui sunt motes minores intelliguntur apli alij qz disci
puli xpi qui acceperunt mandatum a xpo de pmulganda le
ge euangelica. i qua consistit iustitia. sm q declarat
apos ro. e. et. h. iudicabit paupes ppli. hoc subdit
pphia ad ondendu q pphia sua erat in effectu ad
implenda. et exponitur sicut prius et saluos faciet
filios pauperum. i. imitatores xpi et aliorum aplorum et
discipulorum qui fuerunt paupes et humiliabit calup
niatorem. i. etiam tyrannos, fidelium xpi psecutores
sicut appet de nerone q pmam psecutionem mouit cotra
ecclesiam. et domitiano qui mouit scdam. et uterq fuit
de impio deiectus. et pmus se interfecit et scdus a sena
tu fuit interfectus et de multis alijs tyrannis idem con
tigit, vel p calupniatorem pot itelligi anticristus q ad
usabitur ecclesie, et extolletur sup omne q dr deus aut
colitur. quem dns ihs interficiet spu oris sui et de
struet illustratione aduentus sui ut hr. z. thessa. r.
et permanebit cum sole. i. eternaliter aptepus. sicut
sol est incorruptibilis q dicitur de xpo no solum qntum
ad deitatem sz etiam qntum ad humanitatem. et ante lu
nam. i. ante q crearetur luna, q dicitur de xo sm
deitatem que e eterna. ppter q dr hebre. r. ihus xo
heri et hodie ipe et sp. Descendit. hic ostenditur de
claratur in xpo bonitas regiminis, et qr i capit a ma
suetudine pncipis sm q dr ps. 89. qm superuenit
mansuetudo et corripiemur. io pmo describitur man
suetudo xpi. scdo magnitudo sui impij ibi et dnabitur.
Circa primu sciendu q xo in pmo sui aduentu no uenit
i magnitudine sue ptatis. sz in benignitate sue humanitatis
sm q fuerat pphizatum zacha. o. Ecce rex tuus uenit
tibi iustus et saluator et ipe paup, p quo transtulit
.zi. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. et hoc e qd

dr. descendit sicut pluuia i uellus. i. suauiter et i
perceptibiliter. descendet i uirginem p suam incarnationem
im qlatuit etiam mundi pncipem. s. demonem, Et no
tandum q pluuia in uellere recipitur et ab eo ex
primitur sine corruptione uelleris. sic xus fuit concep
tus et natus sine corruptione virginis. et sicut stil
licidia stillantia super terram. q cu quadam suauitate
cadunt in eam, et omnia ista dicuntur ad ondendum
benignitatem et humilitatem xpi i pmo sui aduentu
orietur in diebus iustitia eius. i. fides catholica q con
tinet pfectam iustitiam. et habundantia pacis. hoc
exponunt aliqui de pace tpali, que fuit p orbem
vniuersum tpe natiuitatis xpi, ppter q augustus
cesar tunc iussit ppim p totum orbem numerari luc. z.
Sz hoc no bn consonat lre sequenti cum dr. donec aufe
ratur luna. qr cito post ea insurrexerunt bella etiam i iu
dea iudeis ad inuicem pugnantibus. et iterum cotra romanos
rebellantibus sm q dicit iosephus li de iudaico bel
lo. ppter q ciuitas ihrlm et terra in circuitu fuit
destructa / Et ideo melius exponitur de pace quam ange
li clamauerunt i xi natiuitate dicentes gloria in altissimis
deo et in terra pax hoibus bone uoluntatis. et hec
consistit in tranquillitate pacie que pmanet in iustis
oi tpe pub. rr. no contristabit iustum qdqd ei
acciderit. et sic pmanet in iustis usq ad finem mun
di cui succedit pax celestis que exsupat omnem
sensum. et sic manet eternaliter a pte finis. sicut
et luna q e incorruptibilis. Et dnabitur. hic ostenditur
describitur magnitudo regni xpi. Et pmo qntum
ad eius dilatationem. scdo ad fame diffusionem ibi. sit no
men. pma i duas qr pmo describitur regni dilatatio
scdo ad hoc adducitur ro ibi. quia liberabit / Circa
pmu dr. et dnabitur a mari usq ad mare. i. sz
totam terram mari circundatam. licet. n. oceanu ma
re dicatur. tn sm diuersas sui ptes uarie noiatur
. ut pote mare orientale a pte orientis. et occide
tale a pte occidentis. et eodem modo a pte austri et
aquilonis. Jn oibus. n. istis terris aliqui receperunt
fidem xi p pdicationem aplorum aliorum qz disciplorum. sm
q dictum fuit sup psalmo. ez. exponendo illud. Jn
oem terram exiuit sonus eorum rc. et a cardine. s. pa
disi terrestris. usq ad terminos orbis terrarum. Jn
translatione iero hr. usq ad terminos orbis terre.
i. usq ad terminos orbis constituti cum terra p cir
cuitum. et isti termini ptendunt usq ad ultimum
celum. et tantum ptenditur ptas xpi. ppter q dr
mt. ultio. data e m omnis ptas i celo et in terra
Ex pdictis pz q iste ps no pot ad litteram intelligi
de salone qr pax que fuit sub eo no multum dura
uit. sz eo mortuo statim regnum scissum fuit. z. re. rr. p
mo etiam ante mortem salomonis, dns eius aduersarios
ppter eius pctm suscitauit z. re. ri. Jtem qr monarcha
no fuit. sz tm i iudea et aliquibus terris ppinquis regnauit.
coram illo pcident ethiopes. fidem xpi humiliter
recipiendo. et eum deuote adorando. et inimici eius
terram lingent. quia ethiopes qui prius erant inimi
ci eius p ydolatriam inclinauerunt se ad ipm adorandum
deuote. ac si terram deuotione et humilitate uellent lin
gere. et in hoc impletum fuit dictum ysa. eo. rc. ueni
ent ad te qui detrahebant tibi et adorabunt uestigi
a pedum tuorum / aliter exponitur ab aliquibus. Et inimi
ci eius. rc. de iudeis cotra ipm obstinatis qui i obsidi
one fuerunt ita fame constricti. q ipi querebant ad
comedendum illa que de emundatione ciborum fuerunt
piecta ad terram et i sterquilinis. sz litteram mags continu
atur sm pmam expositionem. reges tharsis et insule mu
nera offerent rc. hoc exponitur ab aliquibus de re
gibus qui uenerunt adorare xpm. qui erant de illis
ptibus / pot etiam hoc exponi de pluribus nationibus que

hic notantur quam reges et principes fidem xpi recepunt et munera deuote dederunt ad ecclesiam con structionem et pauperum xpianorum sustentationem. et ado rabunt eum omnes reges terre. quod adimpletum fuit in constantini conuersione cum tamquam monarche obe diebant reges et ipse precepit ubique terrarum ad hono rem xpi ecclesias hedificari et sic omnes reges adorauit eum .i. xpm. quod duplex potest intelligi. uno modo quod caput eorum imperator .s. in quo omnes alii erant in uirtute adorauit xpm deuote. Alio modo quod ex eius imperio preceperunt ecclesias ad honorem dei hedificari. Item alio modo potest exponi pro tempore moderno quo ydolatria cessauit in mundo et sic omnes reges et gentes ei subdite credunt deum humana tum pro salute mundi. Quia liberabit. hic consequenter po nitur dicte dilationis ratio que est iustitia ad quam sequitur pax regni quam desiderant omnes mortales ut habetur hester .ii. et ideo maxime facit ad dilatationem regni et multo dilatabitur eius imperium quia potentes arcebit a tyrannide super pauperes quod factum est per hoc quod maxi mi principes mundi subditi sunt iugo xpi et sic inferi ores et impotentes a tyrannide eripiuntur et hoc ratione potentum qui sunt sub timore xpi et patet littera usque ibi. et ex usuris et iniquitate redimet animas eorum. quia summus pontifex qui est uicarius xpi prohibet usuras iure canonico et multi principes xpiani eius edicto prohibent usuras et per hibuerunt et ad eorum restitutionem subditos compulerunt. et uiuet. hoc intelligitur de uita xpi post resurrectionem que est inmortalis secundum quod dicitur Jo. 6. ca°. xpc resurgens ex mortuis iam non moritur. Et ideo illa uita sola dicitur uita simpliciter quia uita presens mors est potius dicenda quam uita. secundum quod dicit beatus gregorius omelia. 37. et dabitur ei de auro arabie. quia post resurrectionem xpi principes et pote tes ad fidem conuersi dederunt donaria preciosa ad he dificationem ecclesiarum et sic uisibile est quod dederunt de auro arabie quod est preciosissimum. et adorabunt de ipso semper .i. pro eius beneficiis adorabunt eum. cotidie .i. assidue quantum potest fieri bono modo. benedicent ei. de suis benefici is regratiando. erit firmamentum. In hebreo habetur erit habundantia frumenti. et in translatione ieronimi habetur. e rit memoriale triticum. ideo translatio communis uidetur corrupta per scriptores ex similitudine dictionum habens firmamentum pro frumentum quod exponunt hebrei di centes quod in aduentu messie quem falso expectant frumenta essent in tanta altitudine sicut cedri li bani et facient spicas magnas et latas ex quibus uento flante decidet simila de qua iudei poterunt pro sua uoluntate facere. Sed quia istud est omnino irrationabile et erroneum ideo melius exponitur de sacramento eucha ristie in quo xpc continetur ubique in ecclesia sub specie pa nis tritici propter quod comparat se grano frumenti Jo. 12. ca°. Et ideo dicitur hic. erit frumentum .i. eucharistie sacramentum in terra in summis montium. quia episcopi et sacerdotes qui in ecclesia dei sunt quasi montes super capita sua eleuant hoc sacramentum. superextolletur super libanum fructus eius. quia fructus huius sacramenti extollit homines ad altitudinem Jo. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum. et florebunt de ciuitate .i. de ecclesia in qua u niuntur fide et caritate xpiani. sicut fenum terre. Sicut enim fenum subito multiplicatur sic xpiani per orbem in paruo tempore fuerunt multiplicati. Sit nomen. hic consequenter describitur magnitudo regni xpi quantum ad fame diffusionem. et nomen xpi et xpianorum dilatatum est per orbem et magis dilatabitur. et hoc est quod dicit Sit nomen eius benedictum .i. sollempni memoria diuul gatum. in secula .i. in generationibus succedentibus. ante solem per manet nomen eius. quia ab eterno est nomen xpi secundum deitatem et ex hoc cum precedentibus patet quod psalmus iste non potest competenter ad litteram exponi de salomone. de cuius nomine non erat habi

nec memoria ante ipsius tempora. et benedicentur in eo omnes tribus terre. quia in omnibus populis mundi benedicuntur fideles in nomine xpi. omnes gentes magnificabunt eum. tamquam sal uatorem et dominum omnium. Benedictus. hic ultimo ponitur gratiarum actio pro beneficiis predictis cum dicitur. benedictus dominus deus israel .i. populi xpiani sicut supra expositum est. qui facit mirabilia solus. maxima enim mirabilia in misterio xpi continentur que in hoc psalmo describuntur ut uisum est. et benedictum nomen maiestatis eius in eternum. quia angeli et homines sancti eternaliter laudabunt eum. secundum quod habetur infra psalmo 83. beati qui habitant in domo tua domine. In secula se culorum laudabunt te. et replebitur maiestate eius omnis terra. quod fuit impletum in missione spiritus sancti quia tunc spiritus domini repleuit orbem terrarum. hoc etiam aliter exponitur de miraculis factis per orbem terrarum ad preces sanctorum que miracula sunt manifestationis diuine declaratiua. fiat fiat. In hebreo habetur. amen amen. quod significat fideliter et duplicatur ad designandum huius prophetie certitudinem. complete sunt orationes dauid filii ysai. secundum ieronimum et doc tores hebreos istud adiungitur huic psalmo. Et ex hoc uidetur quod dauid fecit hunc psalmum et non salomon. Sed queritur hic quomodo orationes dauid in hoc sunt com plete cum postea in hoc libro sint plures psalmi a dauid tamquam ab actore inuenti. Ad quod respondent aliqui doctores nostri quod hoc dicitur pro tanto quia in hoc psalmo agitur de xpi regno ad quod omnes psalmi a dauid sunt ordinati tamquam ad finem suum aut importat complementum. Aliter autem potest dici et ma gis litteraliter quod iste psalmus secundum ueritatem fuit ultimus inter fac tos ab ipso dauid tamen non fuit scriptus in ultimo loco quia scribebantur secundum quod inueniebantur sicut dictum fuit in prologo huius. et ex hoc contingit quod psalmus 3. qui primo fuit factus a dauid uel saltem de primis positus est prope finem libri quia fuit de ultimis inuentis. et eodem modo iste qui fuit ultimo factus ponitur circa medium libri quia sic fuit inuentus et hanc solutionem ponit ra. sa. in glosa sua

Quam bonus israel LXXII

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. psalmus asaph. et in translatione ieronimi Canticum asaph. et est penitus eadem sententia. secundum augustinum iste psalmus intitulatur ab asaph non tamquam ab actore sed cantore quia secundum eum dauid fecit omnes psalmos sed aliquos de cantandos per asaph qui erat unus de principalibus cantoribus. Sed rabi salomon ieronimus et doctores hebreorum quibus in hoc uidetur magis assentiendum sicut dictum est in prologo huius libri. asaph non tantum fuit cantor sed etiam habuit spiritum prophetie et fecit hunc psalmum et plures alios prout uidebitur infra. fecit hunc psalmum ad ostendendum bonitatem diuine prudentie que attin git a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia sua uiter sapientie .8. licet frequenter hominibus ignorantibus est sic minus uideatur contrarium eo quod uident frequenter malos temporaliter prosperari et iustos multipliciter tribulari in hoc psalmo sic procedit quia primo premittitur intentionis conclusionem. secundo ad utramque partem adducit rationes ibi mei autem. 3° ponit ueritatis determinationem ibi existimabam. Circa primum dicit quam bonus .i. ualde bonus est supple deus israel quia licet sit deus omnium per creationem dicitur tamen deus israel per ueram fidem ueritatis quia bonitas diuina non sentitur ab iniquis. Sicut nec claritas delectabilis est oculis infirmis sed solum sanis et degustatur a bonis. ideo subdit his qui recto sunt corde. quia recte tendunt ad deum sicut in summum bonum. Mei autem. hic consequenter arguit ad utramque partem et primo ad oppositum. secundo ad propositum. si dicebam. Contra bonitatem diuine prudentie accipitur ratio ex duobus .s. ex prosperitate malorum et tribulatione iustorum. Et primo arguitur ex primo. et secundo ex secundo ibi. conuerterunt. prima adhuc in duas. quia primo ponitur prosperitas malorum. secundo iniquitas eorum ibi. ideo tenuit. Circa primum loquitur propheta in persona populi iusti

ini qui uidens prosperitatem malorum incipit dubitare de
bonitate diuine prouidencie. Unde multi talia uidentes
dicunt deum dormire qui non habeat prouidentiam de humanis
actibus sicut dicit tullius et multi alii in quorum persona dicitur iob
22. Circa cardines celi perambulat nec nostra considerat
dicit igitur propheta in persona ipsorum. mei autem pene moti
sunt pedes etc. i. fere cecidi a rectitudine sentiendi de
bonitate diuine prouidentie. quia zelaui super iniquos
i. motus fui per quandam concupiscentiam ad sequendum
eos. Unde dicitur ecclesiastici 9. ne zeles gloriam et opes peccato
ris i. non concupiscas eas. et motum dicte concupiscentie
tangit dicens. pacem peccatorum uidens. i. eorum felicitatem
uisa autem magis mouent animum quam audita, et ostendit ex
plicat magis in particulari eorum felicitatem dicens. quia non est respectus
morti eorum. i. non uidentur timere mori. sed diu uiuere et diuitias
quod multi. ecclesiastici 7. iustus perit in iusticia sua et impius
multo uiuit tempore in malicia sua. et firmamentum in pla
ga eorum. i. non est longa duratio in plaga eorum quia sit firma
ta. quia si infirmentur aut uulnerentur cito curantur ha
bentes in promptu remedia curationum propter habun
danciam diuiciarum suarum. In labore hominum non sunt. sed
in deliciis et solaciis et immunitate. Cum hominibus non flagel
labuntur. quia propter diuicias suas et potentiam de gra
uibus et duris laboribus qui aliis imponuntur, et frequenter in
contingit quod bonis uiris in tempestatibus destructis eorum
bona remanent illesa. Ideo tenuit. hic ostendit de
scribitur eorum iniquitas cum dicitur. ideo tenuit eos superbia. quia
prosperitas est frequenter occasio superbiendi. et dicit tenuit.
quia talis superbia non est ad horam per modum passionis tan
tummodo. sed per modum habitus permanentis. operti sunt iniquita
te. peccando contra proximum. et impietate. peccando contra
deum. quia sicut pietas signat dei cultum sic impietas eius
oppositum et dicit operti sunt. quia undique ad peccandum
inuenti sunt sicut uestimentum hominem operit circumquaque. prodiit
ex adipe iniquitas eorum. i. ex diuiciarum suarum pinguedine
que prestant fomentum omnibus uiciis quia pecunie obedi
unt omnia eccl. 10. transierunt in affectum cordis. i. ha
bituati sunt in suis malis, et sic alliciunt et delectantur
ipsis secundum illud prouerbiorum 2. qui letantur cum male fecerint
et exultant in rebus pessimis. cogitauerunt. intellectum
suum et industriam applicando ad maliciam. et loquti
sunt nequiciam. precipientes suis satellitibus exequi ipsorum
ad iustorum afflictionem. Sicut patet in tirannis tam in nouo quam
in ueteri testamento. iniquitatem in excelso locuti sunt. blas
phemias dicendo de deo sicut pharao dicebat exo. 5. ne
scio dominum et israel non dimittam. et senacherib 4 Re. 18. qui
dicebat quod deus non posset liberare ezechiam et populum su
um de manu eius, et in nouo testamento multi tiranni blasphe
mias magnas dixerunt de christo. posuerunt in celum os suum.
precipientes se adorari tamquam deum. sicut patet de nabugodonosor
qui precepit exterminare omnes deos terre et ipse solus deus
diceretur iudith 3. Et gaius imperator misit statuam
suam ut in ea adoraretur tamquam deus ab omnibus. secundum quod
dicit iosephus libro de iudaico bello et etiam alii hystorio
graphi. ideo subditur et lingua eorum transiuit in terra. i.
lingua in tantum transiuit metas rationis quasi non essent ho
mines terreni sed magis dii celestes. Ideo conuertetur.
hic ostendit arguit ex iustorum aduersitate. dicens. Conuertetur po
pulus meus huc. quia propter istud conuertitur ad desiderandum prospe
ritatem malorum iuxta aduersitatem bonorum. et dies pleni.
scilicet uigiliis et meditationibus. inuenientur in eis. i. conside
ratione talium. et dixerunt. post talem considerationem. quo
modo scit deus. i. mirantur quomodo deus permittit talia si ad hoc
se extendit sua prouidencia; propter quod subdit repetendo
breuiter prosperitatem malorum iuxta aduersitatem bonorum quia
opposita iuxta se posita magis elucescunt cum dicitur. ecce peccato
res et habundantes in seculo. i. in malis huius seculi. ob
tinuerunt diuicias. quibus habentur corporales delicie, et
subditur. et dixi ergo. existimans iniusticiam concludens ex

predictis. ergo sine causa. i. frustra. iustificaui cor meum. ca
uendo a peccato cordis. et laui inter innocentes manus
meas. cauendo peccata operis, et cum subditur. et fui flagella
tus tota die. et quasi continue frequenter. 2o accidit quod
iusti per totam uitam suam uel magnam partem sunt in afflictione
et castigatio mea in matutinis. i. uelociter adhibita quia non
electi mundum in presentem deus non differt punire usque in futurum
sed punit in presenti et cito de cursu mundi. Unde dicitur 2 macha
6. et enim non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere. sed sta
tim ultiones adhibere magni beneficii est indicium. Si
dicebam. hic ostendit arguit ad oppositum et hoc ex iustorum
qui frequenter leguntur afflicti in uita presenti ad magnitudinem
premii consequendi in futuro et hoc est quod dicit. Si dicebam
narrabo sic. i. tenebo istam opinionem approbando cum peccatori
bus prosperitatem temporalem. Ecce nationem filiorum tuorum. i. iu
storum qui sunt filii dei per gratiam. reprobaui. quia ipsi con
tempserunt terrena et patienter sustinuerunt aduersa
propter premium in futura uita. Sicut patet de abraham ysa
ac et aliis sanctis patriarchis et prophetis. nam et ysaias
fuit serratus, et quia ieremias lapidatus, et daniel in
lacum leonum proiectus. propter quod dicitur iudith 8. omnes qui pla
cuerunt deo per multas tribulationes transierunt fide
les et actuum 14. per multas tribulationes oportet nos transire ad re
gnum celorum. Existimabam. hic ostendit ponitur hec de
terminatio. secundo determinationis declaratio ibi. ueruntamen.
Circa primum ostendit qualiter ueritas huius questionis
scitur per diuinam reuelationem. et non per humanam inuestigationem
quia de premiatione bonorum et de punitione malorum in uita
futura non habetur aliqua certitudo ex inquisitione humana sed tantum
ex reuelatione diuina et hoc est quod dicit. existimabam
ut cognoscerem. i. ut possem cognoscere ueritatem de pre
dictis per inuestigationem rationis. hoc labor est ante me.
quasi dicat. quantumcumque ad hoc laborem non possem contingere ad
hanc ueritatem. et de talibus dicitur eccl. 8. quanto plus labora
uerit homo tanto minus inueniet. donec intrem sanctuarium
dei. i. ad intellectum sacre scripture diuinitus reuelate
quam uocat sanctuarium eo quod deus in illa loquitur sicut in
sanctuario diuinitus responsa dabantur. et intelligam
in nouissimis eorum. i. intelligam punitiones et premia
uite future de quibus aperte loquitur scriptura in ueteri
testamento et etiam in nouo. danielis 12. dicitur multi de hiis
qui dormiunt in puluere terre euigilabunt alii
in uitam eternam et alii in opprobrium ut uideant sem
per. Similiter mat. 25. ibunt hii in supplicium eternum iusti autem
in uitam eternam. Ueruntamen. hic ostendit dictam deter
minationem declarat et primo quantum ad penam malorum. secundo
quantum ad bonum iustorum ibi. quia inflammatum est. Circa primum
dicit. ueruntamen propter dolos. quibus iniuste defraudauerunt
et afflixerunt innocentes et iustos. posuisti eis finem
sue prosperitatis temporalis subtrahendo de presenti uita hoc
dixit contra illud quod supra fuit inductum ad oppositum
de longa uita malorum. quia non est respectus morti eorum. quia
etiam aliquando contingit contrarium ex diuina ordinatione et
hoc ad terrorem aliorum malorum et consolationem bonorum
ideo subditur. eiecisti eos dum alleuarentur. i. dum
adhuc essent in augmento sue prosperitatis temporalis. sicut
patet de antiocho illustri et de multis aliis tirannis. quomodo
modo facti sunt in desolationem. quia non solum aliqui
mori et domicilia destruuntur. Subito defecerunt. de pre
senti uita in gehenne pena propter iniquitatem suam quia
mortui sunt cum finali impenitentia. Uelut sompnium surgen
tium etc. illa. s. que uidentur in sompnis non sunt ue
re sed ymaginarie, ideo statim euanescunt homine eui
gilante. Sic prosperitas temporalis comparata ad eternam.
nulla est, et ideo comparatur sompnio quia statim euane
scit per mortem que oculos aperit quos culpa tenebat
clausos in presenti uita. domine in ciuitate. quod additur in
aliquibus libris non est in hebreo. In translatione
Jeronimi habetur. In ciuitate eorum ymaginem ipsorum ad nichilum

redigens

redisse. potentibus .i. huius mundi fiebant antiquitus ymagines in ciuitatibus quibus populares reuerentiam faciebant et qui diuino iudicio cadebant a sua tirannide et potestate et interficiebantur iste ymagines in detestatione eorum confringebantur. Per ymagines intelliguntur filij eorum quia filius est naturalis ymago patris et tales tyranni leguntur frequenter interfecti cum tota prole sua ut habetur iiij. Re. in pluribus locis et in pluribus aliis hystoriis. Quia inflammatum est. hic quantum describitur priuatio bonorum in presenti quantum ad bona gratie et in futuro quantum ad bona glorie. dicit igitur psalmista in persona talium. quia inflammatum est cor. istud quia non refertur ad precedentia quia sit ratio predictorum sed magis sequentium. dicit igitur quia inflammatum est cor meum. per dei primam dilectionem. et renes mei commutati sunt. per carnalis concupiscentie repressionem que viget in renibus quantum ad masculos ut dicit glosa. omne. xx. et ego ad nichilum redactus sum et nesciui. q.d. ex hoc quod dilexi deum toto corde et repressi impetum luxurie sequentium est. quia ego ad nichilum redactus sum. in mea reputatione et nesciui .i. me ignorantem reputaui. quanto enim homo plus deo per caritatem coniungitur et a carnali libidine retrahitur tanto minus se reputat propter humilitatem et magis suam cognoscit ignorantiam ideo subditur. ut iumentum factus sum apud te. .i. in tue comparatione que magis excedit cognitionem humanam quam humana brutalem. et ego semper tecum. quia qui resistit in propriam prudentiam et ignorantiam cognoscit se totaliter diuine dispositioni et ipse eum respicit sicut quod dicitur ps. lv. iacta super dominum curam tuam et ipse te enutriet ideo subditur. tenuisti manum dexteram meam. me dulciter in tua protectione recipiendo. et in uoluntate tua deduxisti me. a deuiis in presenti et cum gloria suscepisti me. de presenti miseria ad eternam uitam transferendo ideo subditur. quid .n. est in celo et a te quid uolui super terram. q.d. nec in celo nec in terra est aliqua creatura que sufficiat ad beatitudinem meam quia consistit obiectiue in solo deo qui est bonitas infinita ideo subditur. defecit caro mea et cor meum. i. consideratione bonitatis tue que non potest apprehendi a finita uirtute sed q.d. prima cor. ij. quod oculus non uidit nec auris audiuit et in cor hominis non ascendit que preparauit deus his qui diligunt illum. ideo subditur. deus cordis mei .i. anime mee creator et iustificator. ideo subditur. et pars mea deus in eternum .i. adimplens desiderium meum. quia ecce qui elongant se a te. per peccatum mortale. peribunt perditione gehenne. perdidisti omnes qui fornicantur abs te. per peccatum ydolatrie quod in scriptura fornicatio nominatur. michi autem adherere deo bonum est per fidem et caritatem in presenti. ponere in deo meo spem meam. per certam future beatitudinis expectationem. quia spes est certa expectatio future beatitudinis ex gratia et meritis proueniens. ut annunciem omnes predicationes tuas .i. illa que debet annunciari fidelibus ad gloriam tuam et eorum utilitatem. in portis filie syon. hoc non est in hebreo nec in translatione ieronimi. sed fuit appositum ab aliquo expositore eo quod in ueteri testamento prophete et doctores annunciabant reuelationes sibi factas et legis expositiones in portis atrii domus domini que erat in monte syon. propter quod habetur dictum ieremie xx. sta in porta domus domini et predica etc.

LXXIII

Ut quid deus. Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo et in translatione ieronimi. Eruditio asaph. et habet duplicem literam quia erudiuit fuit a deo per reuelationem de contentis in psalmo, et sic fecit hunc psalmum ad eruditionem aliorum de ista sa. quod asaph in spiritu preuidens captiuitatem psalmi dicit ra. per tytulum fiendam et diu duraturam fecit hunc psalmum orans pro liberatione populi in ista captiuitate in qua nunc est, quia iam liberationem expectant iudei fieri per regem messiam qui reedificabit eis mentem et uasa sanctuarii. Sed hec expositio habet erroneum fundamentum. s. quod uenturus sit in mundum cum hoc iam sufficit in principio ut frequenter dictum est. Similiter quantum ad hoc quod dicit de archa testamenti et aliis uasis sanctuarii que sint eis reddenda, quia dicitur iere. iij. In diebus illis ait dominus non dicent ultra archa testamenti domini nec ascendet super cor nec recordabuntur illius nec uisitabitur nec fiet ultra. Propter quod saluo meliori iudicio uidetur michi quod psalmus iste ad literam loquitur de babilonica captiuitate quam preuidit asaph futuram et in hoc psalmo orauit pro eius liberatione. Secundum hoc iste psalmus diuiditur in quatuor partes quia asaph primo pro liberatione populi allegat pristinam dei amicitiam. secundo aduersariorum maliciam ibi. leua manus tuas. tertio dei potentiam ibi. usquequo. quarto pro misericordia ibi. ne tradas bestiis. Circa primum sciendum quod ad magnam pertinet quod si amicus eius familiaris in aliquo offenderit eum citius et reconciliari propter pristinam amicitiam. deus autem elegit populum israel tanquam sibi peculiarem et ex hoc allegat asaph diuinam reuelationem quamuis multipliciter deum offenderit ante babilonicam captiuitatem et hoc est quod dicit. ut quid deus repulisti. s. populum tibi familiarem et electum. in finem .i. tam diu sustinendo eius captiuitatem. iratus est furor tuus. per hoc non est intelligendus in deo aliquis motus passionis sed rigor sine ultionis. super oues pascue tue .i. super populum israel quem pauisti eo. cum esset in deserto. usque quo introduxisti eum in terram lacte et melle manantem ut habetur iosue. b. memor esto congregationis. filiorum israel in messe quam debuerit de egypto ut dictum fuit exo. xx. quam possedisti ab initio. s. exitu de egypto. quia pro lege suscepta populus israel obligauit se deo ad seruiendum sibi spiritali seruitute. redemisti uirgam .i. sceptrum regni hereditatis tue .i. iudee que dicitur hereditas domini. eo quod ibi uigebat cultus diuinus ubi autem habebat locum sceptrum regni ostenditur cum dicitur. mons syon in quo habitasti in eo quia in monte syon fuit templum in quo dicebatur deus spirituali modo habitare et domus regia sicut frequenter dictum est supra. Leua manus tuas. hic quantum allegat populus aduersariorum maliciam propter quod decens est quod deus eam puniat et liberet detentos ab eis et circa hoc primo allegat maliciam babilonis. secundo postulationem ibi. signa nostra. Circa primum dicit leua manus tuas .i. uirtutem tue potentie quia in deo non habent locum lineamenta corporis. in superbias eorum in finem .i. ad frangendum totaliter superbias babilonorum quod factum fuit quando babilonorum per cyrum et darium destruxit ut habetur daniel v. et huius destructionis allegat tamen mouentem. d. quanta malignatus est inimicus .i. rex babilonis et eius populus. in sancto .i. in templo diuino cultui deputato. Consequenter explicat magis in particulari mala facta a babilonus in ciuitate et templo dei cum dicit. et gloriati sunt. tanquam fecissent propria uirtute. cum tamen a te factum fuerit propter populi correctionem. qui oderunt te .i. babilonii qui erant ydolatre. in medio sollempnitatis tue .i. in ierusalem quam destruxerunt babilonii in qua iudei manentes in ciuitate conueniebant ter in anno ad celebrandum festiuitates domini .s. in festis pasche. penthecostes. et tabernaculorum. ut habetur exo. xxiij. posuerunt signa sua .i. uexilla in signum uictorie quia capta ciuitate caldei posuerunt uexilla sua super portas et loca sollempnia in signum captionis et uictorie ideo subditur. sicut in exitu. s. belli habita uictoria super summum .i. super turres et loca ardua ubi in signum uictorie solent poni uexilla. et interpositum. et non cognouerunt .s. caldei hoc facientes quia propter peccata populi israel deus dabat illis tantam uictoriam. sed attri

bucebant siue portata. Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum, i. ianuas ciuitatis a deo electe ita irruentes exciderunt et destruxerunt sicut ligna de siluis. Incenderunt igni sanctuarium tuum, i. templum tuo cultui dedicatum ut habetur iiii Reg. ultimo. In terra, quasi dicat sanctuarium tuum quod est in celo non potuerunt destruere. Polluerunt tabernaculum nominis tui, quia capto templo ymmolauerunt ydolis suis uictoriam eis attribuentes sicut consueuerunt iuxta ritum aliarum gentium. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, i. de hoc habuerunt commune consilium caldei quod subditur: Quiescere faciamus omnes dies festos dei in terra. Erat enim intentio eorum ut deus hebreorum amplius ibi non coleretur propter quod et templum funditus destruxerunt. Signa nostra. Hic consequenter propheta allegat maliciam apostatarum iudeorum, multi enim iudeorum tunc transfugerunt ad caldeos ut habetur Iere. xxxviii. et illi erant atrociores contra ciuitatem et templum tamquam apostate a iudaysmo, sicut et de rapsace qui iudeus fuerat ut habetur iiii Reg. xviii. Et isti dicebant: Signa nostra non uidimus, i. talia qualia data sunt patribus nostris in exitu de egypto. Iam non est propheta qui annunciet nobis dei uoluntatem, et sic debemus eum relinquere sicut reliquit nos, et hoc subditur: Et nos non cognoscet amplius, i. facta nostra non approbabit. Reputabant enim eum totaliter repulisse populum iudaycum. Sed contra quod dicitur hic iam non erit propheta uidetur esse manifeste quod habetur iiii Reg. xxv. Iere. xxxix. et pluribus aliis capitulis quod ieremias erat et prophetabat in nomine domini. Ad quod dicendum quod non reputabant eum prophetam domini, ymo etiam illi qui remanserunt in iudaysmo dicebant ei: non misit te deus et mendacium loqueris, Iere. xliii. et multo magis apostate iudeorum reputabant eum prophetam falsum. Usquequo. Hic consequenter propheta allegat potentiam dei que tanta est quod solo nutu poterat destruere illos qui uituperium fecerant tam ciuitati et loco suo cultui deputato dicens: Usquequo deus, i. quamdiu, improperabit inimicus. Improperabant enim caldei iudeis captiuatis quod deus eorum non erat uerus deus quia eos non saluauerat. Et quia illud in iniuriam nominis dei resultabat subditur: Irritat aduersarius nomen tuum in finem, i. nimis diu, ideo subditur: Ut quid auertis manum tuam et dexteram tuam, supple extrahe de medio sinu tuo in finem, i. tam diu. Et loquitur de deo ad modum hominis qui quando diu dicitur pati dimittere manum suam in sinu tenere. Et quod ista dilatio non procedat ex impotentia ostendit dicens: Deus autem rex noster qui est deus ante secula, i. ab eterno, non tamen rex ab eterno quia nomen regis connotat respectum ad creaturam subditam. Alio modo ut per secula intelligantur reuolutiones multorum iubileorum. Seculum enim communiter accipitur in sacra scriptura pro reuolutione quinquaginta annorum. Ab exitu enim de egypto usque ad fundationem templi per salomonem fluxerunt anni quadringenti octoginta et deinde .xl. anni usque ad consummationem ut habetur iii Reg. vi. Et deinde usque ad destructionem eius per nabugodonosor quadringenti .x. secundum doctores hebreorum, et sic patet quod multi iubilei fluxerunt ab exitu de egypto et ingressu terre promissionis usque ad tempus asaph qui contemporaneus fuit ipsi dauid, et multo plures usque ad tempus captiuitatis babilonice pro quo loquebatur in hoc psalmo dicens: Ante secula operatus est salutem etc. Et secundum istam expositionem secunda littera ante secula non notat eternitatem diuinitatis sed tempus quod fluxit a salute filiorum israel de egypto per ingressum terre promissionis usque ad horam in qua asaph fecit hunc psalmum uel usque ad captiuitatem babilonis pro cuius relaxatione orabat. Operatus es salutem in medio terre, adducendo filios israel in signis et prodigiis in iherusalem et promissionis terra que est in medio climate terre habitabilis. Tu confirmasti in uirtute tua mare, quia in transitu maris rubri aque erant filiis israel pro muro a dextris et a sinistris ut habetur Exo. xiv. Contribulasti capita draconum in aquis, quia aque reuerse sunt super egyptios ut ibidem habetur. Qui quidem egyptii nomine draconum designantur quia rex egypti draco nominatur, Ezech. xxix. Draco magne qui cubas in medio fluminum etc. Tu confregisti capita draconis, principales egyptii submergendo. Dedisti eum escam populis ethiopum, i. auibus omnis generis que pascuntur cadaueribus. Mare autem rubrum proiecit egyptios mortuos in mari ad litus deserti ut habetur Exo. xiv. et sic fuerunt in escam auibus coruini generis que uocantur hic ethiopes propter similitudinem nigredinis. Uel quia in aliqua parte ethiopie homines comedunt dracones et serpentes, et egyptii hic nominantur nomine draconum. Tu dirupisti fontes et torrentes, quia eduxit aquam de petra in deserto in tanta habundantia quod bibit populus et iumenta ut habetur Num. xx. Tu siccasti fluuios ethan. In translatione ieronimi habetur flumina fortia, ethan enim hebraice est nomen appellatiuum et significat fortitudinem, et sic transtulit ieronimus hic. Dicit autem hic m. s. quod per fluuios ethan seu fortitudinis intelligitur fluuius iordanis qui fuit siccatus diuina uirtute in transitu filiorum israel, Iosue iii. et accipitur hic pluraliter pro singulari sicut Exo. xxxii. Isti sunt dii tui israel, et tamen non erat nisi unus uitulus conflatilis. Tuus est dies et tua est nox, quia tibi obediunt sicut creatori. Tu fabricatus es auroram et solem, per que intelliguntur cetera corpora celestia. Tu fecisti omnes terminos terre, per hoc intelligitur creatio corporum inferiorum, et per hoc intelligitur ulterius creatio mediorum. Estatem et uer tu plasmasti ea, quasi dicat tu es factor omnium temporum. Omnia autem ista inducit propheta ad ostendendum magnitudinem diuine potentie que poterat liberare populum suum et uindictam accipere de blasphemis, ideo concludit dicens: Memor esto huius. Et quid sit illud ostendit dicens: Inimicus improperauit domino, quia improperando iudeis quod deus eos non poterat saluare improperabant ipsi deo. Et populus insipiens, eo quod non habebat ueram cognitionem de deo magno, de quo solo uera est sapientia. Incitauit nomen tuum ex blasphemiis suis nos irrogantis. Meruit quod exurgeret tua iusticia ad faciendum uindictam de ipsis. Ne tradas. Hic ultimo allegat propheta israeliticam miseriam qui in babilonia frequenter morti dabantur sine causa sicut patet in tribus pueris in ignem proiectis eo quod nolebant adorare statuam auream, Daniel iii. et daniel fuit proiectus in lacum leonum eo quod adorabat deum, Daniel vi. propter quod dicit asaph: Ne tradas bestiis, i. leonibus sicut daniel, quia non est tanta in aliis iusticia sicut et daniel qua mereretur saluari. Uel aliter: Ne tradas bestiis, i. babiloniis bestialiter uiuentibus et crudeliter. Licet enim ex tunc essent traditi in babilonem non tamen quantum ad mortem inferendam per regis sententiam. Animas, i. homines, denominans totum a parte digniori sicut Exo. i. omnes anime que egresse sunt de femore iacob. Confitentes tibi, confessione fidei et laudis. Respice in testamentum tuum, quo promisisti filios israel liberare de captiuitate quando per penitentiam reuerterentur ad te, Deut. xxx. Si ad cardines celi fueris dissipatus inde retrahet te dominus deus tuus. Allegat etiam babiloniorum peccatum dicens: Quia repleti sunt domibus iniquitatum, i. iniquitatibus in quibus perseuerant tamquam habitantes in domibus. Qui obscurati sunt terre, i. a terrenis desideriis que obscurant bonum rationis. Ne auertatur a tua misericordia humilis factus confusus, i. populus israel per captiuitatem humiliatus et confusus. Pauper et inops, i. populus israel per captiuitatem depauperatus et inops factus. Laudabunt nomen tuum in regressu de babilone in israel, quod et factum est quando zorobabel et alii cum eo redeuntes hedificauerunt altare dei ut offerrent in eo holocausta et fecerunt festum tabernaculorum ut habetur primo Hesdre iii. Exurge deus ad liberandum populum tuum. Iudica causam tuam, inferendo penam pro iniuriis irrogatis contra tuam ma

iestatem

gestatez ideo subditur · memor esto improperiorum tuorum etc. et patet litera ex predictis. ne obliviscaris voces inimicorum tuorum i. babiloniorum tuorum te blasphemantium / et propter hoc dicuntur inimici dei quia erant ydolatre pessimi · superbia eorum qui te oderunt ascendit semper · In tantum enim ascendit superbia regis babilonis quod faciebat se adorari tanquam deum in aurea statua quam erexit / daniel. 3. prout ibidem fuit expositum.

¶ Moraliter potest exponi psalmus iste ut sit oratio ecclesie pro populo catholico qui aliquando per demones detinetur in peccati captivitate · ad cuius liberationem allegat ecclesia primo dei amicitiam quia populum catholicum recepit ad gratiam baptismalem · secundo demonum maliciam obstinatam · tertio dei potentiam ad peccatorum iustificationem · et ideo populus iste fiam quod diu detineatur in captivitate peccati / quod per babilonem significatur / que babilon confusio interpretatur · et ad hoc litera potest de facili applicari LXXIII

Confitebimur

Huic psalmus premittitur talis titulo in hebreo · Ad victoriam non disperdas · psalmus asaph canticum · et in translatione ieronimi · Victori non disperdas psalmus asaph canticum · et est eadem sententia utrobique que talis est · iste est psalmus canticum asaph ne disperdas i. ut non disperdas per captivitatem populum israel sicut fecisti in captivitate babilonica · Sicut enim psalmus precedens est oratio asaph pro liberatione populi a dicta captivitate ut dictum est · ita iste psalmus est de recepto populo reversi in terram nativitatis sue sub cyro rege · quod autem premittitur ad victoriam vel victori secundum translationem ieronimi designat conatum levitarum in decantatione huius psalmi ut frequenter supra dictum est / secundum igitur hunc sensum psalmus iste dividitur in tres partes · quia primo describitur reversorum conductio · secundo adversariorum punitio ibi · dixi iniquis · tertio pro ambobus gratiarum actio ibi · ego autem / Circa primum dicit in persona populi de captivitate babilonica reversi · confitebimur tibi deus quod iuste captivasti nos pro peccatis nostris · confitebimur quod misericorditer revocasti nos · et invocabimus nomen tuum · ista duo confitendo · Unde dicitur esdre. 9. de reversis a captivitate babilonica quater in die et quater in nocte confitebantur et adorabant / in confessione et adoratione · de die confitentes iusticiam / et de nocte eius misericordiam secundum illud psalmi. 41. In die mandavit dominus misericordiam suam et de nocte canticum eius · narrabo mirabilia tua · hoc dicitur in persona populi qui narrabat mirabilia populi quibus deus patres eorum liberavit de captivitate egyptiaca et ipsos de captivitate babilonica · Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo · Ra. sa. hanc literam coniungit cum precedenti dicens quod est liber populi israel · et est sensus · cum accepero tempus scilicet festivum · ego iusticias iudicabo i. laudes tuas narrabo / non sicut gentiles qui in conviviis et ydolatriis expendunt dies festos / sed quia iudicare non invenitur dictum in scriptura sacra pro narratione laudis · ideo aliter dicitur a doctoribus nostris · scilicet quod propheta mutat hic personam et loquitur in persona dei dicentis · cum accepero tempus i. cum venerit tempus dispositum secundum ordinem sapientie mee quod exprimitur in omnibus divinis · ego iusticias iudicabo i. sententias iusticie ponam in effectu iustos de afflictionibus liberando et impios puniendo · liquefacta est terra · scilicet israel · et omnes qui habitant in ea · quia sicut virtute ignis metalla liquefiunt et resolvuntur / sic terra in incendium a caldeis fuerunt destructa · ego confirmavi columpnas eius · in reversione de captivitate · et vocantur hic columpne terre israel · zorobabel ihesus filius iosedech esdras neemias aggeus et zacharias propheta et ceteri qui confirmaverunt corda populi ad reedificationem templi et civitatis ¶ Dixi · hic consequenter describitur adversariorum punitio quia babilonii qui filios israel captivaverant per persas et medos fuerunt debellati et destructi / ut habetur daniel. 5. et quantum adhuc dicitur in persona dei · dixi · cuius dicere est facere secundum illud psalmi dixit et facta sunt · iniquis i. babiloniis · nolite inique agere · quia abstulit eis potestatem extendendi suam nequitiam ultra · et delinquentibus nolite exaltare cornu i. potestatem regiam quia ad medos et persas translata fuit eam daniel. 5. nolite extollere in altum cornu vestrum · repetitio est eiusdem ad maiorem confirmationem · nolite loqui adversus deum iniquitatem · in hoc tangitur causa deiectionis potentie babilonis / quia contra deum blasphemias loquebantur ut dictum est psalmo precedenti · quia nec ab oriente etc. i. ex nulla parte poteritis divinum iudicium effugere · ideo subditur · quoniam deus iudex est · qui est presens ubique per eternam presentiam et potentiam · secundum quod dicitur infra psalmo. 138. Si ascendero in celum tu illic es · si descendero in infernum ades etc. hunc humiliat · eum eiciens a sua potestate et hunc exaltat · a statu humili et paupere et hoc facit pro sua voluntate / et hoc patet in rege babilonis quem deiecit et per cyrum quem a statu miserabili ad monarchiam perduxit / quia cum fuit natus de filia regis astiagis fuit in nemore positus feris et canibus devorandus · sed divina virtute fuit salvatus et postea ad monarchiam exaltatus / prout plenius dicitur in scolastica hystoria super danielem · et cum efficiens dicte electionis superborum subdit cum dicit · quia calix in manu domini · per calicem in scriptura intelligitur pena a deo inflicta / vel infligenda · Unde habetur supra psalmo. 10. pluet super peccatores laqueos ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum · vini meri i. puri sine aqua · In hebreo habetur · vini fortis plenus mixto · i. in calice cum vino forti mixtum est aqua fortificativa et inebriativa sicut solet fieri in claretto omnia ista dicuntur ad designandum acerbitatem ultionis divine · et inclinavit · scilicet calicem suum · ex hoc in hoc · ad inebriandum vinum populum post alium / puniendo peccatores successive secundum ordinem sue iusticie / sicut punivit iudeos per babilonios et per medos et persas · per grecos et per romanos · verumtamen fex eius exinanita · i. fundus calicis in quo feces resident non est evacuatus / quia semper in deo remanet virtus ad puniendum peccatores · ideo subditur · bibent omnes peccatores terre ¶ Ego autem · hic ultimo ponitur gratiarum actio pro populi liberatione et adversariorum punitione / cum dicitur ego autem annunciabo · scilicet dei virtutem et laudem · in seculum · quia psalmus iste a tempore asaph usque nunc decantatus / et adhuc decantabitur ad dei laudes · ideo subditur · cantabo deo iacob · licet enim sit deus omnium per creationem · dicitur tamen specialiter deus iacob eo quod populus israel descendens de iacob suscepit dei legem · non autem alii populi · Unde dicitur in psalmo. 147. qui annunciat verbum suum iacob et iusticias suas israel · non fecit taliter omni nationi etc. et omnia cornua i. superbias et potestates peccatorum confringam · i. confringenda denuncio per potestatem divinam / vel aliter potest dici quod propheta mutat hic modum loquendi / quia prius dicebat in persona propria · ego autem annunciabo · et cum tunc sit ad loquendum in persona dei · et omnia cornua peccatorum confringam quia deus facit de peccatoribus vindictam / et istud taliter frequenter fit in prophetis et maxime in illis qui metrice scripti sunt quales sunt illi qui psalmos fecerunt · et exaltabuntur cornua iusti · i. christi qui dicitur anthonomatice iustus / eo quod iustificat alios · secundum quod dicitur ysa. 53. in scientia sua iustificabit ipse iustus servus meus multos / et iniquitates eorum ipse portabit · In resurrectione autem christi exaltata fuerunt eius cornua propter quod dixit tunc vel ultimo dicitur · data est mihi omnis potestas in celo et in terra · propter quod sanctus zacharias nominavit christum cornu luce primo · erexit nobis cornu salutis in domo david pueri sui · christus enim descendit de david

ſcḋm mentē. Moraliter pōt expōi ps̄ iſte de quolibet
uere penitēte qui egreſſus de captiui^te pc̄ti cōfitet^r
dei iuſticiā et ei^9 miām/et p̄ntez de nouū cōtēp̄nit
et deo grās agit

LXXIIII^m

Notus in iudea de^9.
Huic ps̄ p̄mittitur tal' titulus in hebreo
.ad uictoriā in organis pſalm^9 aſaph in
carminib^9 canticū. et p^z ſiḡa utriuſq^z tituli ex dict'
ſup^. ps̄. e. De mā aūt hui^9 dicit ra. ſa. q^ aſaph p^
uidens in ſpū afflictōnez regni iſrl' p ſenacherib tēpo
re ezechie et eius p̄cuſſionē a deo ſcḋm q^ h^r. e. R^e. 19.
q^ angelus p̄cuſſit in caſtris aſſirior^ cētū octoginta q^n
q^z milia. q^ uidens ſenacherib fugit cōfuſus ad terram
ſuam et ibi fuit occiſus a filiis ſuis ut h^r ibidez. fecit de
hoc pſalmū iſtuz et huic dicto cōcordant plures expo
ſitores catho^r. ꝓpter q^ intendo illud ſequi. Igr̄ ſcḋm hoc
ps̄ iſte diuiditur in tres p̄tes. quia p̄mo deſcribit^r reg^n
iude conditō. ſcḋo ſenacherib deiectō ibi. qm̄ cogitat^o
hominis. Circa p̄muz ſciendū q^ in regno iude me
tropolis erat iher'm in qua erat tēpluz ꝓpter q^ uigebat
ibi diuin^9 cultus et ſciā legis et ꝓphiar/et hoc eſt quod
dr̄. notus ē in terra iudea deus. nō ſic aūt ī aliis terris
ubi nō uigebat uerus dei cultus n^r ſciā legis et ꝓphiarū
In iſrl' magnū nomē ei^9. hoc ē nomē dn̄i tetragrama
ton quod ꝓpⁱatur altiſſimo creatori/in quo noīe ſacerdo
tes in tēplo bn̄dicebant ꝓplm̄. et factus eſt in pace. ſ. tē
poris. locus eius. i. tēpluz in quo habitabat deus per
ſpālem effectum dando ibi reſponſa ſup ꝓpiciato^m
hoc eīz tēpluz fuit hedificatuz tp̄e ſalomonis qui
ꝓpter hoc noīatus fuit ſalon. i. pacificus q^r maxia pax
fuit in regno iude tp̄ib^9 ei^9 ut h^r. 3. R^e. et h^itatō eius
in ſyon. quia tēpluz fuit hedificatuz in illa p̄te ciuitat^r
iher'm in qua eſt mons ſyon.// Ibi cōfregit. hic c̄ñter
deſcribitur ipi^9 ſenacherib deiectō/eo q^ uolebat de
ſtruere ciuitatez iher'm et tēpluz in ea hedificatuz
cultui diuino deputatū/et hoc eſt q^d dr̄. ibi. cōfre
git. ſ. deus. potēcias. i. bellatores exc̄itus ſenacherib
archū ſcutuz ꝛc̄. i. omia inſtrā bellica. q^r interfectis
bellatorib^9 arma bellica ad nichilū ualebant ulterius
ipi ſenacherib/ꝓpter q^ fugit territ^9 et cōfuſus ut pre
dictū ē. Illuminans tu mirabiliter a mōtib^9 eternis. mō
tes eterni hic dicuntur āgeli/qui ſūt īmortales quia
miſterio āgelico facta eſt exc̄itus ſenacherib ꝑcuſſiō
et factuz eſt hoc mirabiliter quia corpora eor^ redac
ta fuīt in cineres. ueſtib^9 eor^ et armis remanētib^9
illeſis. ita q^ ezechias et uiri ſui ſine difficultate ali
qua potuīt colligē arma et ſpolia/et p hoc illuiati ſūt
in cognitōne diuine uirtutis. In hebreo h^r. de mō
tibus rapine. et in trāſlatōne ieroīmi a mōtibus
captiuitatis. et tūc referendū ē ad mōtē ſyon. et
ad montē moria ubi erat fundatū tēpluz q^r ſena
cherib intendebat ſpoliare et captiuare h^itantes
in eo/ſ; ſacrificiis et orōib^9 ibi factis ordiatōe dei ā
gelus p̄cuſſit caſtra aſſirior^ ut p̄dictū ē/et ſic acci
dit contrariū. turbati ſūt oms̄ inſipientes corde. i.
bellatores ſenacherib qui erat ydolatre/et ſic inſi
pientes de deo uerā nō h̄ntes noticiā. dormierunt
ſōpnuz ſuū dormitōne mortis. ſcḋm q^ dr̄. Io. xi. laza
rus amicus n^r dormit. i. mortu^9 eſt/ut ibidez ſubdit^r
et nichil inuenerūt oms̄ uiri diuiciar^ ī manib^9
ſuis. quia ſenacherib bellatores multas diuicias ac
quiſierant p bella quas ibi dimiſerūt/quia mortui nil
portuerūt ibi h̄re/et illi pauci uiui q^ remāſerūt itare
pente fugierūt cuz ſenacherib q^ nil de eis potuerūt
ſecū portare. et ab increpatōne tua de^9 iacob dormita
uerunt. i. mortui ſunt nō n̄ali morte/ſ; tua uirtute
ſcḋm ordinez tue iuſticie. qui aſcenderunt equos. i.

equites exc̄itus ſenacherib. tu terribil' es ī iudiciis
tuis et quis reſiſtet tibi. q. d. nullo cū īfinita ſit
tua uirtus. ex tunc ira tua. i. ſtatiz cū decreuis p̄uni
tōnez alicui^9 p̄cedit in effectuz ſcḋm modū tue
ſententie. de celo auditū feciſti iudiciū. q^r p uni
tōnez ſenacherib et exc̄itus ei^9 denūciauit yſaye
et yſayas ezechie ut h^r. e. R^e. 19. terra tremuit. i.
h^itantes in terra iuda p̄ timore timuerūt ī ad
uentu ſenacherib ꝯ eos. et quieuit. quia audiē
tes p̄cuſſionē ſui exc̄itus et fugā ei^9 in ſecuritate
quieuerūt. Cum exurgēt ī iudiciō de^9. i. ad faci
endā vindictā de ſenacherib et exc̄itu ei^9. ut ſal
uos faceret oms̄ māſuetos terre. i. ezechiā et ꝓp^m
eius/ Quoniā cogitatō. hic ulto ponitur grāz
actio p ꝓpli liberatōne et ſup^bor^ punitōne/cū dr̄
qm̄ cogitatō hoīs. i. ezechie rōnaliter uiuētis et
ꝓpli ſui. cōfitebitur tibi. cōfeſſione laudis p ſua li
beratōne mirabili. et reliquie cogitatōnes diē fe
ſtuz agent tibi. reliquie cogitatōnes dicunt^r hic
memorie de iſto facto. q^r ezechias et ꝓp^9 ſu^9 nō ſo
luz egerūt grās deo ſemel. ſ. qm̄ liberati fuerūt. ſ;
etiam p^ea qm̄ iſtud bn̄ficiū occurrebat memorie
eor^ ꝓpter q^ in ueteri teſtā^to fuīt feſta ānuatī
ordinata ad bn̄ficia diuina recolenda/ſicut fe
ſtuz paſchale p exitu de egypto/et feſtū pētecho
ſtes p datōne legis. et ſic de aliis et ſiliter ī nouo
teſtamēto de natitate xp̄i et ei^9 r^one et aſſūptōe
et ꝯſilib^9/ ī trāſlatō ieroīmi ſic h^r. q^r meror hoīs
confitebitur tibi reliquias meroris accinges. q^
ſic pōt exponi. q^r meror hoīs. ſ. ezechie et ꝓpli
ſui qui fuerūt in merore poiti p ūbis et literis
blaſphematoriis ꝯ deuz ip̄ius et ſenacherib et
nūcior^ ei^9 ut h^r. e. R^e. 19. confitebit^r tibi. q^r tūc
ezechias orauit dn̄m et ꝯfitens q^ p peccatis ſu
is et ꝓpli ſui talia cōtigiſſent. reliquias meror^is
accinges. q^r p^9q^ ezechias ex merore ſciderat ue
ſtimenta ſua et indutus fuerat ſacco ut h^r idē
aſcendit in domū dn̄i et expandit illas literas
blaſphematorias corā altari dn̄i q^i accinges illa^s
In hebreo aūt ſic. qm̄ ira hoīs cōfitebit^r tibi et
reliquias ire cinges ul' retinebis. q^ expōit ra.
ſa. ſic. qm̄ ira hoīs. i. ſenacherib qui irat^9 contra
regnuz iude uolebat illud deſtruere. cōfitebitur
tibi. i. erit occaſ^o cōfitēdi tibi cōfeſſione laudis/q^r
ꝓp^9 a pſecutōne ei^9 liberatus h̄uit maiorē occaſ^o
nez grās agendi deo et ſe occupandi ī diuinis lau
dib^9. et reliquias ire cinges ul' retinebis. q^ expo
nit ra. ſa. de regib^9 pſeq̄tib^9 ꝓplm̄ iſrl'/q^ qui ui
debant liberatōnez ei^9 mirabilez retinebat^r ad
dei laudez ſicut nabuc^r ex ira ſecit ꝓici tres pu
eros ī caminū ignis. S; qm̄ uidit liberatōz eoruz
mirabilez fuit cōuerſus ī māſuetudine deū laudāſ
et. d. bn̄dictus de^9 iſrl' ſidrach ỻ miſac ꝛ abdenago
ꝛc̄./S; quia ſenacherib ex liberatōne ezechie et
ꝓp^i ei^9 nō legi^r conuiſus ad dei laudez ſ; magis ad
oppo^m quia fugiens ad terrā ſuā adorauit ī tēplo
nenac deū ſuū ut h^r. e. R^e. 19. ideo alit^r exponitur
iſta lr̄a. et reliquias ire cinges uel retinebis. q^r
ſenacherib fugiens et irā contra iudeos retinēs. co
gitabat. n. ſi poſſet iterū exc̄itū cōgregare ad deſ
tructōz iudee. ſ; fuit īpedit^9 a deo ex diuī^9 ordia
tōne filij ſui adramalech et ſarraſar occiderūt eū
ut h^r ibidez. Conſeq̄nter ꝓpha īuitat ꝓp^m ad dei
laudez. d. uouete et reddite dn̄o. i. uota q^ feci
ſtis ut liberaremini a pſecutōne ſenacherib red
dite ex quo eſtis liberati/q^r diſplicet deo ī fidel'
ꝓmiſſio ec^r. 5. omnes qui in circuitu ei^9. i. de tota
terra iudee que eſt in circuitu iher'm et tēpli. af
fertis munera terribili. i. deo qui terribile iudiciu^m

fecit

fecit de senacherib et exitu ei9. In hebreo eni et in translatione ierom. h. terribili est finis uersus huius. et uersus sequens incipit ibi. et ei qui aufert spiritum principum etc. ubi redditur ro. quare dominus dicitur terribilis in fine precedentis uersus et est sensus continuando ad litteram precedentem afferetis munera terribili. et ei et pro idest .i. ei qui aufert spiritum principum .i. uitam eorum sicut dictum est de senacherib et principibus sui exercitus. terribili apud reges terre. quia alii reges propinqui senacherib audientes deum israel timuerunt. Moraliter potest exponi ps iste de qualibet comunitate fideli seu persona singulari de afflictione magna temporali uel spirituali a deo magnifice liberata. et ex hoc ad dei laudem deuote excitata.

Uoce mea. LXXVI.

Huic ps premittitur talis titulo in hebreo. Ad uictoriam super ydithum ipsi asaph ps. Et in translatione ieronimi. Uictori super ydithun ps asaph. Et est eadem sententia in utroque ut patet ex supradictis in pluribus locis. Dicunt autem aliqui sequentes in hoc opinionem augustini dicentis quod dauid fecit omnes ps ut dictum fuit in principio huius libri quod dauid fecit hunc psalmum pro persecutionibus quas sustinuit a saule et absalon filio suo. Sed contra istud dictum est quod in titulo dicitur ps asaph. propter quod isti refugiunt ad interpretationem nominis dicendo quod asaph interpretatur transiliens. dauid autem in hoc ps instruit calcantes tribulationes huius uite per uirtutem fortitudinis et transilientes ad deum per confidentiam in ipso sicut ipse fecit in persecutione saulis et absalon filii sui. super ydithum. quia primo fuit cantatus iste ps per eum. Sed ista expositio [illegible] satis uidetur extorta propter quod ra. sa. dicit quod asaph fecit hunc psalmum quia habuit spiritum propheticum ut predictum est. Et sic predicit tribulationem in qua sunt modo iudei per romanos factam de qua fecit hunc psalmum orans pro liberatione populi israel ab ista captiuitate a qua ipse et alii iudei expectant liberari per regem messiam uenturum et sic dicitur in hoc titulo. ps asaph .i. factus ab ipso asaph. super ydithun. non est hic nomen proprium unius cantoris put accipitur primo paralipo. xvi. sed est nomen appellatiuum et significat leges in plurali secundum proprietatem caldaici sermonis quo frequenter utuntur prophete et maxime in hoc libro psalmorum. per leges hic intelliguntur sententie diuine quibus decreuit populum israel affligi per romanos secundum ordinem sue iusticie quia frequenter in sacra scriptura lex accipitur pro sententia que per legem profertur. Expositio autem ista quantum ad aliquid est falsa .s. quod rex sit uenturus et iudeos per orbem dispersos in ierusalem congregaturus. propter quod aliter est exponendus iste titulus .s. quod asaph in spiritu predicit captiuitatem babilonicam futuram propter peccata malorum iudeorum ut patet .4. re. in fine et eam terminandam per orationes bonorum .s. danielis ut patet daniel. 9. et ezechiel et aliorum sanctorum illius temporis. et secundum leges siue sapientie et iusticie que per ydithum significantur et sic fecit hunc psalmum de finitione huius captiuitatis et eius terminatione. Secundum hoc igitur ps iste diuiditur in duas partes. quia asaph primo ponit intentum. secundo declarat propositum ibi. in die tribulationis. Circa primum dicit in persona prophete et sanctorum qui futuri erant in captiuitate babilonica. d. uoce mea ad dominum clamaui. quia ipse orauit pro liberatione ipsius captiuitatis future et similiter sancti qui fuerunt tempore captiuitatis future et similiter sancti qui fuerunt tempore captiuitatis .s. ieremias ezechiel daniel et ceteri pro eodem orauerunt. et intendit mihi. quia a deo exaudita fuerunt. captiuitas enim fuit liberata in fine septuaginta annorum. ¶ In die. hic consequenter declarat propositum et primo quantum ad perditionem sanctorum. secundo quantum ad populi liberationem ibi. memor fui. prima in duas. quia primo ponitur oratio sanctorum deuota. secundo eorum afflictio ex fragilitate humana ibi. numquid in eternum.

Circa primum in persona sanctorum pro liberatione captiuitatis deprecantium dicit. In die tribulationis mee .i. tempore captiuitatis babilonice. deum exquisiui .i. diligenter quesiui misericordiam eius et per deuotam orationem. unde subditur. manibus meis .s. ad deum extensis. nocte .i. tribulationis tempore quia per noctem quandoque per noctem designatur. contra eum .i. uersus ierusalem ubi dicebatur habitatio dei propter templum quod fuerat ibi. propter quod iudei extra terram promissionis et in captiuitate positi in uersa facie contra ierusalem adorabant ut habetur daniel. 6. et 3. re. 8. et non sum deceptus. quia consecutus est finaliter orationis effectum .s. liberationem populi per cirum regem persarum ut habetur esdre primo et secundo paralipo ultimo. In translatione ieronimi habetur. manus mea nocte extendit .s. in oratione tribulationis tempore. et non quiescit. quia sancti orabant pro liberatione populi quasi continue. renuit consolari anima mea .s. in corporalibus delectationibus a quibus sancti tunc se abstinebant ut dei misericordiam facilius impetrarent. Unde dicit daniel. x. in diebus illis ego daniel lugebam trium ebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi etc. et ieremias dixit baruch ieremie 45. Ecce quos hedificaui ego destruo .s. populum meum israel. Sequitur ibi et queris tibi gaudia. q. d. non debes propter captiuitatem domini sentire. memor fui dei et delectatus sum. quia in talibus tribulationibus deus respicit sanctos suos uisitans eos spiritualibus consolationibus. exercitatus sum in diuinis laudibus. et defecit spiritus meus. quia aliquando homines deuoti in feruenti deuotione rapiuntur a sensibus et sic deficit spiritus quantum ad usum actualem exteriorum sensuum. Sed in ieronimo sic habetur. recordabor dei conturbatus loquebar et deficiebat spiritus meus. et eadem sententia est in hebreo que sic potest exponi. Recordatus dei .i. beneficiorum diuinorum erga populum israel. conturbatus. ex offensa eius contra deum ex qua meruit captiuari. loquebar. confitendo diuinam bonitatem ad propriam magnitudinem et cetera. et deficiebat spiritus meus. propter nimiam admirationem et loquitur propheta in persona propria preuidens ista et in persona iustorum in captiuitate babilonica detentorum. anticipauerunt uigilias oculi mei .i. excitatus a sompno. aperui oculos meos ante uigilias .i. ante quam esset tempus surgendi. ad matutinum .i. ad dicendum laudes diuinas de nocte secundum modum consuetum. Sic enim faciunt homines deuotione feruentes quia surgunt ante alios ad orandum. turbatus sum .i. de ira dei excitata per populum et non sum locutus .i. non habui audaciam aliquid petendi a deo pre confusione. Sic enim loquebantur tres pueri in camino. daniel 3. et nunc non possumus aperire os confusi et opprobrium facti sumus etc. cogitaui dies antiquos .s. conditionis mundi quando homo factus est ad ymaginem dei dominans omnibus inferioribus. et tamen per culpam suam fuit deiectus de deliciis paradisi sicut et nos de terra nostra. et annos eternos in mente habui. repetitio est eiusdem sententie ad maiorem expressionem et dicuntur hic eterni anni. anni primi sicut et montes dicuntur eterni in pluribus locis sacre scripture ad designandum longitudinem durationis. et meditatus sum nocte cum corde meo. recolens culpam nostram et diuinam iusticiam. et exercitabar in talibus meditationibus. et scopebam spiritum meum. diligenter inuestigando ne ibi lateret aliqua grauis culpa dei offensiua. ¶ Numquid. hic consequenter describitur iustorum afflictio ex fragilitate humana. dicitur enim prouerb. 13. spes que differtur affligit animam. Iusti autem in captiuitate positi sperabant inde liberari. quia tamen ista liberatio differebatur mens eorum affligebatur et dicebant. numquid in eternum proiciet deus nos a terra nostra. modus est loquendi hominibus in afflictione longa positis semper sic apprehenditur ab eis ex humana fragilitate quasi semper duraturo deberent. et non apponet ut complacitior sit adhuc. erga populum suum quem propter culpam suam de terra sua captiuauit tamquam abiectum. aut in finem. hoc est totaliter. misericordiam suam abscindet .s. a nobis. a generatione in generationem .i. a generationibus sibi succedentibus. aut obliuiscetur misereri deus nobis. cum tamen eius proprietas sit misereri. aut parcere. aut continebit in ira sua misericordias suas. ita quod non extendet eas

amplius ad nos tales querelas et similes solent homines facere etiam boni in afflictione posita ex parte sensualitatis moti. licet per rationem sentiant contrarium sicut Christus secundum sensualitatem dicebat. verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu. ideo subditur. *et dixi nunc cepi* etc. In hebreo et in translatione Ieronimi sic habetur. *et dixi imbecillitas mea est hec commutatio dextere excelsi*. Et est sensus et dixi scilicet rationis iudicium. *imbecillitas mea hec est*. id est talis querela quam prius posui procedit ex imbecillitate humana. *mutatio dextere excelsi*. per dexteram intelligitur divina misericordia et per sinistram eius iusticia. Est igitur sensus. *hec mutatio dextere excelsi*. id est mutatio effectus sue pietatis qua nos in terram israel introduxit, et nunc per sinistram sue iusticie inde eiecit, et afflictio processit secundum ordinem sue sapientie et iuste ad nostram correctionem.

Memor fui. hic consequenter declarat propositum quantum ad populi liberationem quam declarat futuram per similem vel maiorem quia populus israel durius et gravius fuit afflictus in captivitate egyptiaca quam babilonica, et quia tamen ab illa fuit liberatus per orationes et multa miracula. ex quo concludit quod multo fortius liberabitur ab ista oratione eorum. Virtutem huius orationis ponit diffuse. scilicet liberationem populi de egypto divina virtute. primo in generali secundo magis in speciali ibi. *viderunt te*. Circa primum dicit *memor fui operum domini*. que fecit pro liberatione populi de egypto puniens egyptum multis plagis ut habetur in exodo. quia *memor ero ab initio mirabilium tuorum*. id est mirabilium que fecisti in principio huius liberationis. scilicet apparendo moysi in rubo in specie ignis rubum non comburentis. exodo iii. et de visione virge moysi in colubrum et iterum in virgam, de manu eius apparente leprosa et iterum sana, de conversione aque fluminis in sanguinem que miracula fecit deus in principio liberationis de egypto mittens ad hoc moysen exodo iiii. *et meditabor in omnibus operibus tuis que fecisti*. in liberatione populi de egypto. *In adinventionibus tuis exercebor*. id est in preceptis legis que specialiter adinvenisti ut dares ea populo de egypto exeunti. *deus in sancto via tua*. qui precedebat castra filiorum israel in columpna ignis et nubis ostendens eis viam per diem et noctem exodo xiii. c. xiiii. et quia psalmista ex talibus miraculis convertitur modum loquendi dicens. *quis deus magnus sicut deus noster* quasi dicat nullus quia nullus alius potest facere opera virtutis totius nature excedentia ideo subditur *tu es deus qui facis mirabilia*. non solum hominibus sed etiam angelis. quia miracula divina non solum excedunt facultatem humanam sed etiam angelicam. *notam fecisti*. in populis totius orbis. *virtutem tuam*. qua multipliciter punisti egyptum, et hoc per scripturas legis et prophetarum que diffuse sunt ad omnes populos per predicationem apostolorum aliorumque Christi discipulorum et etiam per iudeos dispersos per orbem terrarum. *redemisti in brachio tuo*. id est in fortitudine tua que per brachium designatur. *populum tuum filios iacob et ioseph* quantum ad illos qui cum iacob descenderunt in egyptum de quibus habetur genesis xlvi. et quantum ad posteritatem eorum. dicit autem filios ioseph quia fuerunt nati in egypto et ipsi et illi fecerunt unum populum a deo electum, eo quod Christus de illo populo erat nasciturus.

Viderunt te aque. hic describit liberationem populi de egypto magis in speciali per divisionem maris rubri ad imperium suum ac si te videret et timeret, quia creatura insensibilis obedit creatori. *et turbati sunt abyssi*. in quantum contra naturam suam soliditate sunt et erant pro muris filiis israel a dextris et a sinistris. exodo xiiii. *multitudo sonitus aquarum*. quia aque maris rubri cum magno fremitu et fragore reverse sunt super egyptios subvertentes currus et equites eorum. ut habetur ibidem. *vocem dederunt nubes*. quia deus ex columpna ignis et nubis fecit procedere contra egyptios fulgura et tonitrua ut dictum fuit ibidem. *etenim sagitte tue transeunt*. quia illa fulgura procedebant quasi quedam sagitte a deo emisse *vox tonitrui in rota*. id est ad similitudinem rotarum. quando enim auditur sonitus rote currum videtur aliquando quod sit tonitruum vel aliter. *in rota*. quia sonitus tonitrui causatur in nubibus que volvuntur circa terram. *illuxerunt coruscationes tue orbi terre*. quia ille coruscationes et tonitrua devenerunt ad notitiam omnium habitantium in terra ut predictum est ideo subditur *commota est et contremuit terra*. quia ex tali notitia omnibus terre populis aliqui moti sunt ad divinam reverentiam. *In mari via tua* etc. quia viam fecit populo suo per medium maris. *et vestigia tua non cognoscentur*. quia postquam aque reverse fuerunt ad locum suum illa via ab hominibus non fuit visa *deduxisti sicut oves populum tuum per desertum*. ad modum ovium. *in manu moysi et aaron* quia moyses erat dux populi et aaron frater eius summus sacerdos offerens hostias et sacrificia pro salute populi israel. Unde exodo vi. iste est aaron et moyses quibus precepit deus ut educerent populum israel de egypto.

Moraliter potest exponi psalmus iste in quantum congregatione fidelium seu persona singulari existenti in tribulatione temporali seu spirituali rogante deum devote ab ea liberari exemplo precedentium sanctorum quos deus liberavit de manu tirannorum per gloriam martirii ad superna transferendo. et aliquando etiam in presenti vita ad tempus reservando ad confirmationem christianorum in fide. qui videntes aliquando martires liberari de manibus tirannorum per hoc magis confirmabantur in fide.

Attendite LXXVII

77

Attendite. huic psalmus premittitur talis titulus in hebreo et in translatione ieronimi. Eruditio asaph, et accipitur dupliciter. scilicet active et passive, quia de hiis que in hoc psalmo continentur asaph fuit edoctus a parentibus ut patet in textu, et per spiritum sanctum plenius. scripsit etiam psalmum istum quia ad eruditionem populi. De materia vero huius psalmi michi videtur salvo meliori iudicio quod asaph fecit hunc psalmum volens ostendere ex scripturis et hystoriis antiquis quod regnum israel pertinebat ad david et posteritatem eius ex divina electione. Inter alias autem tribus. tribus effraym videbatur magis aspirare ad regnum. tum quia effraym fuit filius ioseph qui habuit dominium super alios fratres suos in egypto. tum quia iacob patriarcha adoptavit effraym qui erat minor pre manasse ut habetur ibidem et ieroboam qui invasit regnum quantum ad decem tribus fuit de tribu effraym. propter quod asaph scilicet toti populo israel in hoc psalmo effraym innuitur. Secundum istum sensum psalmus iste in duas partes dividitur. quia primo asaph premittit quandam prefationem. secundo subiungit suam narrationem ibi. *quanta audivimus*. tertio concludit intentum contra eos ibi. *et repulit*. Circa primum asaph reddit auditores dociles benivolos et attentos sicut solet in prefationibus fieri. reddit eos benivolos in persona domini dicens. *attendite populus meus legem meam*. quasi dicat vos qui estis meus populus peculiaris et electus debetis esse benivoli ad audiendum legem quam pre ceteris populis dedi vobis in monte synay. Secundo reddit eos dociles. dicens. *Inclinate aurem vestram in verba oris mei*. mos enim est docilis discipuli aurem suam inclinare ad verba magistri sui. Tertio reddit eos attentos ex difficultate dicendorum ad que debent homines attendere. dicens. *aperiam in parabolis os meum*. vocantur hic parabole facta et dicta veteris testamenti quia fuerunt figure novi. prima corinthiorum x. omnia in figura contingebant illis. *loquar propositiones ab initio*. id est que solent tractari inter sapientes ab antiquo. Unde in hebreo et translatione ieronimi habetur. *loquar enigmata antiqua*.

Quanta. hic subditur narratio in qua primo describitur bonitas dei et ingratitudo populi in quodam generali. secundo magis in speciali ibi. *filii effraym*. Circa primum ostendit beneficia dei collata populo iudaico fuisse sufficienter ei manifestata ut de ingratitudine non posset per ignorantiam excusari. dicens. *quanta audivimus* etc. scilicet beneficia collata populo iudaico in egressu

de egypto et in processu per desertum et in ingressu terre promissionis que diffuse scripta sunt in libris moysi et iosue eius ministri. et cognovimus ea. et modus cognoscendi subditur. et patres nostri narraverunt nobis. quibus debemus credere tanquam sollicitis de nostra salute. non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera. quia patres narraverunt filiis succedentibus generationibus. narrantes laudes domini. hoc refertur ad illud quod premittitur. patres nostri narraverunt nobis laudes domini quibus moyses et alii iusti laudaverunt deum in exitu maris rubri dicentes. Cantemus domino gloriose etc. exo. 15. et virtutes eius. quibus percussit egyptios decem plagis. et mirabilia eius. que fecit ducendo patres nostros per mare rubrum et per desertum. et suscitavit testimonium in iacob. quia post eductionem populi de egypto dedit eis legem in monte synay exo. 20. que vocatur testimonium eo quod decem precepta decalogi fuerunt scripta in lapideis tabulis ut ipsum preceptum esset testimonium divine locutionis. cum ipsum moyses similiter scripsit deutro. et precepit poni in latere arche ut esset in testimonium contra populum. ut habetur deutro. 31. dicitur etiam lex a ligando quia filii israel eam susceperunt pro se et pro posteris suis et sic ligabat omnes presentes et futuros. secundum quod dicitur deutro. 29. nec vobis solis hoc fedus ferio et hec iuramenta confirmo sed cunctis presentibus et absentibus. propter quod subditur. quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis. Ex quo enim patres receperunt legem pro se et sua posteritate tenebantur eam notificare. propter quod dicitur deutro. 6. narrabis ea nepotibus tuis ut cognoscat generatio altera quia patres tenebantur notificare filiis de generatione in generationem. ideo subditur. filii qui nascentur etc. et patet littera ex dictis. et huius notificationis subditur causa finalis duplex. una est adeptio boni que notatur cum dicitur. ut ponant in deo spem suam. de futura tribulatione. et non obliviscantur operum dei. miraculose dicitur et plus significat id est in sua memoria teneant firmiter dei opera. et mandata eius exquirant. secundum intellectum a sapientibus querendo ut sic adimpleant opere non solum secundum literam legis sed etiam secundum intentionem mandantis. Secunda causa predicte notificationis est evitatio mali que notatur cum dicitur. ne fiant sicut patres eorum generatio prava et exasperans id est iram dei provocans. sicut enim patres de egypto pro magna parte fuerunt pravi et deum exasperantes potissime in fabricatione vituli aurei et in multis aliis que continguntur in libro exo. et libro numeri. propter quod dixit moyses paulo ante mortem suam deutro. 31. a die qua egressus es de egypto semper adversum dominum contendisti. ideo subditur generatio que non direxit cor suum. ad deum diligendum. et in preceptis eius ambulandum. et non est creditus cum deo spiritus eius. quia incredibiles fuerunt eius promissionibus. ut patet numeri. 14. et loquitur hic asaph per modum hominis illius populi ratione quorum vituperant etiam boni secundum illam rationem quam ego posui in principio gen. de corruptione domini permixto de bonis et malis. ¶ Filii effrem. hic ostendit dei bonitatem et populi ingratitudinem magis in speciali. et primo quantum ad ipsos effraym tribum. secundo quantum ad totum populum ibi. et obliti sunt. Circa primum sciendum quod aliqui hebrei exponunt hanc literam de filiis effraym qui vivente adhuc patre multiplicati et fortificati et presumptuosiores effecti temporibus suis exierunt de egypto ut isti dicunt et per viam breviorem voluerunt ingredi terram promissionis. sed per terram philisthim que vicina est ut habetur exo. 13. sed interfecti sunt a philistheis qui habitabant in geth et terris circumadiacentibus eo quod ab occupabant tempus a deo constitutum qui dixerat abrahe gen. 15. semen eius futurum peregrinum in terra aliena quadringentis annis qui nondum erant completi. sed hoc non videtur verum quia ista assignatur

pro causa huius magnitudinis. coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti. nulla autem miracula leguntur facta pro populo israel in terra egypti ante tempus moysi qui fuit longo tempore post mortem effraym patriarche. Item ante tempus moysi filii israel erant in egypto in magna servitute et sic non est verisimile quod possent inde egredi pro sua voluntate et maxime cum exercitu. propter quod melius exponitur de filiis israel qui contra voluntatem moysi processerunt ad pugnam contra amorreos et amalechitas ut habetur numeri. 14. et in illis filii effraym principales fuerunt et alios monentes eo quod ceteris aspirabant ad dominium ratione supradicta et hoc est quod dicitur. filii effrem. In hebreo et in translatione iero. habetur. filii effraym. et idem est nomen effrem et effraym. nam nomina latina propria frequenter variantur a parte finis ut guillermus et guillotus ita in hebreo tamen eandem significationem significant. intendentes et mittentes arcum. et mittentes sagittas exo. Conversi sunt in die belli. quia statim fuerunt debellati et fugierunt confusi ut habetur numeri 14. non custodierunt testamentum dei etc. quia ad mandatum dei per moysen noluerunt procedere ad bellum contra adversarios sed volebant in egyptum reverti et postea ipso capitositate moti processerunt contra inhibitionem moysi factam ex parte dei. et tamen in susceptione legis cum aliis petiverunt quod mandata dei fierent eis per moysen promittentes se obedituros secundum quod habetur exo. 20. dicentes moysi. loquere tu nobis et audiemus. non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. et propter hoc dicitur hic. non custodierunt testamentum et obliti sunt. hic consequenter describitur bonitas dei et ingratitudo populi generaliter. et primo in operatione ad beneficia dei in egressu terre promissionis precedentia. secundo quantum ad sequentia ibi. et induxit eos in montem. prima in duas quia primo describuntur beneficia dei. secundo ingratitudo populi ibi. et apposuerunt. prima in tres quia primo describuntur beneficia facta in egypto. secundo in mari rubro ibi. interrupit mare. tertio in deserto ibi interrupit petram. Circa primum dicitur. et obliti sunt scilicet filii israel generaliter. beneficiorum eius quia flagellando egyptios et perterrendo eos salvavit hebreos et bona eorum. mirabilium eius que ostendit eis. quia egyptiis existentibus in tenebris tribus diebus lux magna erat ubicumque habitabant filii israel. ut habetur exo. 10. quod fuit valde mirabile et similiter in aliis plagis egypti a quibus filii israel fuerunt immunes et salvati. coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti. videtur quod deberet dici. coram eis. quia loquitur de eis qui exierunt de egypto ut patet per precedentem et sequentem literam. scilicet ad quod dicendum quod continet etiam iam provecti exierunt cum patribus suis sicut naason cum aminadab patre suo et sic de aliis. Et ideo licet patres et filii illa mirabilia vidissent. tamen scriptura facit memoriam de patribus magis quam de filiis quia erant honorabiliores et principaliores. Potest etiam aliter dici de mirabilibus factis in persona moysi de quo dicunt hebrei et satis probabiliter sicut ego posui super illud exo. 4. qui fecit surdum et mutum videntem et cecum. quod cum adhuc iuvenis fuisset coram pharaone ut accusatus propter interfectionem egyptii exo. 2. speculator qui debebat eum occidere fuit percussus cecitate et sic moyses evasit. pharao etiam videns eum recedentem factus fuit mutus ad horam ita quod non potuit precipere ut caperetur. et servi sui ita attoniti ac si essent ceci et surdi. et sic ex talibus miraculis moyses fugit libere. ista autem miracula fuerunt facta in iuventute moysi qui in egressu de egypto fuit octoginta annorum exo. 7. et sic ista mirabilia non fuerunt visa a iuvenibus de egypto exeuntibus. sed solum a patribus eorum. et in campo taneos. taneos civitas est egypti regia propter quod tenebant ibi regia consilia secundum quod dicitur ibi ysa. 19. Stulti principes taneos consiliarii pharaonis dederunt consilium insipiens et quia propter obstinationem regis tota egyptus flagellabatur diversis plagis. civitas regia et terra propinqua gravius puniebatur

propter quod fit de illa hic specialis mentio. Similiter si refe-
ratur hec littera ad miracula facta per moysen facta ut predic-
tum est. Verisimile est quod hoc fuerit in tanitis in qua rex fre-
quentius habitabat. Interrupit. hic consequenter describuntur dei
beneficia in mari rubro cum dicitur. interrupit mare et per-
duxit eos. quia sicco pede fecit eos transire ut habetur exo.
14. et statuit aquas quasi in utre. aque enim detinentur in u-
tre ne affluant. et eodem modo aque maris divise ex
utraque parte detinebantur divina virtute ne effluerent
super filios israel. quia ut ibidem dicitur. erant eis quasi pro muro
a dextris et a sinistris. et deduxit eos in nube diei etc.
id est in columpna ignis et nubis ut ibidem dicitur. et columpna
nubis protegebat eos a calore solis. et columpna ignis
ostendebat eis viam in tenebris noctis in qua transierunt
mare rubrum et aliis etiam temporibus quibus de nocte incedebant
exercitus. Utrum autem esset una columpna ignis et nubis
vel due dictum fuit exo. 13. Interrupit. Hic ponuntur beneficia
exhibita in deserto non omnia sed aliqua. et specialiter
hic fit mentio de emissione aque de quo habetur exo. 17. quando educ-
te fuerunt aque de petra oreb. et hoc est quod dicitur. interru-
pit petram in heremo. id est in loco sicco et deserto. et adaqua-
vit eos. id est habundanter prestavit. velut in abisso multa.
quia egresse fuerunt aque in magna habundantia quia
in exitu hebreorum sexcenta milia absque mulieribus
et parvulis et pecoribus. et ideo oportuit quod esset aqua multa
unde adaquari possent. Similiter etiam factum legitur numeri 20.
ubi dicitur quod moyses percussit virga bis silicem et egresse sunt
aque largissime, ita ut populus biberet et iumenta. Et
propter hoc dicitur. et eduxit aquam de petra et eduxit tanquam
flumina aquas. quod enim ista eductio aque fuerit alia
a precedenti patet, quia illa fuit ante dationem legis. ista
vero post ut patet intuenti librum exo. et numerorum. Sciendum
tamen quod illa que narrantur in hoc psalmo et in aliis non semper nar-
rantur eo ordine temporis quo fuerunt facta, sed aliqua prius
facta postea scribuntur. et econtra sicut patet in aliis libris sacre
scripture. et maxime in illis qui metrice scripti sunt, qualis
est liber psalmorum. Et apposuerunt. hic consequenter describitur
ingratitudo populi et primo quantum ad ingratitudinis mag-
nitudinem. secundo quantum ad eius multitudinem ibi. quotiens exacer-
baverunt. prima in duas. quia primo ostenditur propositum in hiis
que contigerunt ante missionem exploratorum. secundo post missio-
nem eorum ibi. In omnibus hiis. prima adhuc in duas quia primo
describitur populi ingratitudo. secundo dei mansuetudo ibi.
ideo audivit. Circa primum dicitur. et apposuerunt adhuc
peccare ei. et per hoc quod dicitur. apposuerunt adhuc. ap-
paret recidivatio eorum in peccatum ex quo aggravatur ne-
gotium. ante enim quam transiret mare rubrum peccavit contra
moysen et deum dicentes. quid hoc facere voluisti
ut educeres nos de egypto et subditur. multo enim melius est ser-
vire egyptiis quam mori in solitudine exo. 14. In ira exci-
taverunt excelsum in inaquoso. id est in deserto in quo erat de-
fectus aque. quod post transitum maris rubri frequenter mur-
muraverunt contra deum et moysen in deserto ut patet in libro
exo. et numerorum. et temptaverunt deum in cordibus suis. id est ex
premeditatione ex certa scientia. temptare autem est accipere ex-
perimentum de aliquo. isti autem experiri voluerunt in sensibili
signo an deus haberet curam de eis providendo eis de victua-
libus. ideo subditur. ut peterent escas animabus suis. id est ad susten-
tamentum vite ipsorum. Cum deberent hoc tenere firmiter ex pre-
cedentibus signis. legitur autem hoc bis petivisse semel
ante dationem legis ut habetur. exo. 16. ubi dixerunt moysi.
Cur induxisti nos in desertum istud ut occideres omnem mul-
titudinem istam fame. et alias post legem datam ut habetur numeri.
11. dicentes quis dabit nobis ad vescendum carnes etc. et quantum
ad istud secundum subditur. et male locuti sunt de deo. et modus
loquendi subditur cum dicitur. dixerunt nunquid poterit deus parare
mensam in deserto. id est refectionem splendidam carnium quia erant
attediati escha manne dicentes numeri. 11. anima nostra arida
est, nichil respicit oculi nostri nisi man. et quod deus deberet
hoc facere arguebant per signum dationis aque de
petra dicentes. quoniam percussit petram. id est fecit percuti
per moysen. et fluxerunt aque. hoc dicitur de prima eductione
aque ante dationem legis que tangitur exo. 16. ut dictum
est. et torrentes inundaverunt. quia aque in magna
habundantia exiverunt ut supra dictum est. nunquid et
panem poterit dare etc. ex modo loquendi apparet quod non
loquebantur assertive ut fideles. sed magis dubitative
et deum temptantes. Sciendum etiam quod hoc non intelligitur
de datione manne que precessit eductionem aque de
petra immediate predicta quia manna prius fuit data ut
habetur exo. 16. Sed per petitionem panis hic intelligitur pe-
titio cibi delicati carnium qui ponitur numeri. 11. ideo sub-
ditur. aut parare mensam populo suo. id est refectionem splendidam
et delicatam. In hebreo et in translatione ieronimi habetur
aut parare carnem populo suo. Ideo audivit. hic consequenter
describitur domini mansuetudo quod non statim punivit e-
orum ingratitudinem sed primo implevit eorum petitionem et di-
stulit penam tempore debito inferendam. Circa hoc primo
ponitur dei ordinatio. secundo ordinationis executio ibi. et
mandavit nubibus. Circa primum dicitur. ideo audivit dominus
eorum petitionem non propter eorum meritum sed ad sue potentie
declarationem et distulit inferre penam eis debitam. et
ignis accensus est in iacob. id est furor domini qui frequenter in scrip-
tura per ignem designatur, accensus est contra populum descen-
dentem de iacob, ideo subditur. et ira dei. et est expositio
precedentis ibi. et per idest. id est ira dei ascendit in israel ad
puniendum ipsum ut videbitur infra et causa huius re sub-
ditur cum dicitur. quia non crediderunt in deo nec speraverunt
etc. Ex miraculis enim precedentibus debebant credere fir-
miter et sperare quod deus non deficeret eis in necessitatibus. Aliter
autem exponitur ab aliquibus quod predictum est. et ignis
accensus est in iacob. de igne qui devoravit extremam
partem castrorum ut habetur numeri. 11. Sed prima expositio magis
consonat ordini hystorie. Et mandavit. hic consequenter
describitur divine ordinationis executio et primo quantum ad panis
exauditionem. secundo quantum ad iustam punitionem ibi. adhuc
esce. Circa primum primo ponitur exauditio petitionis
panis cum dicitur. et mandavit dominus nubibus desuper.
quia manna data est eis pro pane exo. 16. et genera-
batur sursum in aere ubi est locus nubium. et ianuas
celi. scilicet aeris. aperuit. quia per tantum inde manna descende-
re fecit ideo subditur. et pluit illis manna. descendebat enim
cum rore ut habetur numeri. 11. Ros autem et pluvia differunt
solum secundum multitudinem et paucitatem, ideo dicitur manna
descendere per modum pluvie. etiam panem celi dedit eis.
informatum in celo id est aere. panem angelorum manducavit homo.
quia manna formabatur et descendebat ministerio angelorum
cibaria misit eis in habundantia. quia quilibet
colligebat quantum edere poterat exo. 16. Consequenter ponitur ex-
auditio petitionis carnium cum dicitur. transtulit austrum
de celo. auster est ventus meridionalis que tunc fecit flare
africum. qui est ventus occidentalis lateralis tamen versus meridiem quia
in regione opposita castris hebreorum que erat versus ven-
tum illum erat magna multitudo coturnicum quas ventus ille
transportavit ultra mare rubrum ad locum ubi erant ca-
stra hebreorum ut habetur numeri. 11. ubi dicitur. ventus autem egrediens
a domino arreptas trans mare coturnices deiecit in ca-
stra, ideo subditur. et pluit super illos sicut pulverem. idest
valde habundanter carnes non mortuas sed vivas. ideo
subditur. et per idest. sicut arenam maris volatilia pen-
nata. et dicit sicut arenam maris propter habundantiam
quia ibidem habuerunt satis ad edendum usque ad men-
sem numeri. 11. et ceciderunt in medio castrorum eorum etc.
ita quod poterant eas capere sine aliqua difficultate. et
manducaverunt et saturati sunt nimis. quia in tantum
ederunt quod vertebantur in nauseam secundum quod dicitur numeri. 11.
donec exeat per nares vestras et vertatur in nause-
am. et desiderium eorum attulit eis. id est habundantiam

carnium

carnium sicut desideraverant: non sunt fraudati a desiderio suo. quia consecuti sunt effectum tamen ad malum ipsorum ut statim subditur. Adhuc esce. hic consequenter describitur executio divine ordinationis quantum ad eorum punitionem cum dicitur adhuc esce eorum erant in ore ipsorum. quia non totum adhuc comederant et probabile est quod ipsi vel plures eorum actu comedebant quando dei punitio venit super eos. ideo subditur. et ira dei descendit super eos. id est ad puniendum eos preparative. ideo subditur. et occidit pingues eorum. id est divites plenos divitiis. et electos israel. id est fortes et nobiles. quasi dicat sine ulla exceptione punivit magnos et parvos morte repentina. propter quod nominatus est locus ille sepulcra concupiscentie. quia ibi sepelierunt populum qui desideraverat carnes. numeri xi. in fine. In omnibus. hic consequenter ostenditur bonitas dei et ingratitudo populi in his que acciderunt post missionem exploratorum de qua habetur numeri xiii. quia exploratores de sua legatione revertentes terruerunt populum ita quod volebant revertere in egyptum ut habetur numeri xiiii. capitulo. Caleph autem filius iophone et iosue filius nun econtrario confortabant populum dicentes quod poterant hostes debellare ita faciliter sicut poterant comedere panem. sed populus noluit eis credere sed magis voluit eos cum moyse et aaron lapidare. et hoc est quod dicitur. In omnibus his. id est non obstantibus predictis dei beneficiis et punitionibus peccaverunt adhuc ex nimia ingratitudine. et non crediderunt in mirabilibus eius. quia propter mirabilia que fecerat educendo eos de egypto debebant credere firmiter quod introduceret eos in terram promissionis valde faciliter quod factum fuisset nisi eorum malicia impedivisset. ideo subditur. et defecerunt in vanitate dies eorum. quia propter illud peccatum omnes qui exierunt de egypto a xx. annis et supra ex dominica sententia mortui sunt in deserto ut habetur numeri xiiii. preter caleb filium iephone et iosue et levitas qui non fuerant numerati a .20. annis et supra. sed ab uno mense et supra. ut ibi fuit expositum. et anni eorum cum festinatione. quia mors multorum fuit accelerata in rebellione chore. numeri .16. et per serpentes ignitos. numeri .21. Cum occideret eos querebant eum. non est intelligendum de eisdem hominibus numero sed de diversis eiusdem tamen populi. quia cum deus interficeret aliquos subito alii timebant et misericordiam a deo petebant. et rememorati sunt. quia deus adiutor est eorum pugnans pro eis contra exercitum pharaonis. unde dixerunt. Fugiamus israel. dominus pugnat pro eis contra nos exodi .14. et similiter contra amalech secundum quod dicitur exodi .17. Cumque levaret moyses manus vincebat israel et cetera. et deus excelsus redemptor eorum est. de captivitate egypti. sed ista reversio ad deum saltem quantum ad multos non erat ex amore iustitie sed timore pene. ideo subditur. et dilexerunt eum in ore suo. quia exterioribus verbis pretenderunt signa divine dilectionis. et lingua sua mentiti sunt ei. quia non sic habebant in mente prout pretendebant ore. ideo subditur. cor autem eorum non erat cum eo. per veram dilectionem. nec fideles habiti sunt in testamento eius. id est in preceptis legis que dicuntur testamentum per debitam impletionem in operatione. ipse autem est misericors. quia eius proprium est misereri et parcere. propicius fiet peccatis eorum. puniens eos citra condignum. et non disperdidit omnes. totaliter delendo sicut meruerant. et habundavit ut averteret iram suam. id est effectum vindicte sue quod advenit pro parte. ideo secundum partem. cuius causa subditur ex parte fragilitatis humane. cum subditur. et recordatus est. id est ad modum recordantis se habuit quia in deo oblivio non cadit. quia caro sunt. id est fragiles et proni ad malum propter fomitem ex carne. propter quod etiam peccatum hominis remedibile est non autem angeli qui carnem et ossa non habet. spiritus vadens. id est tendens ad mortem et separationem a corpore. quia spiritus hominis non moritur qui est incorruptibilis. sed homo qui est compositus ex corpore et spiritu moritur. et non rediens. quia spiritus separatus a corpore ad ipsum non redit virtute nature. Quotiens. postquam descripsit ingratitudinem populi quantum ad eius magnitudinem. hic consequenter describit eam quantum ad multitudinem. et primo committendo. secundo omittendo ibi non sunt recordati. Circa primum dicit. quotiens exacerbaverunt eum in deserto et cetera. sua peccata multipliciter reiterantes. quasi dicat multotiens. unde dicit dominus numeri xiiii. temptaverunt me iam per decem vices. et tamen illud dixit anno secundo egressionis de egypto a cuius egressu usque ad ingressum terre promissionis fluxerunt .40. anni. Ex quo patet quod in residuo tempore .38. annorum multis vicibus offenderunt eum. nec omnes offensiones sunt scripte ut subditur. et conversi sunt. ad mala preterita. et temptaverunt deum et sanctum israel. et cetera. per idem. id est deum sanctificantem israel. exacerbaverunt. qui de sua natura dulcissimus est. Non sunt recordati. hic ostendit peccatum ex omissione. quia tenebantur recordari beneficia eis prestita in egypto quod omittebant ex sua ingratitudine. et hoc est quod dicitur. non sunt recordati manus eius. id est potestatis divine. die qua redemit eos de manu tribulantis. id est pharaonis quem submersit in mari cum suo exercitu cum liberatione populi sui. sicut posuit in egypto signa. id est decem plagas quibus percussa est egyptus. et prodigia in campo taneos. istud est supra expositum. et convertit in sanguinem flumina eorum et cetera. ut habetur exodi .7. misit in eos cinomiam. id est muscam caninam. ista fuit plaga .4. egypti de qua dicitur exodi .8. immittam in te et servos et in populum tuum et domos tuas omne genus muscarum. et sic inter illas fuerunt musce canine que hic designanter exprimuntur eo quod fuerunt aliis graviores. et ranam et disperdidit eos. plaga ranarum fuit .2. de qua habetur exodi .8. in principio. et ponitur hic singulare pro plurali ranam. id est ranas. et idem dicendum de cinomia. et dedit erugini. id est vento urenti qui corrupit segetes. de ista erugine non fit mentio in exodo quia solum ibi ponuntur ibi plage notabiles cum quibus fuerunt alie que non sunt ibi scripte sicut dicitur hic de erugine et sequenti versu de pruina. et labores eorum. id est fructus per labores eorum productos. locuste. id est locustis. ista fuit plaga octava de qua habetur exodi .10. et occidit in grandine vineas eorum. ista fuit plaga septima de qua habetur exodi .9. et moros eorum in pruina. In translatione ieronimi habetur. In frigore folia mororum corrumpente et tradidit grandini iumenta. quia animalia tunc in campis existentia ex magnitudine grandinis fuerunt interfecta ut ibidem dicitur. et possessionem eorum igni. quia grando et ignis mixta pariter ferebantur ut ibidem habetur. misit in eos iram indignationis sue. id est effectum sue ire et indignationis per plagas dictas et sequentes. immissiones per angelos malos. et hoc dicitur ad ostendendum quod angeli mali fuerunt executores divine iustitie in percussionibus egypti. tamen cum illis boni aliquando fuerunt executores in talibus sicut dictum fuit plenius exodi .12. viam fecit semitte ire sue. quia puniendo egyptios declinabat ab hebreis. et non pepercit a morte animarum. id est interimens magnos sicut et parvos. et iumenta eorum morte conclusit. ista fuit quinta plaga qua percussit animalia in campis pestilentie ut habetur exodi .9. in principio. et percussit omne primogenitum in terra egypti. ista fuit decima plaga de qua habetur exodi .12. in medio capituli. primicias omnis laboris eorum in tabernaculis cham. id est in tabernaculis egyptiorum descendentium a cham. quia mesraym fuit filius cham ut habetur genesis .x. ab isto autem mesraym denominata est egyptus. quia ibi dominatus fuit. unde et in toto veteri testamento ubi in translatione nostra ponitur egyptus in hebreo habetur mesraym. et abstulit de egypto sicut oves populum suum. scilicet populum israel diligenter custodiendo sicut pastor custodivit oves. et perduxit eos tamquam gregem in deserto. ubi pavit eos pane celesti ut predictum est. et eduxit eos in spe. perveniendi ad terram promissam. et non timuerunt. licet enim timuerint super mare videntes exercitum egyptiorum appropinquantem eis. tamen moyses eos asse

curante secuti sunt eum per mare ita quod timor ille non fuit tantus ut impediret eos a sequela moysi. ¶ Et induxit. hic consequenter ostenditur bonitas dei et ingratitudo populi post ingressum terre promissionis. et dividitur in tres partes quia primo describitur dei bonitas. secundo populi malignitas ibi. et temptaverunt. tertio pene acerbitas ibi. audivit deus. Circa primum dicitur. et induxit eos in montem sanctificationis sue. id est in ierusalem que est metropolis iudee in qua hedificatum fuit templum in monte moria secundo paralipomenon. In montem quem acquisivit dextera eius. quia fuit acquisitus magis virtute divina quam humana. et eiecit a facie eorum gentes. id est chananeos et alios habitatores ut diffuse habetur in libro iosue. et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis. de qua divisione habetur iosue. 13. usque ad 21. inclusive. et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus israel. id est in domibus et villis a gentibus hedificatis. ¶ Et temptaverunt. hic consequenter describitur malignitas excecanda cum prava antiqua factorum patrum cum dicitur. et temptaverunt. diffidentes de divina virtute. et exacerbaverunt provocantes ad iram deum altissimum. et testimonia eius non custodierunt. id est legis precepta. et averterunt se. scilicet recedentes a divino famulatu. et non servaverunt pactum. id est legem quam promiserant observare exodi 24. omnia que locutus est dominus faciemus et erimus obedientes. quemadmodum patres eorum. qui adoraverunt vitulum et multipliciter offenderunt deum in deserto. conversi sunt in arcum pravum. per promptitudinem ad male agendum sicut arcus cum tenditur emittit sagittas. et ita contraxit eum in collibus suis. Circa quod sciendum quod antequam archa domini poneretur in sylo post destructionem sylo usque ad hedificationem templi salomonis licitum fuit hebreis offerre oblationes et sacrificia non tamen alibi quam ubi erat archa quia illis temporibus archa non habebat stabilem mansionem. sed quamdiu fuit in sylo et in templo salomonis non fuit hoc licitum sicut plenius fuit dictum deuteronomii. 12. capitulo. post hedificationem autem templi isti ymmolabant in excelsis deo quod erat illicitum nisi ex dispensatione speciali sicut helyas obtulit sacrificium in monte carmeli 3. regum. 18. et non solum ymmolabant in collibus deo sed etiam demonibus in ydolis quod erat gravissimum. ideo subditur. et in sculptilibus suis ad emulationem. id est ad indignationem eum provocaverunt. ¶ Audivit dominus. hic describitur pene acerbitas cum dicitur. audivit deus predictam populi nequitiam. et sprevit eum. propter suam maliciam. et ad nichilum redegit valde israel. tradens eum post mortem iosue diversis servituti aliorum populorum eo quod declinaverat ad ydolatriam ut patet ex decursu libri iudicum et primi regum. et repulit tabernaculum sylo. id est quia archa capta fuit que fuerat in sylo. ut habetur primo regum. 4. civitas sylo fuit destructa. et tradidit in captivitatem virtutem eorum. quia philistei fortes populi occiderunt et captivaverunt. et plenitudinem eorum in manus inimici. id est archa testamenti que erat gloria populi israel quam ceperunt philistei quod moriens dixit primo regum. 4. translata est gloria de israel quia capta est archa dei. et conclusit in gladio. scilicet philistinorum. et hereditatem suam. scilicet terram israel sprevit. In tantum enim erant spreti sub servitute philistinorum quod faber ferrarius non inveniebatur in israel ne hebrei facerent sibi gladium aut lanceam primo regum. 13. iuvenes eorum comedit ignis. accensus a philisteis. et virgines eorum non sunt lamentate. querebant enim locum fugiendi pretermittentes occisos insepultos et illamentatos. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt. scilicet ophni et phinees. primo regum. 4. et vidue eorum non plorabantur. eadem ratione qua dictum est de virginibus. ¶ Et excitatus est. hic consequenter ponitur divina consolatio cum dicitur. et excitatus est tamquam dormiens dormiens. quia quamdiu eum dimisit populum affligi videbatur quasi dormiens et tamquam potens sic dicit secundum hebreum et translationem ieronimi habetur. quasi fortis crapulatus a vino ille enim qui est fortis robore quando est sopitus vino non

potest uti sua fortitudine. et sic videbatur missus de populo israel de ipso deo quamdiu fuerunt in tanta afflictione. sed tunc visus fuit eis quasi excitatus quando cepit eos iuvare et adversarios punire ideo subditur. et percussit inimicos suos in posteriora. quia percussit philisteos in secreto partium naturalium. primo regum. 5. et computrescebant prominentes extentini eorum ut habetur ibidem. et obprobrium sempiternum dedit illis. quia coacti fuerunt remittere archam ad terram israel ut eorum plaga turpis et inpalpabilis ab omnibus cognosceretur quia cum archa remiserunt anos aureos recognoscentes plagam suam vilem. Et hoc factum redactum est in sacra scriptura que usque hodie ubique divulgatur. ¶ Et repulit. hic ponitur ultimo conclusio in hoc psalmo scilicet quod dignitas regia pertinebat ad david et eius posteritatem ex divina electione et non ad tribum effraym. et hoc est quod dicit. et repulit tabernaculum ioseph. id est civitatem sylo in qua fuit reposita archa in tabernaculo iosue. 18. et dicitur tabernaculum ioseph eo quod sylo erat in sorte effraym filii ioseph. et tribum effraym. id est effraym non elegit sed ad regiam dignitatem ieroboam. n. de tribu effraym qui regnavit super decem tribus non regnavit divina electione sed usurpative ex populi rebellione contra filium salomonis ut habetur 3. regum. 12. Sed elegit tribum iuda. pro dignitate regia. montem syon quem dilexit. id est elegit ad suum cultum quia alta re de mandato eius fuit ibi hedificatum per salomonem secundo paralipomenon. ideo subditur. et hedificavit. id est hedificari fecit. sicut unicornis sanctificium suum. id est factum hedificium suo nomini suo deputatum et dicitur. sicut unicornis. quia sicut unicornis non permittit aliud animal ad suum latibulum accedere sic deus prohibuit omnem alienigenam a sacerdotibus scilicet consecratis intra templum ministrare secundum quod scribitur numeri. 3. capitulo. externus qui accesserit morte morietur. Unde et ozias rex qui voluit ibi thurificare statim fuit lepra percussus sicut habetur. 2. paralipomenon. 26. In terra quam fundavit in secula. id est in iudea quam fundavit pro cultu suo et regali solio stabiliter quantum fuit ex parte sua et ita fuisset nisi populi peccatum israel impedivissent et elegit david servum suum in tribu iuda. et inter filios ysay quamvis esset minor. et sustulit eum de gregibus ovium. pascebat enim animalia. primo regum. 16. de post fetantes. id est post oves fetas. unde translatio ieronimi habet. sequentes fetas eduxit eum. id est oves habentes fetus pascere iacob populum suum. facto est pastor fidelium. et israel hereditatem suam. vocatur autem populus israel hereditas domini eo quod fuit a domino specialiter electus et per talem modum loquitur moyses deuteronomii. 32. pars autem domini populus eius iacob funiculus hereditatis. et pavit eos. id est gubernavit eos. in innocentia cordis sui. id est puritate conscientie. et intellectibus manuum suarum. id est prudenter se habens in operibus suis secundum quod dicitur primo regum. 18. In omnibus quoque viis suis david prudenter agebat. deduxit eos unde secundo regum. 5. dixerunt ei filii israel. Cum esset saul rex super nos tu eras educens et reducens israel.

¶ Moraliter exponitur psalmus iste de regno christi cuius figura fuit regnum david propter quod in hoc psalmo exaggerat attentionem iudeorum tamquam ad misterium excellentissimum. secundo ostendit bonitatem christi circa ingratitudinem iudeorum ab illo loco. quanto audivimus usque ibi. et repulit tabernaculum ioseph. omnia enim beneficia ibi narrata conveniunt christo in quantum deus ipsis iudeis. Unde dicitur hebreorum. 13. ihesus christus heri et hodie ipse est in secula. et hec in hoc psalmo arguitur ingratitudo iudeorum generaliter. tamen arguitur ingratitudo sacerdotum specialiter qui per effraym designantur quia sicut effraym in benedictione iacob fuit propositus

manasse

manasse. Sic sacerdotes percellebant populum ex
sua consecratione et isti fuerunt magis ingrati Christo quia
mortem procuraverunt eius et regnum iudee quod quo
dam spirituali modo dicebatur regnum Christi noluerunt
us pace rebellantes romanis ut dicit iosephus
libro de iudayco bello. Ultimo asaph ab illo loco. et re
pulit tabernaculum ioseph etc. usque ad finem psal
mi describit dilatationem regni Christi et ecclesie perfectam
sicut impletum videmus per orbem terrarum. LXXVIII

Deus venerunt gentes.

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo
psalmus asaph. et in translatione ieronimi
Canticum asaph. et in hoc apparet auctor psalmi hu
ius. De materia vero eius dicunt aliqui expositores nostri
quod loquitur de persecutione iudeorum sub antiocho rege
qui polluit templum ponendo ibi abhominationem
ydolorum et populum israel occidit qui volebat transire
ad gentilem ritum ut habetur diffuse primo et secundo macha.
Sed huic expositioni non consonat quod dicitur in principio psalmi. posue
runt israel in pomorum custodia. loco cuius in hebreo ponitur
posuerunt israel in acervum. In translatione ieronimi. In acer
vos lapidum. propter quod manifeste exprimitur destructio
civitatis et templi facta per nabuchodonosor regem babilonis
ut habetur 4. Re. 25. et de reparatione per cirum regem persarum
qui dedit licentiam rehedificandi templum. primo he
sdre primo. Igitur secundum hunc sensum psalmus iste dividitur in
tres partes. quia primo ponitur psalmiste lamentatio pro
dicta destructione. secundo eius deprecatio pro reparatione ibi
effunde iram tuam. 3o ipsius consolatio pro exauditione ibi nos
autem. Circa primum dicitur. deus venerunt gentes. id est babi
lonii qui erant gentiles. in hereditatem tuam. id est iude
am que dicebatur dei hereditas eo quod eam filiis israel de
dit, et quia in ea fides et cultus dei vigebat sicut dic
tum est supra ps. 75. notus in iudea deus. polluerunt tem
plum sanctum tuum. ipsum destruendo et vasa divini
cultus asportando et humanis usibus applicando, da
niel. 5. posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. custodes
enim pomorum magnum acervum lapidum congregant ut
de super astantes videant per totum pomerium. et sic
ista translatio redit in idem cum translatione ieronimi et
littera hebrayca ut patet per predicta. posuerunt morticina
id est corpora mortificata. unde translatio ieronimi habet. dederunt
cadavera servorum tuorum. quia indifferenter cum aliis occide
bant levitas et sacerdotes divinis ministeriis inten
dentes. escas volatilibus celi. quia super terram rema
serunt insepulta. carnes sanctorum tuorum. quia in
differenter occidebant iustos et peccatores exceptis pau
cis a deo reservatis. effuderunt sanguinem etc. Ex
dictis patet sententia. facti sumus obprobrium vicinis nostris. quia
philistei et alii in circuitu iudee habitantes faciebant
de iudeis suas derisiones. subsannatio est modus derisi
onis dictus a rugatione nasi. usquequo domine irasceris
in finem. tenendo populum tuum in afflictione et captivitate tam
continue et prolixe. accendetur velud ignis zelus tuus
ita quod non extinguatur nec mitigetur et loquitur psalmista in persona
populi in captivitatem ducti sicut previdebat. Effunde. hic
consequenter ponitur psalmiste deprecatio et primo implorat
divinam iustitiam contra hostes. Secundo misericordiam erga
cives ibi. ne memineris. Circa primum dicit. ef
funde iram tuam. id est effectum tue iustitie per vin
dictam. In gentes que te non noverunt. quia non habe
bant fidem unius dei sed erant ydolatre pessimi co
lentes ydolum bel et etiam draconem daniel. 14. Et
in regna quia sub rege babilonis multa regna e
rant subiecta. que nomen tuum non invocaverunt. quia
non habebant eius fidem propter quod dicit apostolus ro. 10. quo
modo invocabunt eum in quem non crediderunt. quia come

derunt iacob. id est populum descendentem de iacob. quem dicuntur
comedisse eo quod bona eius diripuerunt et populum in magna
parte occiderunt et captivaverunt sicut tyrannus dicitur come
dere subditos suos. et locum eius desolaverunt. quia civita
tes iudee depopulaverunt et destruxerunt. Ne memine
ris. hic consequenter implorat misericordiam dei erga cives dicens. ne me
mineris iniquitatum nostrarum antiquarum. id est ab antiquo a pa
tribus nostris perpetratarum ut patet in processu libri iudicum. cito
anticipent nos misericordie tue. cuius anticipationis causam subdit
quia pauperes facti sumus nimis. id est spoliati et afflicti. et ideo
anticipent nos misericordie tue. ne ex nimia tristitia absor
beamur per impatientiam seu desperationem et loquitur asaph in persona populi
infirmi cuius captivitatem futuram previdebat. adiuva nos deus
salutaris noster. id est qui salvasti nos de egypto et in aliis pe
riculis preteritis. et in hoc allegatur divina magnificentia quia
modus est magnifici libenter audire bona que contulit
ut habetur 4. ethicorum. et propter gloriam nominis tui libera nos
domine. quasi diceret tu vocaris deus noster et nos populus tuus. Et ideo
nostra liberatio pertinet ad gloriam nominis tui. et propicius
esto peccatis nostris propter nomen tuum. id est propter tuam bonitatem
non propter nostram iustitiam. ne forte dicant in gentibus. id est inter
gentiles. ubi est deus eorum. quasi diceret nullius momenti et virtutis
est ex quo non salvavit populum suum. Sic enim loquebantur babi
lonii et alii gentiles de deo iudeorum. et innotescat coram ocu
lis nostris ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est. hic terciat
versus in hebreo et in translatione ieronimi. et est sensus ultio
sanguinis servorum tuorum qui effusus est a babiloniis innote
scat in nationibus ita quod omnes nationes sciant. coram oculis
nostris. scilicet quod nos etiam ita videamus ad laudem tue iustitie
sicut factum fuit de aman et filiis eius qui totam iude
orum nationem machinabantur exterminare et videntibus
iudeis fuit suspensus in patibulo cum filiis. hester. 7.
Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. ut a
vinculis et a carceribus absolvantur. Secundum magnitudinem
brachii tui. id est fortitudinis tue que per brachium desig
natur. posside filios mortificatorum. id est morti propin
quorum ex nimia afflictione. unde translatio ieronimi habet. fi
lios interitus. filii autem interitus dicuntur illi qui sunt dispositi
ad interitum sicut filii mortis qui sunt digni morte
secundum modum loquendi scripture. et redde vicinis nostris. scilicet
philisteis et aliis nationibus in circuitu iudee positis.
septuplum in sinu eorum. id est vindictam perfectam que septena
rio designatur. Cuius causam subdit. improperium ipsorum quod ex
probraverunt tibi domine. captivitatem enim iudeorum attri
buebant impotentie divine, et sic iustum erat quod talis
blasphemia puniretur. Nos autem. hic consequenter ultimo po
nitur gratiarum actio pro deprecationis exauditione quam
vidit asaph futuram, et iunxit se cum populo tempore libe
rationis futuro eo quod erat de eadem lege dicens. nos autem
populus tuus cui in monte synay legem dedisti. et oves
pascue tue. quia manna celesti nos pavisti. Confi
tebimur tibi in seculum. confessione laudis pro liberatione
nostra. et non solum semel sed futuris temporibus ideo subdit
in generatione et generationem. id est in generationibus sibi succe
dentibus. annunciabimus laudem tuam. quod videmus imple
tum eo quod psalmus iste recolligitur in generationibus sibi succe
dentibus ad magnificationem laudis divine. Moraliter
potest exponi psalmus iste ut sit oratio ecclesie contra infideles ec
clesias et sancta loca prophanantes. propter quod ecclesia in
principio huius psalmi hanc devastationem lamentatur. et secundo devo
te et humiliter pro restauratione deprecatur ibi. effun
de etc. implorando dei iustitiam contra infideles
et eius misericordiam erga fideles. et ultimo regratiatur in spe
exauditionis. ibi. nos autem.

Qui regis israel. LXXVIIII

Huic psalmo premittitur talis titulus in
hebreo. Ad victoriam super sosanim. Secundum

hebreos modernos significat rosas in plurali. secundum translationem ieronimi significat lilia et dicit melius ut credo secundum quod plenius dixi supra in titulo ps. xliiii. hoc enim non mutat sententiam quia idem hic intelligitur per rosas et lilia eo modo quo dictum fuit supra ps. xliiii. Dicit autem Ra. salomon quod per lilia intelliguntur filii israel. ad hoc inducens illud canticorum ii. sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias quod exponit de synagoga seu populo israel. lilia igitur post tempus asaph fuerunt notabilibus persecutoribus designatis per spinas scilicet per babilonios et per antiochum illustrem et per romanos in qua sunt modo. a prima autem persecutione fuerunt liberati per cyrum qui dedit eis licentiam redeundi ad terram domino hoc illi inspirante. primo esdre i. A secunda per machabeos. et a tertia expectant iudei liberari per messiam venturum. et propter hoc in hoc ps. traditur converte nos scilicet de luctu ad consolationem prout ipse ra. sa. dicit. scilicet eius versu et octavo et ultimo ad hunc sensum adaptat literam huius ps. prout patet. Sed hec expositio est errone(a) quantum ad hoc quod dicit christum venturum quia loquitur de primo eius adventu qui iam transivit in preteritum prout diffuse declaravi in quadam questione de quolibet per scripturas veteris testamenti. Item in aliquibus valde extorte exponit literam que habetur infra. fiat manus tua super virum dextere tue. et super filium hominis quem confirmasti tibi quod exponit de esau per quem intelligit imperium romanum vel potius populum catholicum romane ecclesie subiectum. quasi dicat sic. fiat manus tua. id est vindicta tua. super virum dextere tue. id est super esau qui est vir sanctus scilicet ut signum ad sagittam ut faciat vindictam dextera tua de ipso. patet quod ista expositio est extorta. quia vir dextere dei et confirmatio non accipitur in scriptura nisi in bono. Cassiodorus autem et aliqui doctores catholici exponunt hunc psalmum ad literam de christo et bene ut credo. tum quia litera valde consonat ut videbitur exponendo. tum quia hoc dictum consonat dictis hebreorum antiquorum. dicitur enim ra. moyses exponens illud gen. xl. videbam coram me vitem. una expositio est hic. israel de egypto transplantatus in terram promissionis. Alia expositio est hic est messias sicut scriptum est ps. lxxix. et perfice eam quam plantavit dextera tua. et est plantatio ab inferius ad superius et hoc dictum ra. moysi valde consonat psalmo lxxix. in qua est duplex natura scilicet divina a superius humana ab inferius et patet quod ipse allegat hanc scripturam de messia dictam per quam intelligit christum. Igitur secundum hunc intellectum sensus predicti tituli talis est. ad victoriam super lilia testimonium asaph. psalmus iste et testimonium asaph super lilia vel pro liliis ut habetur titulo ieronimi super christum et ecclesiam suam vel corpus misticum que per lilia designantur ut plenius fuit dictum supra psalmo xliiii. quod autem in titulo premittitur ad victoriam significat conatum leuitarum in cantando hunc psalmum sicut frequenter supra dictum est. Qui regis israel etc. Ad intellectum huius psalmi sciendum quod una est ecclesia veteris ac novi testamenti que frequenter in veteri ac novo testamento dicitur vinea dei. unde dicit gregorius omelia x. super evangelia quis vero patrisfamilias similitudinem rectius tenet quam conditor noster qui regit quos condidit et electos suos sic in hoc mundo possidet quasi subiectos dominus in domo. qui habet vineam suam scilicet ecclesiam que ab abel iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est quot sanctos protulit quasi tot palmites misit. asaph igitur processum huius vinee in spiritu sancto prouidens dixit vel scripsit psalmum istum in quo primo describit statum huius vinee ibi. vineam de egypto. prima adhuc in duas quia primo ponitur asaph oratio. secundo orandi ratio ibi. excita. Circa primum dicit. qui regis israel intende. orationi mee qui deducis velud ovem ioseph. aliqui hoc exponunt dicentes quod filii israel de egypto exeuntes propter tarditationem nisi non poterant invenire sepulcrum ioseph cuius ossa tenebantur asportare secum sicut fuit eis preceptum

gen. l. ca. et quedam ovis mutuo angelico ductu ductum usque ad locum sepulcri ioseph ad ostendendum loca ubi debebant ossa eius accipere et propter hoc fuit nominata ovis ioseph que accipiens moyses secum portavit ut habetur exo. xiii. et secundum hoc sensus huius litere. qui deducis scilicet populum israel per angelum precedentem castra eorum ut habetur exo. xiiii. velud ovem ioseph. que similiter ducta fuit ad sepulcrum per angelum modo predicto. Sed quia hoc dictum de ove ioseph improbatur exo. xiii. aliter exponenda est hec litera sic. qui deducis ioseph. id est populum israel denominatum a ioseph eo quod ipsum salvavit tempore famis in egypto. velud ovem. id est diligenter custodiens eum sicut pastor gregem suum. qui sedes super cherubim. quia propiciatorium quod dicebatur sedes dei erat super cherubim sicut plenius fuit expositum exo. xxv. manifestare coram effraym beniamin et manasse. iste tres tribus figebant tentoria ad occidentalem plagam tabernaculi ut habetur numeri ii. In occidentali vero parte tabernaculi erat sanctum sanctorum ubi erat propiciatorium in quo dabantur divina responsa et propter hoc dicit. manifestare coram effraym. dando nobis propicia responsa. Excita. hic consequenter ponitur dicte orationis ratio quia asaph providebat populum domini multiplex affligendum a diversis populis et ideo pro eius liberatione deprecabatur quasi dicat. excita potentiam tuam. cui nullus potest resistere. et veni. per effectum tue potencie. ut salvos facias nos. ab affligentibus nos et continuat se asaph populo futuris temporibus affligendo ratione dicta precedenti ps. deus virtutum. id est angelorum. converte nos. a culpa ad gratiam et a luctu ad leticiam. et ostende faciem tuam. loquitur de deo ad modum hominis qui quamdiu tenet iram contra aliquem convertit ab eo faciem. Sed quando placatus est ostendit sibi faciem hilarem. et in hoc petit assaph divinam placationem et salvi erimus. quia sine tua gratia non potest esse nobis salus. domine deus virtutum quousque irasceris. id est quamdiu. super orationem servi tui. id est super illud de quo te rogo scilicet de liberatione populi quasi dicat. ista dilatio est signum ire tue in populo. cibabis nos. vel quousque ut sit sensus quamdiu cibabis nos. pane lacrimarum. id est permittens nos in captivitate et afflictione quia homines in tali statu vivunt in lacrimis et luctu. in mensura. id est secundum mensuram peccatorum nostrorum quasi dicat. meruimus hanc afflictionem propter peccata nostra. sed tu libera nos ex tua gratia. posuisti nos in contradictionem vicinis nostris. quia samaritani quos rex assiriorum fecit habitare in civitatibus israel ut habetur iiii. re. xvii. odiebant iudeos et econverso. et ideo ipsi dividebant quantum poterant reditum iudeorum in terram suam et postquam redierunt de licentia cyri fuerunt eis multum molesti ut patet primo esdre et neemie quasi per totum. et inimici nostri subsannaverunt nos. sicut dicitur neemie ii. factum est autem cum audisset sanaballat quod hedificaremus murum iratus est valde motus nimis subsannavit iudeos etc. deus virtutum etc. expositum sicut prius quia expositio est eiusdem sicut frequenter fit in orationibus. Vineam. hic consequenter describitur processus ecclesie ante christi adventum que proprio nomine dicitur synagoga et primo describitur processus in prosperitate. secundo in adversitate ibi. ut quid destruxisti. Circa primum dicit. vineam. id est populum israel dei cultorem. ysa. v. ca. vinea domini exercituum domus israel est. de egypto transtulisti. educendo populum illum mirabiliter de egypto que est terra ydolatrie dedita sicut agricola transplantat vineam de mala terra in bonam. eiecisti gentes. scilicet de terra promissionis ut habetur in libro iosue cuius victorie contra reges chanaam fuerunt magis virtute divina quam humana. et plantasti eam dando populo israel in terra promissionis quam cetera secundum quod dicitur iosue i. omnem terram sicut locutus est dominus ad moysen et tradidit eam in possessionem filiis israel secundum partes et tribus suas quievit terra a pluris

dux itineris fuisti in conspectu eius. in columpna nubis p diem et in columpna ignis p nocte, ut dux eet itineris utroqz tpre. exo. 13. et plantasti radices eius .i. sanctos pres ut iosue et siles, qui in cultu et fide dei erant radicati. et impleuit terram. p multiplicatione; plis. operuit montes umbra eius et cetera. p adeptionem honoris et dignitatis q maxie fuit tpre dauid et salomonis et alior regum bonor. extendit palmites suos usqz ad mare .s. mediterraneum. et usqz ad flumen .s. eufrate; propagines eius. et in hoc notatur dilatatio possessionis, quia tota terra .s. intermedia subiecta fuit regno isrl tpre salomonis ut frequenter sup dictum est. Ut quid. hic autem describitur ppessa i adusitate tuz et cetera. ut quid destruxisti maceriam eius .i. angelorum custodiam subtrahendo eo q pplus erat conuersus ad ydolatriam ut pz .3. et .4. re. i multis caplis. vel p maceriam intelligitur clausura ihrlm quam destruxerunt caldei. et uindemiant eam omnes qui pretergrediuntur uiam. quia reges syrie et multi alij ante destructionem ciuitatis ihrlm p nabuc. et post fuerunt eis molesti. bona eor rapiendo et pplm occidentes ut pz et .4. re. et in li. esdre et neemie et pmo et 2o macha. exterminauit eam aper de silua .i. nabug. qui sic uocatur eo q cum bestijs habitauit iter ferras daniel .4. et singularis ferus depastus est eam. iste fuit anthiochus rex qui fuit ualde singlaris in supbia qui hereret terram ad nauigandum et mare ad ambulandum propter mentis elationem. 2o macha. 9. fuit etiam ualde ferus p tormenta inhumana et exquisita inducens pplm israel ad transgressionem legis. 2. macha. 7. In hebreo ht et commotio agri depasta e eam. et p commotionem intelligitur bestie oms que mouentur q pplm ad pascendum ipz propter q iero. transtulit. et oms bestie agri depaste sunt et cetera. p q pt intelligi multitudo diuersarum gentium que erat in exercitu antiochi ul alior regum iudeas infestantium. Deus uirtutum. hic autem describitur status ecclie pfectus p aduentum xpi quam pfectionem petit asaph deuote dicens. deus uirtutum conuerte. p descensionem bonitatis tue. respice de celo et uide. oculo tue clementie. et uisita. i. pplm prius uineam istam q factum est in sua benedicta incarnatione qua uisitauit nos oriens ex alto, luce pmo. et pfice eam et cetera. status .n. ueteris testamenti fuit impfectus sm q dicitur ad hebr. 7. nichil ad pfectum adduxit lex. Sz hec pfectio reseruabatur a xpo. propter q dicit ma. 5. non ueni soluere legem sz adimplere, quia moralia precepta adimpleuit consilia superaddendo. Judicialia uo rigorem penarum temperando ut homines abstinerent a malis et studerent bonis, magis ducti amore boni qd est proprium pfector q timore mali pene q e proprium impfector. Vnde dicit poeta. oderunt peccare boni uirtutis amore. oderunt peccare mali formidine pene. Cerimonialia uero que tm signa erant adimpleuerat in sua incarnatione et passione cuius erat signum et sacramenta edificatiora instituit que conferunt gratiam et introducunt ad gloriam, que non poterant facere sacramenta ueteris legis, propter q dicitur egena et infirma gal. 4. et sup filium hominis. reclamat lr respice .s. sup xpm hominem qui in euangelio uocatur filius hominis .i. uirginis. qz hoc nomen ho e communis generis. alij autem sunt filij hominum .s. uiri et mulieris quem formasti tibi .i. inmobiliter assumpsisti, qz q semel assumpsit numquam dimisit. ut dicit damascenus. Vnde in triduo mortis xpi aia ex istens in limbo et corpus in sepulcro fuerunt coniuncta uerbo. incensa igni et suffossa. p hoc intelliguntur sacerdotes iudeor qui in ultione mortis xpi a romanis fuerunt obsessi et tunc in incendio templi aliqui fuerunt mortui. et aliqui fugerunt ad subterranea loca ubi fuerunt capti et interfecti, ideo

subditur. ab increpatione uultus tui peribunt. quia ex rigore diuine iustitie que hic increpatio dr in ultionem mortis xpi perierunt. fiat manus tua sup uirum dextere tue. uir iste est xpus sm q ad dexteram dei patris assumptus et ds quidem ihs postqz locutus est eis assumptus e i celum et sedet a dextris. sup uirum istum. post eius ascensionem facta e spaliter manus diuine uirtutis declarando eius gloriam et deitatem p miracula facta ab apostolis alijsqz discipulis in noie xpi. et sup filium hois. accipitur hic et p idest ut illud qd subditur super filium hois. sit expositiuum illius quod pmittitur sup uirum dextere tue. ut p hoc xpus intelligatur de quo supra dixerat. super filium hois et cetera. et non discedimus a te. p auersionem a fide. Vnde dicit apostolus ro. 8. quis separabit nos a caritate ihu xpi. tribulatio. fames. nuditas aut gladius et cetera. uiuificabis nos. uita gre in pnti et glorie in futuro. et nomen tuum inuocabimus. spualiter in pnti et eternaliter in futuro sm illud ps. 83. beati q habitant in domo tua dne. In secula seculor laudabunt te. dne deus uirtutum conuerte nos. ad te pfecte diligendum. et ostende faciem tuam. p apertam uisionem et salui erimus. quia in clara uisione et pfecta fruitione consistit eterna salus et cetera. LXXX

Exultate deo

Huic psalmo premittitur iste titulus in hebreo. ad uictoriam super baguith asaph. Ad cuius intellectum sciendum q pma sillaba huius dictionis baguith. non e de sba nominis sz e articulare accusatiui casus, sicut articulus in latino o magister, li o non e de sba dictionis sz e articulare uocatiui casus. guith. aut in hebreo ht duplicem signationem quia signat instrumentum musicum sic uocatum eo q repertum fuit in ciuitate geth ut dicit ra. sa. Significat etiam torcular et hoc modo transtulit iero. qui ponit talem titulum. uictori i torcularibus asaph. in q sm eum accipitur ibi singlare p plurali .s. torcular p torcularibus sicut frequenter fit in scriptura et e contra. Potest autem conuenienter dici q guith. hic accipitur in utraqz signatione. Ad cuius intellectum sciendum q psalmus iste spaliter erat decantandus in festo tubarum ut magis uidebitur plequendo quod incipiebat pma die septembris que apud hebreos e i nouilunio ppinquiori equinoctio autumnali siue sit ante equinoctium siue post siue in ipso equinoctio. Illo autem tpre communiter complete sunt vindemie in terra pmissionis que calida est. Et ideo de vino tunc expresso de torcularibus fiebant libamina sacrificior in templo, propter q iste ps intitulatur a torculari seu a torcularibus. Item qz leuite cantabant ps non solum uocibus humanis sz etiam musicis instrumentis ut frequenter dictum e. et cantus huius ps uingis pprie cantabatur in istro musico q hebraice uocabatur guith. propter q etiam iste ps intitulatur baguith. p ut est nomen instrumenti musici. et sic accipitur in hoc titulo signatione dupliciter. Ulterius premittendum q una de causis quibus iste ps cantabatur in festo tubarum erat p gratiarum actione de fructibus anni collectis, quorum collectio tunc erat completa ut dictum e. et ideo psalmus iste diuiditur i duas partes qz pmo inducitur pplus ad gratitudinem erga deum. Scdo ostenditur eius ingratitudo p oppositum, ut opposita iuxta se posita magis elucescant. Scda ibi. i tribulatione. Pma in duas. qz pmo pplus ad dei laudem inducitur. scdo ad hoc ro adducitur ibi. quia preceptum. Circa pmum dr. exultate. deuotione cordis. deo adiutori nro.

In omnibus periculis et negociis. Iubilate deo adiutori nostro. Secundum
illud psalmi. 83. cor meum et caro mea exultauerunt in
deum viuum. deo iacob. dicit autem deus iacob eo quod
tunc fecit ei de misericordia speciali gen. 28. d. si fuerit deus
mecum. etc. Sequitur erit mihi dominus in deum. et lapis iste quem
erexi in titulum vocabitur domus dei. etc. Sumite psalmum
ad decantandum non solum vocibus sed etiam instrumentis musica
libus. ideo subditur. date tympanum etc. non exprimit
instrumentum genitiuum quis sit magis, propter contrarium huius psal
mi quam alia. quia principalem mentionem fecerat de
ipso in titulo psalmi. Secundum enim hebreos tituli fuerunt
appositi in principio psalmorum. buccinate in neome
nia tuba. id est in nouilunio et dicitur a neos grece quod est no
uum latine. In omnibus enim nouiluniis fiebant fe
sta, propter beneficium diuine gubernationis eo quod in no
uilunio conuenit apparere renouatio temporis. Sed in nouilu
nio mensis septimi cum hoc concurrebat festum tubarum
quod erat valde sollempne apud iudeos, ut habetur leuitici
23. et numeri 29. ideo subditur. Insigni die sollempnitatis
vestre. id est festo tubarum. In hebreo habetur. In pacto diei fe
sti vestri. et est eadem sententia. quia terminatio dicti festi
quantum ad eius inchoationem erat prima dies mensis septi
mi. In translatione vero ieronimi sic habetur. In medio mense
die sollempnitatis vestre. Et ad idem patet reuerti quia
prima dies mensis septimi est in medio anni. Si autem
referatur hoc ad medium mensis septimi sic dies sol
lempnitatis refertur ad quintam decimam diem mensis in qua
incipiebat sollempnitas tabernaculorum. leuitici 23. et nu
meri. 29. ¶ Quia preceptum. hic ponitur primum pro
te inductionis ratio, dicit. quia preceptum in israel est. quasi dicat.
bene debetis deum laudare in dicta sollempnitate quia
dominus precepit hoc israeli in lege leuitici 23. et numeri 29. ut
preceptum est. et iudicium deo iacob. id est faciet vindictam
de precepti omissione. ratio vero quare dominus precepit illam
sollempnitatem tubarum fuit, propter memoriam liberationis
ysaac ab ymmolatione, vel potius propter memoriam obe
diencie abrahe qui paratus fuit filium ymmolare. et
ipsius ysaac qui paratus fuit ex eadem obediencia ad
deum ymmolationem sustinere. Sicut plenius fuit decla
ratum gen. 22. Unde et in festo predicto clangebant in
cornibus arietum in memoria arietis oblati pro ysaac
testimonium in ioseph posuit illud. dicit rabi salomon quod eadem
die post revolutionem annorum ioseph eductus fuit de
carcere et sic illa dies etiam fuit sollempnis pro ioseph
liberatione. cum exiret de terra egypti. In hebreo habetur
super terram egypti. quia secundum istam expositionem quando ioseph
factus fuit prepositus super egyptum tunc iuit ad videndum ter
ram egypti et prouidendum de conseruatione frumenti secundum quod
dicitur gen. 41. egressus est itaque ad terram egypti. etc. lin
guam quam non nouerat audiuit. dicit rabi salomon quod hic ac
cipitur lingua pro ydiomate sicut frequenter accipitur
in scriptura in modo communi loquendi. dicit igitur quod gabriel
docuit ioseph 70. ydiomata que ante non nouerat
sed tantum hebraicum. diuertit ab oneribus dorsum eius. quia
liberatus fuit a seruitute putipharis militie qui ipsum e
merat in seruum. Sicut dicitur gen. 39. manus eius in co
phino seruierunt. dicitur modius est mistratium in domibus
principum. Quod autem dictum est in hac expositione gabri
elem omnia ydiomata ioseph docuisse videtur falsum
quia ad hoc non se extendit virtus angeli ut in instan
ti vel tempore tam breui hoc faciat. sed solum ad virtutem
spiritus sancti qui donum linguarum dedit apostolis ac
tuum 2. propterea sancti et doctores catholici dicunt
quod hoc donum primo datum fuit apostolis ut possent pre
dicare fidem catholicam in omni lingua et ideo non habuit
locum in ioseph. Et ideo aliter exponitur hec scriptura
ab illo loco. testimonium in ioseph. etc. et in populo israel
nominato nomine ioseph quia populum illum saluauit
in egypto tempore famis ut dictum est psalmo precedenti. cum exiret

de terra egypti. quia cito post exitum de egypto datum
dominus preceptum de festo tubarum moysi in deserto. sed sicut
dictum est in hebreo habetur. super terram egypti. et tunc
supplendum est libere. quia ante retinebatur populus israel in
aliquibus ciuitatibus sub seruitute unde non poterant
exire sed primogenitis interfectis habuerunt licentiam ex
eundi ad aliam terram egypti et eundi per quam preuellet
linguam quam non nouerat audiuit. quia populus audiuit deum
loquentem dando decem legis precepta exo. 20. diuer
tit ab oneribus dorsum eius. quia populus de seruitute egyp
tiorum diuinitus fuit liberatus. In translatione ieronimi habetur
amouit ab onere humerum eius. et est eadem sententia nisi quod
mutatur modus loquendi de deo de tertia persona ad primam
que mutatio frequens est in prophetis. manus eius in co
phino seruierunt. id est in isto facto ad portandum feces
de ciuitatibus ad quas compellebantur filii israel in egypto
prout dictum fuit exo. primo. In hebreo et in trans
latione ieronimi habetur. manus eius a cophino transierunt
vel recesserunt. et sic refertur ad tempus in quo fuerunt a dic
ta seruitute liberati. translatio autem ista refertur ad
tempus in quo fuerunt in seruitute occupati. In tri
bulatione. hic consequenter describitur ingratitudo populi
et primo quantum ad culpam. secundo quantum ad penam ibi. Et
dimisi eos. Circa primum dicit in persona dei primo recolens
sua beneficia populo prestita in tribulatione qua fuisti op
pressus in egypto dura seruitute. inuocasti me. ut li
berarem te et liberaui te in signis et prodigiis te edu
cendo. Exaudiui te in abscondito tempestatis. id est qui
tempestas veniebat super egyptios. exaudiui te sal
uando quasi in abscondito et tuto loco. probaui te
apud aquam contradictionis declarando tuam ingra
titudinem et rebellionem numeri 20. audi populus meus. cum
specialem legem dedi in monte synay. et contestabor
te. id est ero quasi testis sicut sit iudex si legem meam
transgressus. ideo subditur. Si audieris me. obedien
do ei quod dixi tibi in datione legis exo. 20. non
habebis deos alienos coram me. non erit in te deus
recens. id est nulla creatura naturaliter vel artificialiter facta
erit a te pro deo reputanda. omnis enim creatura in tempore
est facta et per consequens est recens sed dominus eternus. neque ado
rabis deum alienum. Unde exo. 20. dicitur non adorabis
ea neque coles. ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi
te etc. et non alius sicut falso dixerunt de vitulo exo.
32. Isti sunt dii tui israel qui te eduxerunt de terra
egypti. dilata os tuum. ad petendum tibi utilia.
et implebo illud. dando petitionem tuam si tamen me solum
deum recognoueris et non audiuit populus meus vocem
meam. ei obediendo. et israel non intendit mi
mandata mea implendo in quo apparet maxima ingra
titudo. Et dimisi. hic consequenter ponitur huius ingra
titudinis sequens pena que est multiplex. Prima pri
uatio gratie spiritualis que notatur cum dicit. dimisi e
os. substrahendo ab eis meam gratiam a peccatis re
seruantem. ideo subditur. secundum desideria cordis eorum. id est
inclinationem suam ad malum. ibunt in adinuentionibus suis
idest in peccatis enormibus ab ipsis inuentis. Secunda pena
est substractio subsidii temporalis quod notatur cum dicit. Si
populus meus. id est populus israel quem redemi de egypto audis
set me, me inobediendo. Si in viis meis ambu
lassent. precepta mea obseruando que sunt vie veni
endi ad beatitudinem. ps. 19. Si vis ad vitam ingredi ser
ua mandata. pro nichilo forsitan inimicos eorum
humiliassem. eos ad nichilum deducendo. et dicit for
sitan non propter mutabilitatem diuine voluntatis que
est immutabilis sed propter mutabilitatem hominis de bono
ad malum, propter quod frequenter impeditur diuine promis
sionis effectus que est sub conditione. scilicet si homo perseueret
in bono. super tribulantes eos misissem manum meam
eos interficiendo sicut feci pharaonem in mari rubro

que

fueris

que subsidia eis non ferunt propter eorum ingratitudinem de preteritis beneficiis. tertia pena est inflictio supplicii generalis que notatur cum dicitur. Iurauit uero domini mentiti sunt. et isti sunt peruersi iudei qui promiserant obseruare dei legem exo. 24. dicentes. omnia que mandauit dominus nobis faciemus et erimus obedientes et tamen statim et a proposito cum moyse in monte fuerunt enormiter. uitulum conflatilem adorantes. exo. 32. et erit tempus eorum in secula. id est tempus punitionis huius peccati quia licet tunc in parte fuerit punitum ut ibidem habetur quod ceciderunt illa die quasi uiginti milia. tamen adhuc reseruatum punitioni in futuro secundum quod dixit dominus moysi post illam mortalitatem. ego autem in die ultionis uisitabo hoc peccatum eorum. et cibauit eos ex adipe frumenti. id est pane facto de simila tritici. quia non obstante dicta transgressione introduxit populum in terram promissam tritico habundantem. et de petra melle saturauit eos. quia apes mellificant in rupibus terre promissionis. unde habundanter colligitur unde et terra dicitur manans melle exo. 3. ¶ Moraliter potest exponi psalmus iste ut sit gratiarum actio ecclesie pro aliquo seu aliquibus beneficiis a deo exhibitis populo christiano. Verumtamen quia secundum dictum saluatoris mathei. 13. ecclesia est sicut sagena missa in mare et ad litus et sic habet bonos cum malis permixtos. Ideo gratitudinem bonorum ergo deum considerans primo in hoc psalmo in deum per exultationem et iubilum eleuatur. secundo ingratitudinem malorum considerans eos in fine dimittit. et patent secundum predicta.

Deus stetit. LXXXI.

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo et in translatione ieronimi. psalmus asaph. Ex quo apparet actor psalmi. De materia uero huius psalmi dicunt expositores hebrei et catholici quod asaph fecit hunc psalmum contra peruersos iudices arguens eorum nequitiam et petens super hoc diuinam iustitiam ad hunc eos equitatis talia reducentem. dicit igitur. deus stetit in sinagoga. Sinagoga dicitur a sin quod est con et ago ge aggregatio deorum. id est iudicum. secundum quod dicitur exo. 22. ad deos utriusque causa perueniet. id est ad iudices et dicuntur dei sicut in aggregatione iudicum quod factum et dicta considerat. ideo subditur. In medio autem deos diiudicat. id est discernit utrum iudices iuste uel iniuste iudicent. ideo subdit asaph contra iudices peruersos. usquequo. id est quandiu. iudicatis iniquitatem. iustificando partem iniquam propter munera uel fauorem. et facies peccatorum sumitis. id est personas malorum propter eorum potentiam uel aliam causam acceptatis. Iudicate egeno et pupillo. eis iustitiam declarando. humilem et pauperem iustificate. id est suam iustitiam conseruate. eripite pauperem de manu diuitis iniqui et egenum de manu peccatoris liberate. qui eum calumpniatur iniuste. nec sciuerunt nec intellexerunt. scilicet talia facientes non propter ignorantiam legis sed propter errorem electionis quia ignorat scilicet quod tale malum sit obmittendum sed peruertitur aliquo bono apparenti quod elegit ex peruersa affectione ipsum ad hoc inclinante. ideo subditur. in tenebris ambulant. quia peruersitas affectus inducit tenebras in intellectu. mouebuntur omnia fundamenta terre. in finali iudicio in quo ista peruersa ad debitum ordinem iustitie reducentur. ego dixi dii estis. scilicet principaliter eo quod iudices ex officio suo sunt executores diuine iustitie. et filii excelsi omnes. homines mortalium quantum ad ymaginem dei sunt facti. uos autem sicut homines moriemini. quia per peccata uestra non differtis nos a aliis superbientibus. cadetis. id est de angelis in foueam gehenne precipitati

diuine sunt. ideo subditur. Surge deus iudica terram. id est surge ad iudicandum habitatores terre generaliter. quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. quia finali iudicio peracto omnes electi erunt hereditas tua ordinata sine fine immobiliter et replebitur ordo sine iustitie. ¶ Mistice potest exponi psalmus iste contra sacerdotes et scribas iudeorum qui christum hominem iniuste condempnauerunt ad mortem. propter quod per diuinum iudicium a romanis spiritualiter occisi et captiuati et in iudicio extremo erunt condempnati.

Deus quis similis. LXXXII.

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo et in translatione ieronimi. Canticum psalmi asaph. Ex quo apparet actor psalmi. de materia uero ipsius dicunt communiter expositores hebrei et latini quod asaph fecit hunc psalmum contra hostes inuadentes terram et populum iudeorum et eum conculcantes. sed contra quos hostes et quo tempore non dicunt. sed hunc exponunt partim de hostibus quos habuerunt a principio exitus de egypto usque ad tempus asaph. et partim de hostibus qui fuerunt postea. Sed contra hoc uidetur quod de illis petit asaph. fac illis sicut madyan et sysare etc. et post ea subdit. deus meus pone illos ut rotam etc. Ex quibus uidetur quod loquitur de hostibus illis futuris. non enim fit petitio de preteritis. propter quod saluo meliori iudicio uidetur mihi quod asaph fecit hunc psalmum contra senacherib et eius exercitum sicut et de psalmo 48 supra dictum est. possibile est de eadem re plures psalmos fecerunt aliqui. sicut supra pluries dictum est de dauid. et eodem modo dicitur hic de asaph. Verumtamen iste psalmus differt a 48 quia ille psalmus loquitur principaliter contra senacherib non exprimens populos in odium iudeorum sibi adiunctos. In hoc autem fit ergo quia exprimuntur populi in circuitu iudee habitantes qui inuitauerunt senacherib ad ueniendum contra terram iuda tempore ezechie duplici ratione. una quia inuidebant iudeis et eos odiebant. Alia quia illi populi senacherib subditi erant qui deos eorum exterminauerat secundum quod dicitur 4 Reg. 19. uere domine dissipauerunt reges assiriorum gentes et terram omnium et miserunt deos eorum in ignem. Solatium est miseris socios habere penarum. et ideo incitauerunt senacherib ut ueniret in iudeam ad subiciendum sibi gentem et destruendum ibi diuinum cultum. ergo secundum hoc psalmus iste in duas partes diuiditur quia asaph primo deprecando narrat hostium nequitiam. secundo contra eos implorat diuinam iustitiam ibi. fac illis. Circa primum dicit. deus quis similis erit tibi. translatio ieronimi habet. deus ne taceas tibi. et robur huius diuinum est quia dictio hebraica que ponitur ibi scilicet domini equiuoca est ad significandum similitudinem et taciturnitatem. Credo tamen quod ista translatio melior est in hoc quod statim subditur. ne taceas et ideo in translatione ieronimi est quasi exposita sibi ista translatio. deus quis similis erit tibi. quasi dicat. dii gentium quos destruxit senacherib non erant similes tibi secundum quod dicitur 4 Reg. 19. non enim erant dii sed opera manuum hominum. ideo subditur. ne taceas. id est ne dissimules iniuriam hostium nostrorum qui reputant te debere dissimiliter sicut deos suos. nec compescaris deus. id est ne retineas amplius ab illatione uindicte. Cuius ratio subditur. quia ecce inimici tui. qui uoluerunt destruere locum cultus tui. sonuerunt. id est ad hoc cum fremitu armorum et sonitu tubarum uenerunt. extulerunt caput. contra te superbientes. unde dixit senacherib scribens ezechie. non seducat te deus tuus. 4 Reg. 19. reputabat enim quod non posset saluare ezechiam et populum eius de manu sua. dicens quod nec solus poterit liberare. nec liberauerunt dii gentium singulos etc. Super populum tuum malignauerunt consilium. ut supple exercitus senacherib contra populum dei et templum ut dictum est. et cogitauerunt aduersus sanctos tuos. id est sacerdotes et leuitas cultui deputatos. Sicut enim res in lege dicuntur sancte eo quod sunt diuino cultui deputate ut uasa uestes et huiusmodi. dixerunt ad inuicem mutuo se exhortantes. uenite disperdamus eos de gente etc. et sic declarauerunt eos

quod non remaneat huius gentis memoria. quia cogitaverunt unanimiter .i. concorditer in malo simul adversum te testamentum .i. pactum firmum ad destruendum terram et templum cultus tui. disposuerunt .i. firmiter statuerunt/ et qui fuerunt isti. quod explicat. d. tabernacula ydumeorum .i. habitantes in tabernaculis ydumeorum isti autem descenderunt ab esau qui altero nomine vocatus est edom. et sicut ille odiebat fratrem suum iacob querens occidere eum ut habetur gen. 27. Sic ydumei descendentes ab eo odiebant filios israel descendentes a iacob. et ysmahelite. isti descenderunt ab ysmahel filio abrahe gen. 16. et odiebant filios israel qui descenderant de ysaac. sicut etiam ysmahel persequebatur ysaac. secundum quod dicit apostolus gal. 4. moab. iste fuit filius loth et similiter amon qui postea ponitur ut habetur gen. 19. et ab istis denominati sunt duo populi moabite et amonite et isti odiebant filios israel imponentes eis licet falso quod tulissent partem terre ipsorum quando ascenderunt de egypto ut habetur iudic. xi. et agareni. isti fuerunt filii athure que alio nomine dicta est agar. ut dictum fuit genes. 25. et isti odiebant filios israel sicut ysmahelite fratres sui. gebal. de isto non habetur clare origo nisi forte fuit iebal filius seyr horrei. gen. 36. nomina .n. hebrea aliquando sic variantur a parte principii sicut et latina ut nycolaus et colinus sunt idem nomine variati tamen a parte principii. Isti igitur descendentes de iebal fuerunt molesti filiis israel sicut ydumei habitatores montis seyr. et amalech. populus iste odiebat filios israel/ et primo invasit eos in deserto cum ascenderent de egypto exo. 17. alienigene. In hebreo habetur. philistei. qui multum fuerunt infesti iudeis ut patet primo re. cum habitantibus tyrum. licet .n. habitatores tyri fuerunt confederati iudeis tempore salomonis et hyram regis tyri ut habetur 3. re. 5. tamen postea fuerunt eis inimici et omnes isti populi habitabant in circuitu terre filiorum israel et invitaverunt senacherib regem assyriorum ad veniendum contra regnum iude tempore ezechie cum omnibus predictis. ideo subditur. etenim assur venit cum illis facti sunt in adiutorium filiis loth. hoc non dicit eo quod filii loth essent principales in illo exercitu. sed senacherib rex assyriorum ut dictum est. Sed hoc dicit de filiis loth eo quod ibi vendicabant ius in aliqua parte terre ut dictum est/ et sic in exercitu veniebat quodam modo in eorum adiutorium. Fac illis. hic consequenter asaph implorat contra predictos hostes vindictam divinam. d. fac illos sicut madyan et sysare. quos miraculose debellavit deus per barach iudic. 4. in torrente cyson. bellum illud fuit prope torrentem illum et multi fuerunt ibi interfecti. Unde dicit iudic. 5. torrens cyson traxit cadavera eorum. disperierunt in endor. nomen est loci unde fuit illa mulier phitonissa quam consuluit saul. primo re. 28. et bellum illud fuit prope. facti sunt ut stercus terre. quia cadavera eorum remanserunt super terram insepulta. pone principes eorum sicut oreb et zeb et zebee et salmana. istos debellavit deus miraculose per gedeonem et trecentos viros cum eo. iudicum 7. omnes principes eorum .i. populorum supra memoratorum qui dixerunt possideamus sanctuarium dei .i. ierusalem in qua erat templum dei et per consequens totam terram iudee, cuius metropolis erat ierusalem. deus meus pone illos ut rotam .i. fac illos instabiles. dicit autem hieronymus quod per rota hic intelligitur quedam species tribuli seu herbe que in summitate facit quandam speram albam lanuginis similem que flatui venti resistere non potest/ et ita factum fuit de exercitu senacherib/ quia angelus domini una nocte interfecit centum octoginta quinque milia ut habetur 4. re. 19. Sicut ignis qui comburit silvam. ex magna potentia. et sicut flamma comburens montes. ex ardoris vehementia .i. ita persequeris. quia corpora mortuorum in exercitu senacherib fuerunt redacta in cineres ita quod ezechias et iudei eius potuerunt colligere spolia absque alia difficultate. Imple facies eorum ignominia. quod tunc fuit impletum/ quia senacherib mane surgens et videns illam pestilentiam sui exercitus fugit cum paucis ad terram suam confusus. et querent nomen tuum domine. hoc non dicit de ipso senacherib qui videns illam plagam divinitus inflictam non conversus est ad dominum per penitentiam sed magis tamquam ydolatra pessimus adoravit in templo nesrach deum suum ut habetur ibidem. Sed hoc dicit pro aliquibus cum eo fugientibus qui considerantes dei israel potentiam exhibuerunt sibi reverentiam. Unde et plurimi quorum amici fuerant in illa pestilentia mortui imputantes hoc superbie senacherib eo quod blasphemaverat deum israel disponebant eum interficere, propter quod convertit se ad adorandum deum suum promittens quod ei ymmolaret duos filios suos adramalech et sarasar si posset illud periculum evadere quod illi intelligentes interfecerunt eum, prout dictum fuit plenius 4. re. 19. erubescant et conturbentur in seculum seculi. hoc dicit de senacherib et aliis cum eo in malo obstinatis frequenter .n. scriptura sub eodem contextu de malis transit ad bonos et econverso sicut dictum fuit in principio gen. secundum illam de corvo dimisso bipartito et habitum fuit exemplum supra ps. 58. ubi dicitur ne occideris eos contra quos dicitur eum quod non potest intelligi de eisdem numero. Sed quia aliquibus occisis propter suam malitiam alii hoc videntes convertebantur ad deum per penitentiam saltem ad horam ut ibidem dictum fuit. et cognoscant per experientiam pene sibi inflicte. quia nomen tibi deus. et nulli alii attribuendum. hoc enim demones et dampnati cognoscunt. tu solus altissimus in omni terra. quia nulli alii potest competere potentia infinita. Moraliter potest exponi psalmus iste ut sit oratio ecclesie contra hostes fidelium referens humiliter coram deo eorum nequitiam/ et super hoc petens devote divinam vindictam exemplo malorum antiquorum a deo iuste punitorum.

Quam dilecta LXXXIII

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Ad victoriam super hagittith filiorum chore psalmus. In quo secundum [illegible] et doctores hebreos apparet auctor psalmi. auctores s. filii chore. non tamen dicitur utrum fuerit factus ab uno eorum vel pluribus. De materia vero huius psalmi dicunt doctores hebrei quod in psalmo isto exprimitur desiderium filiorum israel existentium in captivitate ad templi reedificationem. Sed salvo meliori iudicio videtur quod magis exprimat desiderium ipsorum sanctorum adhuc in hac valle miserie degentium deveniendi ad gaudium supernorum civium de quorum numero erant filii chore spiritu prophetiam habentes/ et secundum hoc ista dictio hagittith in duplici significatione deservit quia significat instrumentum musicum cum quo paratur cantus huius psalmi. et quia significat torcular ut supra dictum est psalmo 80. eo quod iste psalmus proprie cantabatur in mense septembris collectis vindemiis et torcularibus expressis s. in festo cetus vel collecte quod fiebat 22. die huius mensis ut habetur levit. 23. et num. 29. in memoriam vel potius figuram collectionis sanctorum in regno celorum, propter quod illud festum dicitur celeberrimus ac sanctissimum ibidem. ergo secundum hoc psalmus iste dividitur in duas partes. quia primo ostenditur quod superna felicitas est super omnia concupiscenda. Secundo subditur qualiter homo valeat ipsam adipisci ibi. beatus vir. Circa primum dicit. Quam dilecta .i. valde dilecta. tabernacula tua domine virtutum .i. angelorum et dicit tabernacula tua in plurali propter diversos bonorum status secundum varia eorum merita. propter quod dicit salvator Jo. 14. in domo patris mei mansiones multe sunt. concupiscit .i. deficit. anima mea in atria domini.

quia

quia omnis affectus et intellectus hominis existentis in via deficit a perfecta cognitione et dilectione beatitudinis superne secundum illud que oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus his qui diligunt illum. Cor meum et caro mea exultaverunt in deum vivum. fortes enim motus anime redundant ad corpus ut ex magno timore homines refrigidantur et pallescunt et ex magna ira calefiunt et rubescunt. et ideo cum anima fortiter exultat in deo fit quedam redundantia in spiritu corporeo.

Consequenter ostendit quod beatitudo superna quietat hominis appetitum. dicens. etenim passer invenit sibi domum etc. id est locum ad quiescendum. q. d. multo magis rationalis creatura habet locum in quo quietatur et hic erit beatitudo celestis propter quod subdit. altaria tua domine virtutum id est angelorum supple sunt illa in quibus quietatur appetitus humanus et vocat hic altaria electorum diversa consortia sive mansiones eorum in celo quia in illis magis offeruntur sacrificia divine laudis. propter quod subdit. beati qui habitant in domo tua domine id est in celesti beatitudine. in secula seculorum laudabunt te. In hebreo habetur sela. ubi nos secula seculorum. et secundum doctores hebreorum illa dictio significat perpetuitatem a parte post. et propter hoc Ieronimus transtulit semper. talis autem laudatio perpetua non potest verificari ad litteram de laude celebrata in templo post captivitatem babilonicam rehedificato. tum quia illud templum duravit tantum .CCCC. annis secundum hebreos. tum quia tempore intermedio laus divina fuit interrupta. scilicet tempore anthiochi illustris qui posuit ibi abhominandum ydolum et fecit ibi immolari carnes suillas et animalia immunda secundum cultum ydolorum ut patet primo machabeorum primo capitulo. beatus vir. hic consequenter ostenditur qualiter homo beatitudinem supernam valeat adipisci. et primo ostenditur quod hoc non potest fieri sine speciali dei adiutorio. secundo ad hoc porrigitur deprecatio ibi. domine virtutum.

Circa primum dicitur. beatus vir. secundum spem que est certa expectatio future beatitudinis. cuius est auxilium abs te. id est a te. iste enim due prepositiones abs et a idem significant q. d. ad beatitudinem supernam nullus potest attingere nisi per tuum auxilium speciale. quia excedit facultatem nature create. Sed ille qui ad hoc dirigitur per te potest attingere et hoc est quod dicitur cum subditur. ascensiones in corde suo disposuit. id est gradus virtutum per quos ascenditur ad celum. quos homo dei gratia illuminatus disponit in se quia usus liberi arbitrii cum dei gratia ad meritum concurrit. In valle lacrimarum. hoc est in fletu secundum quod dicit salvator matthei .v. beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. et enim benedictionem dabit legis lator. hic est christus lator legis evangelice qui dat benedictionem sue gratie lugentibus pro remissione culpe commisse et pro dilatione celestis glorie. et de talibus subditur. ibunt de virtute in virtutem. semper proficiendo in augmento gratie donec perveniant ad terminum visionis vere. ideo subditur. videbitur deus deorum. id est factor angelorum et electorum qui dicuntur dii participative. in syon. scilicet celesti de qua dicitur hebreorum .x. accessistis ad syon montem et civitatem dei viventis iherusalem celestem et multorum milium angelorum frequentiam.

Domine deus. hic consequenter ponitur deprecatio pro auxilio divino impetrando ad hanc beatitudinem consequendam et primo psalmista deprecationem istam prosequitur. secundo ad commendationem superne beatitudinis revertitur ibi. quia melior est. Circa primum dicit psalmista in persona fidelium. domine deus virtutum id est angelorum ut fre[quenter] dictum est supra. exaudi orationem meam. perducendo nos ad beatitudinem. auribus percipe. ostendendo per effectum. deus iacob. quod dicitur eo quod fecit deo spirituale notum ut dictum est supra psalmo .80. protector noster. contra insultus demonum. aspice deus. preces meas acceptando sicut dicitur genesis .4. respexit deus ad munera eius. et respice in faciem christi tui. illi qui exponunt psalmum istum de desiderio existentium in captivitate babilonica ad templum rehedificandum exponunt hoc de zorobabel. et aliqui alii de neemia sacerdote. sed utrumque deficit. tum quia zorobabel non fuit rex nec pontifex iunctus. unde posset dici christus. similiter neemias non fuit summus sacerdos qui solus consecrabatur per unctionem proprie dictam sicut declaratum fuit levitici .8. tum quia secundum hebreos iudei non habuerunt aliquam unctionem regum vel pontificum post captivitatem babilonicam propter quod etiam ra. sa. exponit hoc de david ut sensus sit quod oratio populi revisi de captivitate sit exaudibilis pro merita eius sicut moyses in sua oratione allegabat merita patrum abrahe ysaac et iacob exodi .32. Sed quod dictum est quod psalmus iste ad litteram non potest exponi de statu populi israel de captivitate babilonica et adventu christi. Ideo melius exponitur de ihesu nazareno qui est vere christus antonomastice dictus quia per eius meritum omnes orationes ecclesie habent effectum propter quod in omnibus orationibus ecclesie in fine ponitur. per dominum nostrum ihesum christum etc. vel aliquid simile. Quia melior est. hic revertitur psalmista ad ostendendum excellentiam superne beatitudinis propter quam est summe desiderabilis dicens. quia melior est dies una in atriis tuis. id est in celestibus consortiis ut predictum est. super milia. scilicet bonorum dierum que possunt haberi in presenti vita. ideo elegi abiectus esse. id est in humilitate vivere sine qua ad illam beatitudinem non potest pervenire secundum dictum salvatoris luce .18. quicumque non receperit regnum dei sicut parvulus non intrabit in illud. id est per humilitatem parvuli. in domo dei mei. id est in ecclesia militante que est domus dei inferior. sicut ecclesia triumphans est domus eius superior. magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. id est in excellentiis superborum quia superbia includitur in omni peccato mortali per quod homo subtrahit se a debita obedientia dei. quia misericordiam et veritatem. id est iustitiam. diligit deus. propter quod se committentibus in omnibus operationibus divinis gratiam in presenti. et gloriam in futuro. dabit dominus. vere humilibus propter quod dicitur proverbiorum .29. humilem spiritu suscipiet gloria. et iacobi .4. deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. non privabit bonis. scilicet gratie et glorie eos qui ambulant in innocentia licet frequenter priventur in presenti temporalibus bonis propter hoc concludit in fine. beatus homo qui sperat in te. per spem formatam caritate et non in bonis transitoriis et caducis.

LXXXIIII

Benedixisti. Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. ad victoriam filiorum chore psalmus. et in translatione Ieronimi. victori filiorum chore canticum. et est eadem sententia utrobique que satis patet ex supradictis. De materia vero huius psalmi dicunt hebrei communiter quod sicut precedens loquitur secundum eorum opinionem de desiderio redeundi de captivitate babilonica ad rehedificandum templum. sic iste psalmus est gratiarum actio pro sua reversione et pro bono et pacifico terre statu eis collato. Sed sicut non sunt secundum dictum eorum de precedenti psalmo. sic non videtur in sequendum in isto saltem in toto quia post reditum captivitatis babilonice non legitur populus israel tantam pacem et prosperitatem habuisse usque ad adventum christi quod ad hoc posset convenienter applicari illud quod infra dicitur. Converte nos deus salutaris noster etc. usque ad finem psalmi ut videbitur prosequendo. quia cum populus de captivitate babilonica reversus fuit frequenter perturbatus ab hedificatione templi primo Esdre et rehedificatione muri civitatis multipliciter afflictus et impeditus propter quod una manu faciebant opus et altera tenebant gladium ad se deffendendum ab hostibus circumstantibus. neemie .4. Item populus de captivitate reversus semper fuit sub tributo. primo regibus persarum postea grecorum ut patet ex libris Esdre neemie et machabeorum et ex historia iosephi in libro antiquitatum et hoc

usque ad temp9 iude macha. et fratrum suorum q̄ ad tempus liberaverunt pplm de manu antiochi illustris/ nec tunc etiam pp9 habuit magnā pacē qz iudas machabe9 et fratres sui in deffensione pp fuerunt successive interfecti. propter q̄ in videtur salvo meliori iudicio q̄ ps iste nō ē gratiarum actio p reditu captivitatis babilonice. sz pphia de liberatione pfecta p xpm/ dicamus intellectum sciendū q̄ liberatio a captivitate babilonica fuit figura liberationis p xpm fiende. Et ideo psalmista in hoc ps facit mentionem de utraque ut ondet corres podentiā figurate et figure/ Et io ps iste i tres partes dividitur. q̄ primo ponitur gratiarum actio p liberatione temporali p cyrum. 2o deprecatio p liberatione spūali fienda p xpm ibi. convertere nos de9. tercio pnūciatio ore pphali nativitatem xpi misteriu; ibi audiam quid loquatur. Circa primū dicit in p9 pp de captivitate reversi. benedixisti domine terram tuam .i. iudeam cuius metropolis .s. ihrlm fuit electa a deo ut poneret nomē suū ibi. 2o paralipo. 6. quā dicit deus benedixit ille qui reduxit pplm de captivitate ut ibi deo serviret. ideo subditur. avertisti captivitatem iacob .i. ppli descendentis a iacob. remisisti iniquitatē plebis tue. propter quam fuerat captivata in babilone operuisti omnia pctā eorum .i. nō vis amplius ea videre ad puniendum et loquitur de pctis preteritis propter que pp9 ductus fuerat in captivitate babilonis. mitigasti omnem iram tuam etc. quia relaxatio pene signū est mitigationis ire. Convertere nos. hic consequenter ponitur deprecatio p liberatione spūali que fienda erat p xpm/ cum dicit. convertere nos deus salutaris nr. ad te clarius cognoscendum et pfectius amandum/ q̄ factū ē p doctrinā xpi que figuras et obscuritates veteris testamenti explanavit et rigore eius temperavit/ propter q̄ dicit lex amoris et averte iram tuā a nobis. q̄ factum est p xpi satisfactionem/ q̄ usque ad illam omnes quantumcumque iusti descendebant ad infernum/ et sic ira dei non erat totaliter consumata. numquid in eternum irasceris nobis. q. d. nō/ sz parcere et misereri sic sibi pprium. aut extendes iram tuā a generatione in generationem .i. sibi succedentibus generationibus. q. d. non q̄ adventus xpi fuit pmissus isto certo tempore ut habetur dan. 9. p ebdomadas ab eo pdictas/ et aggei 2o dicitur adhuc unum modicum etc. et subdit. et veniet desideratus cunctis gentibus q̄ exponitur de xpo ab hebreis doctoribus et latinis. deus tu conversus. ad nos p tuā benedictam incarnationem. vivificabis nos. p tuam gratiam io. pmo. gratia et veritas p ihm xpm facta est. et plebs tua letabitur in te. p plebem intelligitur pp9 simplex et nativitate xpi vero pastores leti fuerunt. luce. 2. et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes deum. similiter quando xps venit in ihrlm ante suā passionē receptus fuit letanter a pplo et pueris clamantibus osanna filio david etc. ma. 21. ostende nobis dñe miam tuā. p adventum .n. xpi in mundum visibiliter ostensa fuit mia/ sz in punitione eius adam et in diluvio et filiis ysrl fuerat ostensa dei iusticia. et salutare. et p idest .i. salutare tuū da nobis .s. filiū tuum propter q̄ ysaias hoc previdens dixit .9. ca. puer natus est nobis et filius datus est nobis. et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis etc. et loquitur de futuro p modum preteriti propter certitudinem pphie/ et sic sīa huius versus est expo. patet. per hoc eīz q̄ deus pr dedit nobis filium suum in incarnatione ostendit nobis visibiliter miam suam. Audiam. hic consequenter psalmista pnūciat dictam deprecationem exaudiendā/ et p̄mo pnūciat incarnationem filij dei. 2o modū incarnationis. ibi veritas. Circa pmum dicit. audiam. attente. quid loquatur in me dns deus. p internā revelationē. et quid sit illud subdit d. quam loquitur pacem in plebem suam. quia xpo nato angeli statim cantaverunt. gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. luc. 2. et dicit in plebem suam quantum ad pplm isrl. et super sanctos suos .s. ad maiores .s. doctores et dei ministros de quibus multi crediderunt in xpm ut dicitur io. 12. et in eos qui convertuntur ad xpm hoc dicit propter gentiles qui relicta gentilitate fidem catholicam susceperunt devote. In hebreo et in translatione ieronimi hr. et nō convertentur ad stulticiā .i. ad ydolatriam que maxima ē stulticia .s. atribuere creature divinitatem ad quā ydolatriam nō sunt gentiles conversi vel reversi p9 ē fidem susceptam/ ymo ydolatria cessavit sm q̄ pdixerat zacha. 13. in die illa dicit dominus pdam noia ydolorū de terra. verumtamē prope timentes eum salutare ipsius. q̄ xps nō solum prestat salutem his qui sunt pfecte contriti. sz etiam eis qui sunt attriti qui dimittunt peccare propter timorē dei/ qui timor licet sit servilis saltem quantum ad aliquid tamē introducit caritatē sicut seta filum sm augustinum/ put allegat magr in 3o sniarum distinctione 34. et io dicit hic q̄ ē prope timentes in quantum talis timor de ppinquo disponit ad caritatem. ut inhabitet gloria in terra nostra .i. xps qui ē gloria patris in quo verbum factū est et habitavit in nobis. ideo subdit. et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre. io. pmo. mia et veritas obviaverunt sibi .i. simul convenerunt in pña xpi quia ex divina miā verbum assumpsit carnē ad complendum veritatem pmissionis facte patribus veteris testamenti de incarnatione filij dei. Iusticia et pax obsculate sunt. q̄ xps in sua passione satisfecit p nobis p viam iusticie quā iusticiam statim pax fuit obsculata. quia p suum sanguinem pacificavit ea q̄ sunt in celis et in terris. colo. pmo. Veritas. hic consequenter ondit modū nativitatis xpi/ quia natus est de virgine. io. 14. ego sum via veritas et vita. de terra orta ē .i. de virgine que terra vocatur ysa. 45. aperiatur terra et germinet salvatorem. Illa eīz q̄ oriuntur de terra non oriuntur p commixtionem maris et femine/ sic bta virgo concepit et pepit sine virili consortio/ et propter hoc de isto conceptu et ortu pdixit ysa. 53. ascendet sicut virgultum coram eo et sicut radix de terra sitienti .i. de virgine nō fecundata semine virili/ et sm doctores catholicos et hebreos antiquos capitulum illud ysaie loquitur de xpo/ ut magis declarabitur ibidem dño concedente. et iusticia de celo prospexit .i. pr iustus vel tota trinitas disposuit ut dei filius acciperet carnē de virgine ut sic p viam iusticie hō verus satisfaceret. sicut pmo hō deū offenderat/ Consequenter ondit quia virtute virgo bta fuit fecundata cum dicit. et enim dns dabit benignitatem .i. gratie sue plenitudinē nō solum ad sanctificationem mentis virginis sz etiā quantum ad fecundationem ventris. et terra nostra .i. bta virgo incontaminata. dabit fructum suum. quia in partu pmansit virgo et post. Post hoc consequenter agitur de xpi precursore cum dicit. iusticia ante ipm ambulabit. io. pmo. baptista qui dicit iusticia eo q̄ penitentiam pdicavit p quā fit iusticia de offensis commissis/ propter q̄ dicit salvator ma. 21. venit ad vos iohannes in via iusticie/ et quia nō solū iusticiā pdicavit sz etiā p9 eam tenuit in asperitate vestitus et parcitate victus sm q̄ dicit ma. 3. iohns hebat vestitū de pilis camellorum et zonā pelliceā circa lumbos suos. esca autem locuste et mel silvestre. ideo subditur. et ponet in via .s. pmē egressus suos. ut facto ostenderet in se ipo q̄d aliis pdicabat verbo. contrarium de xpo dicitur actuū pmo. cepit ihus facere et docere contra maliciam sacerdotum et scribarum/ de quibus dicit salvator ma. 23. dicunt eīz et nō faciunt/ quibus siles sunt qui instructionē opponunt verbo et destruunt exemplo.

LXXXIIII

Inclina dne

Huic psalmo premittitur talis titulus i hebreo

In hebreo. oro dauid. Ex quo pz actor huius ps. De ma eius dicunt communiter doctores hebrei q dauid fecit hunc psalmum in persecutione saulis exsistens pro sua liberatione deum orans. Oro autem secundum damascenum est petitio decentium a deo. homo enim in oratione non debet a deo petere nisi quod decet deum dare. Et ideo dauid in hac oratione primo allegat exauditionis dignae decentiam. Secundo explicat petitionis sue formam. ibi. deduc me domine. Prima in duas qr dauid allegando dictam decentiam primo inducit ad hoc rones sumptas ex parte sui. Secundo ex parte dei ibi. quoniam tu domine suauis. Circa primum allegat tres rones prima accipitur ex sua indigentia quia cum deus sit ditissimus secundum quod dicit [illegible] et . . . prouenire de causis primo et diues per se ipsum et non eget diuitiis. decet eum inopem sublenare qualis erat dauid et alij qui erant fugitiui cum eo. secundum quod dicitur primo Re. xxij. Conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti et oppressi ere alieno. et factus est eorum princeps et hoc allegat dauid. d. Inclina domine aurem tuam et exaudi me. et loquitur de deo more hominis qui inclinat aurem suam ad illud quod uult exaudire. quoniam inops et pauper sum ego. Secunda ro accipitur ex innocentia sua quia cum deus sit iustissimus decet eum innocentes liberare et hoc allegat dauid. d. custodi animam meam. i. uitam meam. quoniam sanctus sum. i. innocens erga saulem quod pz quia cum saul eum persequeretur a titu bo et zo saluauit eum bis a morte ut habetur primo Re. xxiv et xxvi. saluum fac seruum tuum. i. me ipsum innocentem et serientem sperantem in te. q. d. non posse saluari de manu de manu saulis nisi per te. Tertia ro accipitur ex orationis instantia quia decet deum exaudire. quoniam est pia et perseuerans qualis erat oro dauid et hoc allegat. d. miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die. i. perseueranter et instanter. letifica animam serui tui liberando me de persecutione saulis. quoniam ad te domine animam meam leuaui. i. Iter non solum ore sed etiam ex corde. quia secundum damascenum. oro est eleuatio mentis in deum. Quoniam tu domine. hic consequenter allegat rones sumptas ex parte dei et sunt quatuor. prima accipitur ex dei clementia quoniam debet ut exaudire deprecantes. et hoc allegat dauid. d. quoniam tu domine suauis et mitis etc. auribus percipe orationem meam etc. dando michi effectum orationis et deprecationis mee. Secundo accipitur ex dei magnificentia quam decet exaudire recognoscentes potentiam qualis erat dauid et hoc est quod dicit. in die tribulationis mee. i. tempore huius tribulationis in qua sum constitutus clamaui ad te. quia exaudisti me. temporibus preteritis. dando in uictoriam contra ursum et leonem et contra goliath gigantem primo Re. xvii. Tertia ro accipitur ex diuina potentia que cum sit infinita prestant ad iuuare et hoc allegat dauid. d. non est similis tibi in diis domine. quod est uerum si accipiatur de diis gentium qui sunt dij falsi. iste solus deus uerus. Similiter si intelligatur de diis participatiue cuiusmodi sunt angeli homines sancti qui non sunt uirtutis finite. Et non est secundum opera tua. quia ex infinitate potest facere opera uirtutem totius nature transcendentia q. d. tu potes me statim liberare per uoluntate tua. Omnes gentes quascumque fecisti. hic ponitur quarta ro que accipitur ex dei honorificentia. proponebat enim dauid si a saule liberaretur et ad regnum promoueretur sicut dominus dixerat per samuelem quod hedificaret domino templum famosum et augmentaret diuinum cultum. ad quod templum uenirent ad orationem non solum iudei sed gentiles et longinqui propter quod templo hedificato dixit salomon. iij. Re. viij. insuper et alienigena qui non est de populo tuo israel cum uenerit de terra longinqua propter nomen tuum audietur. i. nomen tuum magnum et manus tua fortis et brachium tuum extentum ubique. Cum uenerit ergo et orauerit in loco isto tu exaudies in celo etc. et ex hac dei honorificentia oro dauid erat exaudibilis et hoc est quod allegat dauid. d. omnes gentes quascumque fecisti. i. aliqui ex omnibus gentibus sicut dicitur. omne animal fuit in archa noe in qua yperbole ad designandum quod multi de gentibus uenirent. sicut dicitur totus populus ciuitatis currit ad tale spectaculum ad designandum multitudinem currentium licet minor pars non uadat. uenient et adorabunt coram te domine. in templo a me hedificato. sic enim uoluit facere ut pz. ij. Re. vii. hec tamen hedificatio fuit dilata usque ad tempus filij sui de precepto domini ibidem tamen dauid preparauit impensas pro magna parte et tradidit exemplar templi et hedificiorum in circuitu salomoni filio suo. ut habetur primo paralip. xxviii. et sic quodammodo hedificauit. et glorificabunt nomen tuum. ad honorem enim dei pertinebat quod gentiles ueniebant adorare in loco suo nomini dedicato. quoniam magnus es tu et faciens mirabilia. ex mirabilibus enim eius auditis in partibus longinquis ueniebant adorare in ierusalem ut dicitur est in oratione salomonis. tu es deus solus. ex mirabilibus enim eius uirtutem totius nature transcendentibus cognoscebatur etiam a gentibus quod erat deus et nullus alius. Deduc me. Postquam allegauit decentiam digne exauditionis. hic consequenter ponit formam petitionis et primo quantum ad bonum operandi. secundo quantum ad male euadendi. ibi quia misericordia. tertio regni consequendi ibi. et tu domine. Circa primum dicit. deduc me domine in uia tua. i. in uia tue iustitie per quam non possum absque deuio incedere absque tua directione. et ingrediar in ueritate tua. i. in ueritate dicta a te tradita. In lege. letetur cor meum. ex tua consolatione. et timeat nomen tuum. hoc addit ad excludendum letitiam ineptam. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo. quoniam bonum opus non habeo a me sed a te. et glorificabo nomen tuum in eternum. In omnibus operibus meis tua fruitione. Quia misericordia. hic consequenter format petitionem respectu mali amouendi et ut petitio sit magis exaudibilis de futuro confitetur etiam se liberatum de preterito. d. quia misericordia tua magna est super me. liberando me de periculo preterito quod explicat. d. et post idest. eruisti animam meam ex inferno inferiori. In hebreo habetur. sciol. quod aliquando accipitur pro inferno et aliquando accipitur pro fossa et sic accipitur hic secundum hebreos aliquos. quod dauid fuerat in periculo mortis propinque quoniam saul fecerat custodiri domum eius nocte ut occideretur mane et sic poneretur in fossa terre. sed euasit ex dei adiutorio ut habetur primo Re. xix. et hoc est quod dicit dauid. eruisti animam meam ex inferno inferiori. hoc est a fossa sepulture que fit infra terram. Ra. sa. exponit hoc de inferno proprie dicto ubi meruerat dauid descendere propter adulterium bersabee et homicidium urie ad quod natham propheta dixit ei. transtulit peccatum tuum et secundum hoc dixit dauid. eruisti animam meam etc. Sed illud non uidetur conueniens dictum quia dauid fecit psalmum istum exsistens in persecutione saulis. peccatum autem illa commisit dauid post mortem eius per magnum tempus ut pz secundo Re. xi. nec potest dici quod dauid causis quoniam requiritur ad prophetiam dan. x. intelligentia opus est in uisione. Et ideo accipiendo sciol pro inferno potest aliter dici quod dauid demeruerat ibi descendere per occisione sacerdotum nobe cuius dauid fuit in culpa ut declaratum fuit primo Re. xxii. quod et recognouit ad abiathar ego sum reus omnium animarum patris tui et reuelatum fuit dauid quod illud peccatum erat sibi remissum et sic dixit. eruisti animam meam etc. Consequenter postulat liberari a malo de futuro. d. deus iniqui. saul et doeg et eorum satellites. insurrexerunt super me. querentes me occidere et sinagoga. i. congregatio potentium quia potentes de regno adherebant sauli regi. quesierunt animam

meã · auferre eã de corpore · et nõ ꝓposuerũt te i cõspectu suo · i · nõ fecerũt hoc amore iustitie ꝫ liuore inuidie et sic contra legẽ tuã q̃rũt interfi cere innocentẽ · q · d · ex hoc decet te me liberare //
Et tu dñe · hic o᷒ter format petitõꝫ de cõtrarie res et pmo allegat diuinã miaꝫ qua elegit eũ ꝑ fratrib᷒ suis d · et tu dñe de᷒ miserator ⁊c̃ · Scd̃o ei᷒ ũitatẽ ad quã ptinet iplere illud quod dixerat samueli de regno dauid futuro cũ dicit · et uerax · iplendo ꝑmissa · cũ subditur · respice in me oculo tue mĩe · da imperiũ · i · regnũ isrl̃ · puero tuo · i · michi t᷑ obedienti · et sal uũ fac filiũ ancille tue · mrẽ aũt suã uocat dei ã cillam · i · fidelẽ et deuotã · fac mecũ signũ i bono de regno pacifice obtinendo q̃ factũ fuit sibi q̃n phi listei ascenderũt ꝯ eũ ad destruẽdũ ei᷒ regnũ q̃ au dierant eũ de nouo inunctũ sup̃ totũ isrl̃ ut hr̃ · 2 · R · et dñs dedit ei signũ q̃ iniret bellũ ꝯ philisteos q̃n audiret sonitũ gradientis in cacumĩe pyroꝝ ꝑ quod signũ designatur sibi assistens auxiliũ an gelorũ · ut uideant qui oderũt me et cõfũdantur · q̃ tũc philistei fuerũt debellati irrecuperabiliter et i fugã cõuersi q̃ ꝑuidit dauid futurũ ideo subdẽ · qm̃ tu dñe adiuuisti me ⁊c̃ · et loquit᷑ de futuro ꝑ modũ pteri ti ꝓpter certitudinẽ ꝓphie. Moraliter pt̃ ex p̃dictis ps iste de quolꝫ fideli posito in afflictõne corporali ab hõi b᷒ excitata ul' spũali a demõib᷒ qui ꝓ sui liberatõne orans deũ deuote allegat · pmo decentiã sue exau ditõnis ex pte sui allegans indigẽtiã · innocẽtiã · orõis instantiaꝫ · ex pte dei clemẽtiã · magnificẽtiã · potẽ · et honorificentiaꝫ et ulteri᷒ format petitõꝫ suã ibi · de duc me · ut in bono ope cõfirmetur et a malo culpe et pene ꝓtegatur et sic tandẽ in regno glie coronet᷑ et sic cõsiderãtis p̃dictis pt̃ illa lrã de facili applicari et ptes distingui ·

LXXXV

Fundamenta eius.

Huic ps premittitur tal' titulo in hebreo et in trãslatõne ierõ᷒ · filioꝝ chore ps̃ cantici · et pꝫ expositõ ex supradictis psalmo · 83 · De mã uo huius ps dicũt aliqui hebrei q̃ loquitur de ciuitate ierusalẽ quã hedificauit salõn cõ claudendo triplici muro et de tẽplo quod hedificauit ibi ualde nõ biliter et sumptuose · ut pꝫ · 3 · R · et 2o paralipõ · Sꝫ hoc nõ uidetur posse stare q̃ cũ dr̃ infra · gliosa dicta sũt de te ciuitas dei · In hebreo hr̃ · cela · q̃ ꝑpetuitatẽ signat ap te p᷒ ut dictum est sup̃ psalmo · 80 · ꝓpter q̃ ierõ᷒ addi dit sp̃ q̃ omissũ fuit i trãslatõe cõi · Ciuitas aũt et tẽpluꝫ quod hedificauit salõn nõ durauit ꝑpetuũ sꝫ solũ · 410 · ãnis ẽm hebreos et tũc nabuc᷒ ciuitatem et tẽpluꝫ destruxit et succendit · 4 · R · ultio · ꝓpter q̃ aliqui alij doctores hebrei dixerũt q̃ ps iste loquitur de ciuitate ihr̃lm rehedificanda ꝑ regẽ messiã quẽ adhuc expectant alti᷒ et notabili᷒ q̃ fuerit tpr̃e salomonis · Vnde dixerũt aliq̃ eoꝝ q̃ i aduentu mes sie mons syon eleuabit᷑ in altũ q̃ de᷒ trãsferet mõtẽ synay et mõtẽ thabor et mõtẽ carmeli et sꝫ istos eleuabitur mons syon · inducentes ad hoc illud ysa · 2o · erit in nouissimis dieb᷒ mons syon domus dñi in uertice mõtiũ et eleuabit᷑ sup̃ colles et sic ẽm eos dr̃ in p̃n᷒ hui᷒ ps · fundamẽta ei᷒ i mõtib᷒ sanctis ⁊c̃ et dñt tres montes predicti sancti q̃ in uno datã fuit lex exo · 20 · in alio ostensa uictõ barach iudic᷒ · 4 · In tercio descendit ignis de celo sup̃ sacrificiũ helie · 3 · R · 18 · Sꝫ dictũ istoꝝ p̃ma facie uidetur ridiculũ et fictitiũ · ꝓpter q̃ in · ysa · repbat ꝑpm sup̃ ysaiã · d · q̃ eleuatõ dom᷒ dñi ẽ intelligẽ da ẽm magnitudinẽ signoꝝ et mirabiliũ q̃ fient ibi in aduentu messie qui rehedificabit ciuitatẽ ihr̃lm et tẽpluꝫ i mõte syon et ibi adducent᷑ iu dei qui sũt dispsi ꝑ orbẽ q̃ gẽtes apud quas sũt dispsi audientes mirabilia dei q̃ tũc fient filios isrl̃ quos inueniẽt in terris suis mittent eos honorifi ce offerẽtes eos dño et inducũt ad hoc aũctẽ ysa · 66 · annũciabunt gliam meã gẽtib᷒ et adducent omẽs frẽs urõs de cunctis gentib᷒ donũ dño in equis et quadrigis et lecticis et i mulis et carrucis ad mõtẽ sanctũ meũ ihr̃lm dicit de᷒ et ad hoc ap plicant lrãm sequẽtẽ · memor ero raab et babilo nis ⁊c̃ · Consequẽt ꝓut pt̃ · sꝫ ꝑsecutõnẽ hui᷒ aptatõ nis dimitto ad uitandũ ꝓlixitatẽ et quia fũdat᷑ super erroneũ fundamẽtũ · s · xp̃m uẽturũ ad salutẽ hoĩnũ q̃ iã trãsiuit in p̃titũ ẽm q̃ tenet tota ecc̃ia diuinis miraclis cõfirmata ẽm q̃ dr̃ ac · ult᷒ · illi aũt ꝓfecti p̃dicauerũt ubiq̃ dño cooperante et ser mone confirmante seq̃ntib᷒ signis ad q̃ sequit᷑ ueram ẽẽ fidem ecc̃ie ul' deũ ẽẽ testẽ et cõfirmatorẽ falsitat᷑ q̃ ẽ maxĩ impossibile et hanc ũitatẽ declaraui diffusẽ ꝑ scripturas ueteris testamẽti in quadã q̃one de quolibet que hẽtur a mẽs ꝓpter hoc solũ repeto unã aũctẽ que hẽtur aggei 2o · adhuc unũ modicũ ẽ et ego mouebo celũ et terram mare et aridã et moue bo om̃s gẽtes et ueniet desideratus cunctis gentibus et implebo domũ istã glia dicit de᷒ exercituũ · agge us aũt ꝓpha tũc loq̃batũ de domo dñi que a zoro babel et alijs prib᷒ deuotis hedificabat᷑ ꝑ reditũ captiuitatis babilonice exhortans ꝑplm ad op᷒ illi᷒ he dificatõnis · d · i pꝫ dñi q̃ esset mirabiliter glorifica da in aduentu desiderati cunctis gẽtib᷒ · ꝓpter q̃ itel ligitur psalm᷒ ẽm expositores latinos et hebreos q̃ non esset uerũ nisi xp̃s uenisset stante adhuc illa domo que iam diu destructa ẽ ꝑ rõnos · s · 42 · anno post passionẽ xp̃i · Item in aũcte p̃dicta sub dit ꝓpha magna erit glia dom᷒ hui᷒ nouissime plus q̃ pme dicit dñs exercituũ · Ex quo duo ma nifeste ostendũtur · uꝫ · q̃ illa dom᷒ que tũc hedifica batur erat nouissima et sic nõ ẽ tertia expectanda futuris tpr̃ib᷒ hedificanda ut iudei expectant ꝓpter q̃ dr̃ ieremie · 7 · nolite cõfidere in ũbis mendacib᷒ dicen tes tẽpluꝫ dñi tẽpluꝫ dñi tẽpluꝫ dñi quia nõ rehedi ficabitur · aliud est quod ꝓpha asserit domũ factã ꝑ zo robabelẽ et alios pres hedificandã ẽẽ magis glori ficandã q̃ pma fuit q̃ nullo mõ pt̃ intelligi nisi ꝑ hoc q̃ fuit honorificata gliose de xp̃i p̃ntia qui fuit ibi oblatus luce · 2o · ibi etiã pluries ꝑsonaliter p̃dica uit ut concorditer dicũt 4or euangeliste ibi etiã mul ta miracula fecit ut pote cecos et claudos curauit · m̃t · 21 · et alia miracla opando · In mõte etiã syon i q̃o erat tẽpluꝫ misit spm̃ sanctũ sup̃ aplos ut dicit ierõ᷒ in ep̃la ad paulinũ de oĩb᷒ sacre scripture libris q̃ fuit mirabile maximũ · s · q̃ hoĩes illi ita simplices sta tim om̃es scripturas intelligerent et om̃ib᷒ linguis loq̃rent᷑ · et qui p᷒ erant timidi nulla ad ũsa ꝑ ricu pati formidarent ẽm q̃ dr̃ actuũ · 5 · cao · ibant aplĩ gaudentes a cõspectu cõcilij qm̃ digni habiti sũt ꝑ noĩe xp̃i cõtumeliaꝫ pati · et ista et silia ꝑ xp̃m facta sũt illa signa [illegible] que ia · sa · dicit fienda i ihr̃lm et in monte syon in aduentu messie · Sꝫ in hoc errat q̃ expectat fienda illa que iam sũt facta · aũctas uero ysa · quã allegat ꝓ se loquitur de p̃dicatõe aploꝝ aliorũq̃ xp̃i discipuloꝝ ꝑ quã adducti sũt de oĩb᷒ mũdi ptib᷒ aliqui ad fidẽ xp̃i q̃ nõ fit ꝑ motũ lo calem · sꝫ ꝑ motũ aĩe ad fidem et ẽm hoc dicit sal uator · Jo · 10 · de uocatõne gentiũ ad fidem et ali as oues hẽo que nõ sũt ex hoc ouili et illas opor tet me adducere et fiet unũ ouile et un᷒ pastor ꝓpter p̃dicta et plura alia que cã breuitatis omit to sci doctores uiꝫ ierõ᷒ · augu᷒ · cassiodor᷒ dicũt q̃ ps

iste ad litteram loquitur de misterio xpi et ecclesie quod qui dem misterium filii chore cognouerunt per spiritum prophetie in hoc psalmo ecclesiam nomine syon et ierusalem. quia ecclesia pro ut respicit statum noui testamenti fuit ibi fundata et inchoata per oblationem. predicationem. mortem et resurrectionem et spiritus sancti missionem et hoc est quod dicitur hebre. xii. accessistis ad syon montem et ciuitatem dei uiuentis ierusalem celestem etc. Iste hoc psalmus iste diuiditur in duas partes secundum duos ecclesie status. militantis et triumphantis. de quo agitur ibi. sic letantium. Cum primo describit huius ciuitatis scilicet ecclesie militantis fundationem. secundo multiplicationem ibi memor ero. tercio uero insinuat effectum principium ibi. numquid syon. Circa primum dicit fundamenta eius idest ecclesie in montibus sanctis. idest in monte syon ubi xpus plures predicauit et in alio monte ubi legem euuangelicam promulgauit etc. et in monte ubi totam tribus discipulis petro iacobo iohanne futuram gloriam sue resurrexionis in transfiguratione pendit etc.
Vel aliter. In montibus sanctis. idest in xpo et apostolis et hoc modo loquitur iohannes apoc. xxi. et murus ciuitatis habens fundamenta xii. et in ipsis xii. nomina xii. apostolorum et agni. diligit dominus portas syon. idest approbat et diuitur hic porte syon illa per quam fit ingressus ad ecclesiam militantem. scilicet exorcismus cathecismus et baptismus. super omnia tabernacula iacob. idest super cultum ueteris legis que fuit in pluribus tabernaculis. primo in tabernaculo a moyse facto exo. xx. secundo in tabernaculo facto a dauid. quarto k. vi. gloriosa dicta sunt de te. in ueteri testamento et in nouo ut patebit in hoc libro psalmorum et in aliis libris prophetis prout dominus concedente. In nouo uero testamento patet ubique. ciuitas dei. Ciuitas enim est ciuium unitas in ecclesia. In ecclesia uero de omnibus nationibus uniuntur homines per fidem et caritatem xpi per quod efficiuntur celestes secundum quod dicitur ephe. ii. iam non estis hospites et aduene. sed estis ciues sanctorum et domestici dei etc.
tonis qui precedet iudiciuz. et flamabit i circuitu
inimicos eius. quia dam sma iudicis reprobi il
lo igne inuoluent' et sic in inferno detrudetur.
alluxerunt fulgura ei' orbi terre. quia ante iu
diciuz fient multe impssiones igne et terribiles
. ideo subditur. uidit et commota e terra. i. hitantes
in terra qui uidentes talia commouebunt' commotio
ne timoris. montes sicut cera fluxerunt. i. fluent q
loquit' de futuro p modu pteriti ppter certitudinez
pphie quia tuc erunt terremotus magni p loca ut
di ca. xx. ex quib' ruent montes. annunciabunt celi
iusticiaz eius. quia p signa in celo apparentia mani
festabitur aduetus principis et uiderunt ois ppli gliaz
eius quia oes tam electi q reprobi uidebunt xpm
hoiem uenientem in ptate et glia q uisio terribil'
erit reprobis et delectabil' electis. ideo subditur. co
fundantur. i. confundent. omes qui adorant sculpti
lia. etc. i. omes ydolatre qui tuc maxie confundent'
qui creaturis attribuunt cultuz soli deo debitu non
solu ab hoib' sz etia ab angelis. ideo subdi. adorate
eu ois angeli ei'. i. adorate xpm adoratione latrie
q est uer' de'. Audiuit. hic incipit uso in hebo
et translatone ieroni ubi describitur exultatio fide
liu. q sicut iudiciuz extremu erit reprobis terri-
bile ita iustis delectabile. unde luce. xxi. di de illo iudicio
a rescen"' hoib' ptimore et expectatione etc. et p'
subdit'. his aut fieri incipientib' respicite et leua
te capita. i. exhilarate corda sm q exponit grego'
in e pma. et dictu fuit apostolis p omib' electis.
. Igitur circa hoc pmo ponit' exultao fideliu. sco qd
daz conclusiuz ibi. qui diligitis. Circa pmu di. au
diuit syon. i. ecclia p ubu xpi et aplor qui pnu
ciauerut iudiciu futuru. et letata e. q hec e ma
exultationis p electis. et exultauerut filie iude. i. fi
deles aie electe. et subditur ca letacie hui' cu di.
ppter iudicia tua dne. et dicit in plur' quia non
solum iudiciuz datu p glia electoru erit eis ca
letacie. sz etia iudiciuz datu p dapnatoe reprobo
ru. sm q di psalmo lvi. letabitur iustus cu uide
rit uindicta. etc. et q tuc omia pfecte xpo subi
cient'. ideo subdit'. qm tu dns altissimus sup oez
terra. i. sup ois hoies qui i terra nascuntur. nimis
exaltat' es super omes deos. i. angelos sanctos qui
dicunt' dii pticipatiue. dan. i. excepto dno quorz
no e cu hoibus couersatio. Qui diligitis. hic ultio
concludit' quodda correlariu quia iudiciu extre
mu terribile erit iniustis et delectabile iustis ut pre
dictu est. ideo psalmista hortat' hoies ad iustic'
et ab iniusticia retrahit. d. qui diligitis dnm odite
malu. s. culpe quod opponitur bon'" dine et q
possint peccatu mortale e uitare on dic d. Custodit
dns aias scor suor. qui i temptatoib' recurrut
ad ei' auxiliu. sm q di cor. x. fidel' de' qui
no paciet' uos temptari sup id quod potestis. sed
faciet cu temptatoe puentu ut possitis sustine. i
deo sbdi. de manu pccoris liberauit eos. i. de manu
demonis qui obstinatus in pcco sp hoies retrahe
intitur ad pcca. et q hec liberatio fit p graz dina
ideo subditur. lux orta e iusto. i. lux dine gre.
et rectis corde leticia. q lux gre e qda ica glo
ppter q repetit' cu di. letamini iusti i dno. q e leti
deuotionis. et confitemini memorie sanctificatis ei'
gras agentes de dono gre nos sanctificantis. Moralis
liter pot exponi ps iste de quolz fideli qui e filius
dei p adoptione. sicut x' e fili' dei p na. Et ideo
sicut ad xpm ptinet iudiciu discussionis generale.
ita ad quemlibet fidele ptinet iudiciu discus
sionis singulare p ppam consciencia discutiendo
. et quod ibi inuenit' de maledictis et cogitatis.
sic p pniam puniat ut pena iudicii euadat. Sz

q. d.

q dicit quod prima pars. Sinistra met ipsos iudi
cium nõ uũquã iudicauerunt. XCVII

Cantate dñ

Huic psalmo prímitur ti
tulus nullus in hebreo et in trans
latione ieronimi .i. ps. sine ali
qua additione/ et sic p titulum
illorum nõ apparet autor ps/ nec etiã nisi sicut hebre
us moyses fecit hunc psalmum ut dictum est sup. ps.
lxxxix. sicut aug[ustinus] uero dauid fecit hunc psalmum et cos
alios/ Sed de hoc ualet nõ est magna uis ut dic
tum est ps. xc. Materia uero huius ps dicit ra. sa. he
breus quod ps iste loquitur de tempore futuro p quod intellig
tempus messie quod iudei expectant futurum nunquam dicit
multa mirabilia facienda p regem messiam .i. xpm et sic
hoc dicit in prin. huius ps. Cantate dño canticum nouum
quia mirabilia fecit .i. faciet sicut ipsum. quod scriptura s
pphetice tempore enim quo factum est iste ps. xps erat uenturus
in mundum. Sed mirabilia que dicunt iste facienda iã
sunt facta in aduentu xpi/ quod quod dei filius in huma
natura apparuit/ uirgo concepit et peperit et cetera mirab[i]lia
que xps fecit nõ sunt scripta in uolumine s[ed] incredibilia/ et
sicut hoc doctores nri exponunt psalmum istum de du
ple et ultimo quod uocatur iudicium generale dilucidi
enus/ Sed saluo meliori iudicio uidetur michi quod conueni
entius potest exponi de aduentu xpi in mundum et de iu
dicio discretionis quod incepit a tempore predicationis
xpi et aplorum/ et sicut hec ps iste et nonagesimus qu
tus sunt circa eandem materiam. Unde et similiter incipiunt
/et magnam habent conuenientiam nõ solum nõ solum
in sensu, s[ed] etiam in uerbis. Ubi etiam reperiuntur plures ps
de eadem materia facti nõ solum a pluribus autoribus, s[ed] etiam
ab uno autore ut supra patuit in ps ipsius dauid.
Igitur sicut hoc ps iste in duas partes diuiditur. In prima
ponitur gratiarum actio de beneficio incarnationis. In secunda
de beneficio iudicii discretionis quo electi sunt ad
fidem uocati. Secunda ibi. Iubilate deo omnis terra. Cir
ca primum dicit. Cantate dño .s. ihu xpo canticum no
uum. tanquam autori noui testamenti. in cuius ortu nouum
canticum cantauit angeli luce. ii. quia mirabilia
fecit. nascendo. languidos curando. mortuos susci
tando. resurgendo. et ascendendo/ et spiritum sanctum in signo
uisibili mittendo quo simplices .i. illiterati illustra
ti sunt notitia scripturarum/ et linguis omnium loquebantur
etc. Saluauit .i. salutem fecit sibi. hoc est ad hono
rem suum et dei patris. dextera eius et brachium sanctum
eius .i. xps dei patris filius qui dicitur eius uirtus. prima ad
cor. primo. predicamus xpm dei uirtutem. dextra autem
uirilis in ps dextera potentior quod et frequenter dextrum
uocatur. Similiter xps et brachium dei dicitur ysaie. liii. do
mine quis credidit auditui nostro et brachium
domini cui reuelatum est que scriptura intelligit ad litteram
de xpo/ ut plenius ostendetur dño concedente quando ad lo
cum illum ueniemus. notum fecit dominus .i. deus pater sa
lutare suum .i. filium suum p salute mundi humanatum
et sic uisibilem factum. In conspectu gentium reuelauit
iustitiam suam .i. fidem catholicam iustificantem/ que p predica
tionem apostolorum et aliorum xpi discipulorum publica
ta fuit gentibus dispersis p orbem terrarum. recorda
tus est misericordie sue .i. ueritatis sue. domui israel. promissio
factis patribus eius. Sicut gen. xxii. promissum
fuit abrahe benedicentur in semine tuo omnes gen
tes/ que promissio misericordiam et ueritatem impleta

est in xpo nato de semine abrahe p iacob/ qui
alio nomine dictus est israel gen. xxxii. et effectus huius pro
missionis extensus est ad omnes gentes. ideo subdit
uiderunt omnes termini terre .i. p fidem cognouerunt. et
p mirabilia coram eis facta. salutare dei nostri .i. de
dominum nostrum ihm xpm p quem est salus omnium sicut quod
dicitur act. iiii. et nõ est in aliquo alio salus. Iubila
te. Hic incipit uersus in hebreo et translatione ieronimi
ubi ponitur inuitatio ad gratiarum actionem p iudicio
discretionis/ quia electi ad fidem et gratiam sunt uo
cati/ cum dicit. iubilate deo omnis terra. quia de omnibus
terre partibus aliqui sunt uocati. Cantate .i. lauda
te in cordibus uestris interius et exultate .i. signum
de uocis exterius. et psallite. recitando etiam ps
apphis ad dei laudes factos/ et quia iste ps tempore ue
teris testamenti compositus est a leuitis p expressione diuini
fuit. quia talia cantabantur nõ solum uocibus humanis
s[ed] etiam musicis instrumentis subdit. psallite dño in ci
thara et in tubis ductilibus .i. cum martello fac
tis. et uoce tube cornee. quia aliqui utebantur instrumentis
de cornibus animalium factis/ maxime in festo tubarum
quod celebrabatur in prin. septimi mensis. Iubilate in con
spectu regis dñi .s. ihu xpi qui est rex regum et dominus
dominantium apoc. xix. moueatur mare .i. ad eius reue
rentiam quod factum fuit quando pedibus eius se substernit. et ple
nitudo eius .i. habitantes in insulis maris quorum multi
conuersi sunt ad fidem/ ut dictum est ps prec. orbis ter
rarum. et p idest: qui habitant in eo. quia nõ solum de insul
maris. s[ed] etiam de terris aliis aliqui sunt conuersi ad fi
dem. Flumina plaudent .i. habebunt occasionem exultationis
s[ed] habitantes circa ea/ et hoc fuit impletum quando xps tactu suo sanc
tissime carnis uiue regenerationis dedit aquis in baptismo
simul montes exultabunt .i. causam exultationis erit quod fuit
adimpletum quando xps in montibus legem euangelicam predica
uit, et ibi miracula fecit. ut habetur matth. v. et io. vi. et in plu
ribus aliis locis/ et quia p suam predicationem cepit uocare
electos ad fidem quod pertinet ad iudicium discretionis. ideo
subdit. p eius predicatione exultationis seu gratiarum actionis quo
uenit iudicare terram. et quia illud iudicium est iustum quamuis
sit nobis occultum. ideo subdit. iudicabit orbem terrarum
in iustitia et equitate etc. Ps iste incipit pro eodem
eodem modo sicut et nonagesimus quintus quia sunt de eadem materia
ut dictum est in prin. huius psalmi. XCVIII

Dominus regnauit

Huic psalmo nullus titulus ponitur in he
breo/ nec in translatione ieronimi. Dicunt autem
hebrei quod moyses fecit ipsum ut dictum est sup. ps nona
gesimo/ Sed hoc nõ uidetur uerum/ quia in hoc ps dicitur moyses et a
aron in sacerdotibus eius et samuel etc. et sequitur. inuocabant
dominum et exaudiebat eos. et sic autor huius ps
uidetur loqui de ipsis magis de preteritis quam quod ps iste
sit factus nõ solum post tempus moysi s[ed] etiam post tempus samu
elis/ Et ideo doctores nri dicunt ipsum esse factum a dauid qui
samueli superuixit. et dicunt iste ps de regno xpi.
Sed saluo meliori iudicio ista expositio uidetur michi magis
mistica quam litteralis quia in hoc ps fit inuitatio ad dei
cultum sicut modum ueteris legis ut patebit p sequen
do qui modus nõ habet locum in xpi regno/ Ra. sa. uero dicit
quod ps iste loquitur de regno quod debellatis est re
ges gog et magog et multos alios populos cum eis/ sicut
quod uidetur p eandem dictum ezechiel. xxxix. et tunc regnum
mundi pacifice obtinebitur a iudeis/ sed hoc dictum est er
roneum. tum quia aduentus messie transiit in preteritum. tum quia
sicut dictum aug. xx. de ciuitate dei. xi. ca. et alibi
sanctorum gog et magog de quibus loquitur ezechiel nõ
sunt aliqui populi determinati s[ed] persecutores ecclesie ab
initio et induendi; maxime circa finem mundi; Igitur

saluo meliori iudicio ps iste in uidetur factus a dd.
ad inducendū ppl'm ad diuinū cultū de quo fuit ual
de solicit⁹ ut pȝ p̄mo palip̄o et 2° R. et hoc fuit p⁹q̄
debellauit philisteis et aliis cōtra regnū ei⁹ insurgētib⁹
q̄re adduxit archā dñi i mōtē syon intra tabernaculū
testimonij et cōstituit ibi sacerdotes et leuitas ad cultū
dei celebrādum ut hr̄ p̄mo palip̄o. 16 / et s'm hoc ps iste
i duas ptes diuidit' qr p̄mo dauid incitat ppl'm ad
cultū diuinū. 2° ad hoc incitat ex⁹ scōr patrum s. mo
yses et aarō. p̄ma in duas qr p̄mo dauid declarat
constitutiōē sui regni. 2° inducit laudē dei ibi. cōfi
teant'. Circa p̄mū dicit. dñs regnauit. i. regnare
me fecit p talē modū dicit dñs gen. 22. ad abraham
nūc cognoui quia timeas deum. i. cognoscē feci q eum
dñs fecerit regnare dauid pȝ. 2. R. 7. ubi d' dñs exer
cituum. ego te tuli de pascuis seq̄ntē g'gē ut esses dux
sup ppl'm meum isrl' ppter q regnū dauid dr̄ regnū
dei. primo palip̄o. 29. sedit q salomō sup soliū dñi i
regē p dauid pr̄e suo. irascant' ppli. qr philistei au
dita unctiōne dauid fuerūt irati et conati sūt regnū
eius destruere. 2. R. 5. et silit' alienigene q erāt i
circuitu iudee. Sȝ qr fuerūt debellati a dauid mag'
uirtute diuina q̄ humana ideo subdr̄. qui sedes sup che
rubī. hoc dr̄ qr ppiciatoriū sustētabatur ab ipsis ab
ipsis cherubin ut dictū fuit exo. 25. et dicebatur se
des dei eo q inde dabant' diuina rn̄sa. moueat' ter
ra. In trāslatiōne ierō habetur cōcutiatur terra. i. ha
bitantes in terra inimicorum nostrorū. cōcutiant' timore.
et nobis subiciant'. et q hoc sit decens fieri allegat
dicens. dñs in syon magn⁹. i. ille qui a nob' colitur
i mōte syon ē magnus dñs excelsus sup omēs ppl'os //
Confiteant'. hic cōsequent' dd' inducit ppl'm ad cultum
dei dirigens s'monē ad deū et dicens. confiteantur
confessione debite laudis. qm terribile sicut gen. 28. q
terribilis ē locus iste. 2c. s. formaliter et effectiue. qr
omīs sctificat⁹ fit in dei noīe. et honor regis. In hebr̄o
et trāslatiōe ierōmi hr̄. et imperium regis. et i idē redit
quia obedire imperio dei ē deum honorare. iudicium
diligit. i. equitatem. sicut pȝ in ueteri testa°. eā fieri p
cepit. tu parasti directiōnes. i. p̄cepta moralia q̄ diri
gūt in finem ultimū. m̄t. 19. si uis ad uitā ingredi
s'ua mādata. iudiciū. i. p̄cepta iudicialia. et iusti
ciam. i. cerimoīalia que dicūt iustificatiōes i scriptura
ueteris testa'. In iacob tu fecisti. ad hec. n. tria genera
p̄ceptorū reducuntur omīa mādata q̄ dedit ppl'o is
rael in mōte synay. ideo subdr̄. exaltate. i. q̄ntū po
testis laudib⁹ extollite. dnm deum nrm. p recognitiōe
suorū bn̄ficiorū. et adorate scabellū pedū eius. i. ante
scabellū pedum ei⁹ et istud scabellū dicebat' archa te
stamēti que erat sub ppiciatorio. ita q ppiciatoriū erat
q̄si sedile dei et archa testamēti tāq̄ scabellū illi⁹ se
dis / sic dictū fuit exo. 25. qm sanctum ē. dicebat' eni
archa scā eo q sancta continebat. s. tabulas digito
dei scriptas et uirgam aaron et urnā aureā manna
plenā. moyses. hic ad ppositum adducit' ex⁹ scōrū pa
trum cū dr̄. moyses et aaron in sacerdotib⁹ ei⁹. hoc ē
fuit in sacerdotes dñi / q pȝ de aaron q fuit summ⁹ sa
cerdos. silit' moyses officio sacerdotali usus ē i cōse
cratiōne aaron et filiorū ei⁹ ut dictū fuit exo. 28.
et samuel inter eos qui inuocāt nomen ei⁹. peccat. n. a
neo ppl'o cū dnm collendum ut hr̄ p̄mo R. xii. inuo
cabāt dnm humiliter et deuote. et ipse exaudiebat
eos. sicut pȝ de moyse et aaron in exodo et pluri
bus aliis locis et de samuele p̄mo R. 7. et 12. In colūp
na nubis loq̄bat' ad eos. hoc inueītur scriptū de moyse et a
aron in plurib⁹ locis. et idem credend' ē de samuele
eo q̄ ibi dr̄ / et marie qr d'⁹ incepit loqui cū eo a iuuē
tute ut hr̄ p̄mo R. 3°. et cā hui⁹ exaudiciōis subdit'
cū dr̄. custodiebāt testimonia ei⁹. q̄ntum ad iudicialia
et cerimonialia q̄ dicūt' quedā testimonia dei. et pre
ceptum quod dedit illis. i. p̄cepta moralia q̄ magis sunt de
dictamine p̄cepta et p̄cīa hic sing'e p plu'e eo mo q̄
[illegible] s. uenit [illegible] grauissima. i. multe. dñe de⁹
noster. tu exaudiebas eos [illegible] ē ad maiorē as
[illegible] et ulciscens in omīs adinuenciones
eorū. [illegible] eorū qui nō p̄cedebant
ex intencione tuo s' magis ex eorū arbitrio sicut patȝ
de moyse et aaron. quia nō credidistis m ut sanctifi
caretis me corā filiis isrl' nō introducetis hos ppl'os i
terrā quā dedi patrib⁹ eorū / qr i pena hui⁹ fuerūt mor
te p̄uenti. exaltate. i. laudibus extollite. dnm. rōne
generalis gubernationis. deum. rōne creatiōis. nrm.
rōne cultus sp̄alis. et adorate i mōte scō ei⁹. i. i mō
te syon quia iā erat diuino cultui applicat⁹ q̄ iā
erat ibi archa testa' et ministeriū ordinatū a leuitis
et sacerdotib⁹ celebrādum ut p̄dictū ē. Cōsistit ex
pōitur ps iste de regno x̄pi quod accepit i sua resurrecti
one et ascensione / quod q̄dem regnum p̄ncipes iudeorum
conati sunt destruere et p⁹ea p̄ncipes romanorum. Sȝ
eō facto ē. p̄ncipes rōm uoluntarie submiserūt colla
regno x̄pi a tpe constātini / et iudei i fine tēporum x̄pia
norū p̄ncipium sūt redacti. hoc igr̄ dauid i sp̄u p̄ui
dens p regnū suū figuratū introducit x'm regnātem
.d. dñs regnauit. et ad eius laudē inducit ppl'm ca
tholicū ad hoc adducens exēpla āntiquorum patrū q'
de regno x̄pi noticiā habuerūt et deuotiōne letati sunt
unde et saluator. io. 8. dixit de abrahā. abrahā pa
ter uester exultauit ut uideret diem meū. uidit et le
tatus ē. hanc aūt expōnem i pti'' nō psequor qr diffu
sa tradita ē in glō sup ps q̄ uz hr̄ et in expōitorib⁹ ali
orum doctorū 2c.

XCVIIII

Iubilate. Huic psalmo p̄
mittitur tal' titulus in hebreo. ps ad cōfite
dum. et in trāslatiōne ierōmi et i ista q̄ qm
cōmuniter utimur dr̄. ps p cōfessione. et idē penit⁹ ipor
tatur / Ex hoc aūt tit'lo nō appet actor ps. sȝ a iudeis
dr̄ fuisse moyses. ab aug' uero ipse dauid. sȝ de hoc
nō ē magna uis qr actor ei⁹ quicūq fuerit sp̄m sāc
tū hūit. sȝ ex tit'lo p̄dicto satis appet ad qd ps iste fac
tus fuerit. s. ut cantaretur in oblatiōne hostie pacifice
de qua hr̄ leuit. 7. que offerebat' p aliquo bn̄ficio a
deo obtinēdo ad quod p̄exigitur diuina placat⁹ ul' p
bn̄ficio iam obtēto ad q debet sequi grār actio. et
ppter hoc tal' oblatio dicebatur q̄dā cōfessio diuine lau
dis. et silit' ps iste qui decantabat' in oblatiōe. Et di
uidit' in tres ptes. In p̄ma ad dei laudē inducit'
omīs generalit'. In scđa pp⁹ iudaycus offerens sp̄alit',
ibi. introite in cōspectu. 2° ministrorum cetus singla't'
ibi. pp⁹ ei⁹. Circa p̄mum sciendū q omīs hō a deo
recepit sp̄ale bn̄ficiū. s. rōnē et intellectū p qd' ē
capax ipsi⁹ dei. quod aliis creaturis i senciētib⁹ nō ē
ppter q ad laudem dei tenet' assurgere / et hoc ē quod
dr̄. Iubilate deo omīs terra. i. hītantes i oī terra. ser
uite dño in leticia. qr nō placet deo s'uitus coacta
sȝ uoluntaria et hec sunt delectabilia // Introite. h' cōt'
iducit' pp⁹ hebraycus sp̄alit' q offerebat hostias pa
cificas ad hostium atrij sacerdotū. ita q uidebat ob
latorum sui sacrificij. et q̄ntū ad hoc dr̄. introite i cō
spectu ei⁹ in exultatiōne. i. ad locū unde cōspici po
terat diui⁹ cultus in altari holocaustorum. q nō pmit
tebat' gētib⁹ i exultatiōne. i. i mētis deuotiōne cu
ius rō subditur. scitote qm ipse ē dñs de⁹. i. creator oīu
q describit' in hoīe cum dr̄. ipse fecit nos 2c. dando a
nimā intellectiuā que nō educit' de potēcia ma
terie. unde dicit phs iiᵒ de aīalib⁹ q intellectus est
ab extrinseco / et sic p creatiōē que soli deo cōpetit q ē

uirtut'

uirtutis infinite que ad creationem requiritur et quia uirtus eius et nichil nulla est proportio. et ex hoc sequitur quod sit creator omnium quia uirtus infinita multiplicari non potest sed est una tantum. ¶ Populus eius. hic inducit ministrorum cetus specialiter quia in oblatione hostie pacifice sacerdotes et leuite intrabant ad altare illi ad offerendum isti ad cantandum. et quantum ad hoc dicit. populus eius et oues pascue eius introite quamuis licet non omnes hebrei essent populus dei. tamen sacerdotes et leuite speciali modo dicebantur eius populus quia ad obsequium deputati erant. et oues pascue eius. quia de oblationibus et decimis deo oblatis erant nutriti et sustentati eo quod deseruiebant diuino cultui. ideo subditur. introite portas eius. ad altare diuini cultus. in confessione. scilicet laudis diuine offerendo sacrificia et cantando cantica et ad hoc pertinet quod subditur. atria eius. quia altare holocaustorum erat in atrio sacerdotum quod dicebatur atrium interius. et sic per alia atria ubi layci erant transibant prius. in hymnis. id est laudibus ad hoc factis a sanctis prophetis. confitemini illi. confessione laudis. laudate nomen eius quoniam suauis est dominus. id est cito placatus hostiis et laudibus deuotis. in eternum misericordia eius. quia semper paratus est indulgere penitentibus et usque in generationem et generationem ueritas eius. implendo promissa. ¶ Moraliter potest exponi psalmus iste ut sit inuitatio ad dei laudem populi communis et ministrorum ecclesie in oblatione eucharistie que cum diuinis laudibus debet offerri patri. quia hec est hostia uera pacifica per cuius oblationem summus sacerdos ihesus christus pacificauit omnia que in excelsis et in terris sunt. collocentur primo.

C

Misericordiam

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo et translatione ieronimi et communi. psalmus dauid. ¶ Ex quo titulo apparet actor huius psalmi scilicet dauid. qui uidetur fecisse hunc psalmum quando cognouit se stabilitum in regno israel a deo sicut habetur .2. regum .5. et cognouit dauid quoniam confirmasset eum dominus regem israel super. Et ideo tunc firmiter proposuit bene uti regia potestate ad suum meritum et aliorum exemplum. licet ex propria fragilitate et diaboli instigatione ab hoc proposito aliquando ceciderit ut in facto urie et populi numeratione seu aliquibus aliis. de quibus tamen uere penituit. ¶ Et diuiditur in tres partes quia primo ostenditur qualiter dauid se habuit deuote erga deum. secundo munde ad se ipsum ibi. perambulabam. tertio iuste ad proximum ibi. non proponebam. et in istis consistit usus regie dignitatis. Circa primum dicit. misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. scilicet laudis. recognoscens misericordiam tuam qua me ad regnum promouisti. et iudicium. quo saulem et domum eius abiecisti. Aliter exponit rabbi salomon sic. misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. id est recognoscam tuam misericordiam in prosperis attribuens illa tue misericordie et non mee iusticie seu potentie. et iudicium. in aduersis. illa attribuens equitati tue iustitie propter demeritum mee culpe. psallam et intelligam quando uenies ad me. reuelando mihi secreta tua per spiritum prophetie que est gratia gratis data. et ab habente certitudinaliter cognita. non sic autem est de gratia gratum faciente. in uia immaculata. quia spiritus non tangit corda prophetarum quando sunt actu maculati macula carnalium uoluptatum. propter quod moyses quando cum deo solitus erat loqui retraxerat se ab actu matrimoniali ut dictum fuit numeri .12. ¶ Perambulabam. hic consequenter ostenditur qualiter munde se habuit ad se ipsum cum dicit. perambulabam. id est in operibus meis procedebam. in innocentia cordis mei. id est in puritate conscientie. in medio domus mee. quasi dicat. multo plus extra. quia homines et maxime principes et potentes magis sunt solliciti seruare honestatem inter extraneos quam inter domesticos. ¶ Non proponebam. hic consequenter ostenditur iustitia dauid erga proximum. et primo quantum ad malos. secundo quantum ad bonos ibi. oculi mei ad fideles. Circa primum ostendit primo dauid affectum cum dicit. non proponebam ante oculos meos rem iniustam. scilicet concupiscendo aliquid iniustum cupiditate ducto exemplo impiorum. facientes preuaricationes. id est diuine legis transgressiones. odiui. scilicet eorum malitiam. quia eius de uirtute est diligere bonum et odire malum e contrario. non adhesit mihi cor prauum. quasi dicat. et si ex passione sum motus ad horam ad aliquam malitiam. non tamen adhesit mihi per obstinationem. declinantem a me malignum. malo igne ignitum. scilicet iudicie. ire. superbie et huiusmodi que declinabant a dauid talia detestante. non cognoscebam. per approbationem quantumcumque essent mihi proximi. sicut patet de ioab nepote suo cuius malitiam non approbauit. sed magis reprobans eam eum interfici iussit. et quia dauid non solum puniebat peccata operis sed etiam oris. ideo subditur. detrahentem secreto proximo suo. id est proximo suo in eius absentia. et sic est ei celatum quia non potest audire. hunc persequebar. ad puniendum. et quia non solum puniebat peccatum operis et oris. sed etiam a pena in aliis signis. ideo subditur. superbo oculo. quia dispositio cordis maxime apparet in oculis. et insatiabili corde. qualis est auarus cuius abscondus eius. quia non potest saciari pecunia. cum hoc non edebam. id est tales non erant commensales mei nec domus mee. ¶ Oculi mei. hic consequenter ostenditur qualiter se habuit ad bonos. et secundo iteratur qualiter se habuit ad malos ibi. non habitabit. Circa primum dicit. oculi mei ad fideles terre. id est fui sollicitus inquirere ubi tales possent inueniri ut mihi sociarentur. et sederent mecum. in consiliis et iudiciis et mensis. et quia non solum habuit bonos consiliarios sed etiam bonos ministros ideo subditur. ambulans in uia immaculata. per uite sanctitatem et honestatem. hic mihi ministrabat. id est in domo mea seruiebat. non habitabit. hic reiteratur ad ostendendum qualiter se habuit ad malos eos a se repellendo cum dicit. non habitabit in medio domus mee. id est inter ministros meos. qui facit superbiam alios despiciendo uel conculcando. qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. quia tales non audebant loqui in presentia dauid nec etiam apparere. et quia aliqui sunt ita mali quod non solum sunt a principibus bonis repellendi sed etiam puniendi ut iustitia seruetur et alii terreantur. ideo subditur. In matutino. id est celeriter sine expectatione ne super ueniret impedimentum. interficiebam omnes peccatores terre. qui pro peccatis suis erant digni morte. quod patet de rachab et baana qui proditorie interfecerant ysboseth per hoc credentes placere ipsi dauid. sed ipse eos interfici statim iussit. 2. regum .4. Si autem in contrarium arguitur de ioab qui proditorie interfecit abner secundo regum .3. et tamen distulit punitionem eius usque post mortem suam. dicendum quod dauid numquam fuit ita firmatus in regno nec ita potens sicut salomon filius suus ut patet ex .2. et .3. regum. et ideo non potuit eum in uita sua punire absque periculo seditionis sicut tempore salomonis de quo fuit dauid reuelatum quod regnaret pacifice absque seditione. et ideo punitionem eius rationabiliter distulit apud eum ut dictum fuit .3. regum. ad quid autem dauid interficiebat peccatores subditur. ut disperderem de ciuitate domini. id est de ierusalem quam dominus ad cultum suum elegit ut habetur .2. paralipomenon .6. et per ipsam intelligit totum regnum dauid in quo ierusalem metropolis erat. omnes operantes iniquitatem. quantum poterat fieri per industriam humanam. ¶ Moralitas autem huius psalmi est quod quilibet princeps se habeat secundum formam hic a dauid traditam. deuote se habens erga deum munde et honeste ad se ipsum. et iuste ad proximum subiectum.

C

Domine exaudi

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo et in translatione ieronimi. oratio pauperis

cum anxiaretur et coram domino effunderet eloquium. ex quo
titulo non apparet aliquis actor determinatus. tamen secundum augustinum da
uid fecit hunc psalmum. secundum hebreos uero actor in parti
est incognitus. tenetur tamen absque dubio quod aliquis ha
bens spiritum sanctum fecit ipsum quicumque fuerit ille. de materia
uero huius psalmi dicunt expositores aliqui quod loquitur ad litteram
de anxietate in qua fuit populus syon. id est illi qui remanserunt
ibi de uoluntate dauid ipso fugiente inde propter absa
lon. 2. Re. 15. capitulo. et isti fuerunt sadoch et abiathar et
alii sacerdotes de mandato dauid archam reportantes
et chusi arachites amicus dauid et decem concubine ad
custodiam domus derelicte ut habetur ibidem. et isti afflicti
propter fugam dauid domini sui uacabant orationi pro eius re
ditu. et sic intitulatur iste psalmus. oratio pauperis. scilicet propter
in syon remanentes modo dicto. Sed hec expositio non
habet apparentiam. quia in hoc psalmo fit mentio de hedificatione
syon que in reditu dauid non fuit hedificata quia
absalon non legitur ibi destruxisse. Item multa que
dicuntur in hoc psalmo non possunt ad hoc applicari nisi ualde
extorte. propter quod alii dicunt magis apparenter quod psalmus
iste loquitur ad litteram de anxietate populi israel in captiuitate
babilonica detenti quia deuotiores illius populi erant ual
de anxiati de destructione ciuitatis et templi. ubi
uigebat cultus dei. propter quod uacabant orationi propter
populi liberationem et ciuitatis et templi hedificationem. et
posset ad hoc satis bene applicari. Sed hec expositio
et consiles uidentur infringi per dictum apostoli hebre. primo
ubi apostolus allegat litteram huius psalmi que habetur infra. Initio
tu domine terram fundasti etc. usque ibi et anni tui non
deficient. deinde de christo ad litteram probans per ea equalitatem
filii ad patrem in potestate et duratione ut dictum fuit ibidem. et
satis apparet a populi israel in hac captiuitate positi orantis
et desiderantis ab ea liberari per regem messiam uentu
rum et rehedificationem templi et ciuitatis. et sic secundum eum
loquitur de tempore christi. sed quod dicunt ipsum uenturum et tem
plum materiale rehedificaturum falsum est ut dictum est supra
psalmus 86. accipitur de dictis eorum quod uerum est uidetur in
saluo meliori iudicio. quod psalmus iste ad litteram loquitur de an
xietate populi israel cum desiderio deprecantis pro aduentu
christi quod maxime contigit tempore anthiochi illustris qui
supra modum afflixit populum ut habetur primo et 2. ma
cha. et quanto plus affligebatur. tanto magis deprecabatur
pro aduentu saluatoris. Et secundum hoc psalmus iste in duas
partes diuiditur. quia primo ponitur afflicti populi depre
catio. secundo ipsius per christum subleuatio ibi. tu autem domine.
prima in duas quia primo ponitur populi petitio. et secundo
ad hoc allegatur ratio ibi. quia defecerunt. Circa primum
dicit psalmista in persona populi anxiati. domine exaudi orationem
meam. procedentem ex corde. quia oratio est ascensio mentis in
deum secundum damascenum. et clamor meus. procedens ex
ore. ad te ueniat. id est acceptus sit coram te. ne auertas
faciem tuam a me. repellendo orationem meam sicut homo
auertit faciem ab eo quem non uult exaudire. In qua
cumque die tribulor inclina ad me aurem tuam. loquitur
de deo ad modum hominis qui inclinat aurem suam ad au
diendum petitorem quem uult exaudire. et quia non solum
petit exauditionem sed etiam exaudiendi uelocitatem propter
magnitudinem tribulationis presentis. ideo subditur. uelociter
exaudi me. ¶ Quia defecerunt. hic consequenter pro dicta e
xauditione allegatur ratio. et primo ex facto. secundo ex
uerbo ibi. tota die exprobrabant mihi. factum quod pri
mo allegatur est pondus tribulationis populi iudaici tem
pore antiochi qui nitebatur totaliter destruere legem
dei. ut patet primo macha. 2. et hoc est quod dicit. quia
defecerunt sicut fumus dies mei. id est fuit propinqui defec
tui nisi tu domine adiuuisses. et sicut cremium aruerunt.
Cremium dicitur a cremo. as. et est illud quod in patella
remanet. Antiochus uero nolentes dimittere ritum
iudaicum frigebat frigi in sartaginibus et cremari

ut habetur 2. macha. 7. percussus sum ut fenum. quia sicut
ad ardorem solis desiccatur. sic populus israel ex ardore
tribulationis antiochi pro magna parte deficiebant
aliqui per mortem et aliqui per transitum ad ritum gen
tilium. ut habetur primo macha primo. quia oblitus sum come
dere panem meum. quia multi de populo fugierunt ad
loca deserta ubi non habebant panem ad comedendum. sicut quod
dicitur 2. macha. 5. iudas autem machabeus secessit in deser
tum locum ibique inter feras uitam in montibus cum suis age
bat. et feni cibo uescentes demorabantur. a uoce gemi
tus mei adhesit os meum carni mee. hic accipitur
caro pro cute secundum quod dicit ieronimus et hebrei. quia tam ex fa
me quam ex animi anxietate caro tabescebat. et sic cutis ossi
bus adherebat. similis factus sum pellicano soli
tudinis. quia sicut dictum est populus fugerat ad deserta.
factus sum sicut nicticorax. que non apparet de die sed
clamat. sic multi de populo absconditi in locis occultis
non audebant de die apparere nec etiam aliquem strepitum
mittere ne deprehenderentur. uigilaui non po
tens dormire pre anxietate animi. et factus sum sicut passer
solitarius. fugitiui enim non uadunt uniti sed dispersi
et quilibet abscondit se ubi potest. ¶ Tota die. hic consequenter
allegatur ratio exauditionis ex uerbis iniuriosis et impe
riosis que satellites antiochi proferebant contra
deum et populum. et hoc est quod dicit. tota die expro
brabant mihi inimici mei. et plus affligebat populum
ex blasfemiis contra deum quam contra se ipsum. et qui lauda
bant me. scilicet derisorie. Sicut habet consuetudo aliquando dicere.
Ecce homo magne constantie et tale propositum pro
positum et irrogatum magis solet pungere. aduersum
me iurabant. id est iurantes execrabantur. Si malum
ponebant me tamquam exemplum dicentes si non fecero hoc ita
male accidat mihi sicut populo iudeorum. et quod sensus sit
iste ostendit translatio ieronimi que sic habet. exultantes me
per me iurabant. exultantes me. id est deridentes me
modo predicto. per me iurabant. execrationis
iuramento ponentes miseriam meam pro exemplo que
magis exprimitur cum subditur. quia cinerem tamquam pa
nem manducabam. modicum habens de pasta eam decoquens
minus in cineribus et sic cineres erant admixti in pa
ne. et potum meum cum fletu miscebam. id est lacrime flue
bant de oculis meis pre dolore in quod cadebant in ciffo
uel in uase in quo debebam bibere. et quia ista miseria
contigit populo ex dei permissione propter peccatum populi. ideo
subditur. a facie ire indignationis tue. id est uindicte tue
secundum quod dicitur primo macha. et facta est ira magna super
populum ualde. quia eleuans allisisti me. id est grauius. sic
grauius alliditur qui de alto cadit. potest etiam dici quod
iudei fuerant eleuati tempore hester et mardochei. ut
habetur in libro hester. et hoc tempore monarchie persarum cum
successit regnum grecorum de quo exiuit radix pecca
ti illustris anthiochus primo macha. et iste grauius
afflixit iudeos quam aliquis precedentium regum. Dies
mei sicut umbra declinauerunt. id est quasi ad nichilum
redacti sunt sicut sicut umbra. et ego sicut fenum
arui. id est pre feruore tribulationis quasi defeci. ¶ Tu autem.
hic consequenter describitur consolatio per aduentum christi que
hic per psalmistam predicitur et sic per christum postea fuit
impleta. et diuiditur residuum huius psalmi in tres partes.
quia primo describitur ecclesie promotio per aduentum christi. secundo fu
tura tribulatio antichristi ibi. respondit ei. tertio uite
presentis cessatio in fine mundi ibi. Initio tu domine. prima
in duas quia primo describitur ecclesie promotio per christum immediate.
secundo mediantibus apostolis. ibi. quoniam placuerunt. Circa
primum sciendum quod christus tunc diuinitus permanet in eter
num et hanc ueritatem confessi fuerunt hebrei. Jo. 12.
dicentes nos audiuimus ex lege quia christus manet in eter
num. et sic per suam eternam potentiam mutat tempora et e
tates transfert atque constituit. daniel. 2. et sic aliquando

de tribulationibus releuat ad prosperitatem et eorum desideria
finaliter adimplet iuxta voluntatem et hoc est quod dicitur. *tu autem domine*
in eternum permanes id est stabiliter. quia stabilis ma
nens dat cuncta moueri. ut dicitur. de consolatione ideo
subditur. *et memoriale tuum in generatione et generationem.*
quia uno intuitu uidet successionem omnium generatio
num. et subditur consolatio iudeorum christum expectantium.
tu exurgens domine. videtur enim hominibus iacere quan
do non prebet eis auxilium. et per oppositum surgere quando
prebet. *misereberis syon* id est populi colentis deum in syon
de quorum numero erat sanctus symeon. propter quod responsum
sum acceperat a spiritu sancto non uisurum se mortem nisi ui
deret christum domini. quem omnes alii iusti expectabant
quod fuit adimpletum quando ibi in templo fuit oblatus quod
erat in monte syon. et quando ibi predicauit et mira
cula fecit. et quando in cenaculo super apostolos spiritum sanctum
misit secundum quod dicit ieronimus in epistola ad paulinum de
omnibus sacre scripture libris. et tunc fuit adimpleta
prophetia zacharie. ix. Exulta satis filia syon. iubila
filia ierusalem. ecce rex tuus uenit tibi iustus et saluator
et ipse pauper. secundum quod allegat mathei. xxi. et per hoc quod dicit
hic pauper manifeste patet quod consolatio populi in aduentu
christi non erat intelligenda per exhibitionem bonorum
temporalium sed spiritualium que inchoata sunt. quanto que
sunt communibus omnibus. prefertur. *quia uenit tempus miseren*
di eius. secundum quod fuerat diuinitus per prophetas et maxime
danielis. ix. ubi aduentus christi suis certis ebdomadibus
annorum diffinitur. *quia uenit tempus*. hoc replicatur ad ma
iorem assertionem. *Quoniam placuerunt*. hic ostenditur potissima
causa promotionis ecclesie que facta est per christum mediantibus apo
stolis qui predicauerunt fidem primo in ierusalem et inde ut
habetur in actibus apostolorum ideo subditur. *quoniam placuerunt ser*
uis tuis id est apostolis. *lapides eius* id est fideles de iude
is conuersi qui fuerunt primi lapides in hedifica
tione ecclesie positi. sicut predictum fuerat zacharie. ix. post
illa predicta super premissa de aduentu christi. et salua
bit eos dominus deus eorum in die illa ut gregem populi sui
quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. *et terre ei*
miserebuntur id est iudee in qua primo apostoli predicauerunt
et ubi multa miracula fecerunt. actuum. i. multa quoque pro
digia et signa per apostolos in ierusalem fiebant. et ibi
subditur. omnes etiam qui credebant erant pariter et
habebant omnia communia. possessiones quidem et substantias uen
debant et diuidebant omnia omnibus prout cuique
opus erat. Et ideo lapides isti super terram eleuati per
contemptum temporalium apostolis multo placuerunt. *et time*
bunt gentes nomen tuum domine. quia fideles christi per apostolos
aliosque christi discipulos diffusa est ad gentes per alias
orbis partes. *Et omnes reges terre gloriam tuam*. quia non
solum uulgares receperunt fidem christi sed etiam principes in
[illegible] ut patet impletum in pluribus regnis terrarum et
in omnibus implebitur ante finem mundi. *quia hedificabit*
dominus syon id est ecclesiam que nomine syon uocatur quia ibi in
cepit per christi oblationem predicationem miraculorum opera
et spiritus sancti missionem ut supra dictum est. *et uidebitur*
in gloria sua. ibi enim manifestauit gloriam sue resurrecti
onis apostolis et etiam ascensionis. quia de monte oli
ueti ascendit qui est iuxta ierusalem. actuum primo. *res*
pexit in orationem humilium. et cetera adimplendo petitionem
eorum qui humiliter et deuote petebant eius aduentum.
Scribantur. hic ostenditur concluditur gratiarum actio
quia tantum beneficium non est dandum obliuioni. Et ideo
scribantur hec. quia scriptura debuit memorie.
in generatione altera id est ut gratiarum scriptores haberent
de hoc notitiam et sic factum est per euangelistas et
alios ut fideles christi assentiant ad laudes christi et predicauerunt
dicitur. *et populus qui creabitur laudabit dominum* id est popu
lus qui creatur per baptismum per quem ab [illegible]

do nisi mee gratie quam creatur in anima. *quia prospexit de ex*
celso sancto suo et cetera. tunc enim propter terram prospexit omnibus
sue nature quando uisitauit nos oriens ex alto in sua incarnatione.
ut audiret gemitus compeditorum id est patrum qui in dyabolo te
nebantur compediti consuetudine peccandi. *et solueret filios*
interemptorum a uinculis ignorantie et infidelitatis. *ut*
annuntient in syon nomen domini et cetera id est in ecclesia que nomine sy
on et ierusalem designatur. secundum quod dicit apostolus hebreorum. xii.
accessistis ad syon montem et ciuitatem dei uiuentis ierusalem
celestem et cetera. in qua fideles annuntiant nomen domini eius
fidem libere confitendo et predicando et laudes ei debi
tas exhibendo. *In conueniendo populos*. per diuersas par
tes orbis dispersos. *in unum* id est in unitate fidei per ca
ritatem formate. Et quia non solum uulgares uenerunt ad
unitatem fidei sed etiam principes. ideo subditur. *et reges ut*
seruiant domino. *Respondit*. hic ostenditur describitur tri
bulatio fidelium tempore antichristi que erit acerbissima tamen
breuis in tempore. secundum quod dicitur mathei. xxiiii. erit enim tribulatio magna
qualis numquam fuit ab initio mundi usque modo neque fiet
et nisi abreuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis
caro. sed propter electos breuiabuntur. et hec breuitas pe
titur in persona ecclesie tunc tribulande cum dicitur. *Respondit ei*
id est ecclesia christi. et loquitur de futuro per modum preteriti propter
certitudinem prophetie. *In uia uirtutis sue* id est penitentie quam tunc
que tunc erit maxime necessaria. *paucitatem dierum meorum* id est
dierum afflictionis mee. *nuncia mihi*. ut ex breuitate ua
leam aliquantulum confortari. littera hebraica et ieronimi
planior est que sic habet. *afflixit in uia* scilicet uite huius
fortitudinem meam. quia tunc fortes in fide super modum af
fligentur. *abbreuiauit dies meos* id est afflictionis mee
propter electos ut predictum est. et quia tunc tanta erit tribu
latio quod uidebitur aliquibus de ecclesia quod fides catholica
debeat totaliter deficere. ideo subditur in persona ecclesie. *ne re*
uoces me. totaliter auferendo de presenti uita. *In dimi*
dio dierum meorum id est ante mundi terminum quod est tempus in
stitutum duratione ecclesie militantis. secundum quod dicit saluator
mathei ultimo. Ecce uobiscum sum omnibus diebus usque ad
consummationem seculi. *In generatione et generationem anni*
tui. quasi dicat. tu domine cuius duratio est eterna potes fa
ciliter hoc facere pro uoluntate tua. *Initio tu domine*.
hic ostenditur describitur uite presentis cessatio que erit in
generali resurrectione. motus enim celi ordinatur ad completionem
numeri electorum. et ideo ipso habito cessabit et hoc est quod dicitur
apocalypsis. x. iurauit per uiuentem in secula seculorum quod am
plius tempus non erit. et quia talia pendent ex pura
et uoluntate dei que una est in patre et filio et spiritu sancto
ideo dicitur. *Initio tu domine terram fundasti* id est tu domine ihesu
christe terram fundasti. *initio* id est in principio temporis. et dicit
fundasti. quia terra est centrum mundi. *et opera manu*
um tuarum sunt celi. et per ista duo intelliguntur omnes
alie creature. *ipsi peribunt tu autem permanes*. quia
eius eternitas consequitur omnimodam stabilitatem et
immutabilitatem. ita tempus motum et mutationem. deus autem
deus est omnino immutabilis. Celi autem superiores sunt
mobiles quantum ad situm. Inferiores autem ut aer quantum
ad alterationem modo. In mutatione autem est aliqua depe
ditio quia cessat aliquid esse quod prius erat. Sic in fine mun
di celi peribunt. non quantum ad substantiam sed quantum ad aliquam
dispositionem quia corpora celestia cessabunt a motu locali et e
lementa a mutatione et alteratione substantiis eorum rema
nentibus. ideo subditur. *Et omnes sicut uestimentum ueterascent*
a statu in quo sunt. *et sicut opertorium mutabis*
eos. quia adueniente estate uestis hyemalis mutatur
quia amplius non est necessaria. remanente tamen eius substantia. sic corpora
celestia et elementa mutabuntur a statu in quo sunt quando non
erit amplius necessarius completo numero electorum. *tu autem idem*
ipse es scilicet omnino immutabilis. *et anni tui non deficient*. non
est per hoc intelligendum quod in eternitate que est mensura
durationis diuine sit aliqua successio. sed quia eam ap[er]te

dere non possumus nec per omnes exprimere in proportione ad tempus. filii filiorum tuorum .i. apostolorum quos genuerunt per verbum euangelii secundum quod dicit apostolus corinthiis. In christo ihesu per euangelium ego vos genui. et isti sunt vere christiani. habitabunt .s. eternaliter etiam post tempus huius vite. et semen eorum in seculum dirigetur. quia semper actu et continue in deum feruntur. ¶ Moraliter potest exponi psalmus iste in quolibet vere penitente qui de peccatis commissis affligitur per penitentiam et deum deprecatur ut ad se revocet per gratiam. et ipsum in adversis stabiliat per penitentiam ut sic in termino vite presentis perveniat ad gloriam.

deritis· q^uasi· d^icat· non oportet uos nimis cito surgere ad opus q^ui^a si uobis
adsit diuinum adiutorium plus faciet q^uam^ sollicitudo uestra nimia
Et ideo surgite postquam sederitis· i· postquam conuenienter quieueritis qui man
ducatis panem doloris· i· uos operarij qui habetis uictum ex labo
re corporali acquisitum q^ui^ labor e^st^ cum doloris in corpore laborantis· Cum
dederit dilectis· hic consequenter agitur de hedificio spirituali p^er^ doctri
nam sacram fidei et morum / Circa quod sciendum q^uod^ e^st^ uera littera he
braica ut dicunt hebrei saltem moderni· sic dabit excita
ti se a sopno· et e^st^ finis illius precedentis in hebreo et translatione
ieronimi / et continuatur sine precedenti qua dixerat operarios habere
uictum p^er^ laborem corporalem magnum· subditur· d^icens^· sic dabit^ur^
conuenientem sine tali labore excitati p^ro^pter amorem studij
legis diuine sicut doctor studiosus / et subditur· Ecce here
ditas domini· quam magis applicatur deus q^uam^ domum materialem· filij· i·
discipuli edocti a doctore p^re^dicto· Circa quod sciendum q^uod^ li filij
prout scribitur in hebreo non potest esse genitiuus singularis nu
meri s^ed^ e^st^ nominatiuus pluralis· et quid sit illud bonum quod
acquiritur dictis discipulis ostendit cum dicit· merces fructus uen
tris· i· bonum quod recipiunt discipuli e^st^ fructus legis que e^st^
sapientia / et dicitur fructus eo q^uod^ latet in eo q^uod^ hic uocatur uent^er^
/ eo modo loquendi quo dicitur prouerbiorum· xx· appone cor tuum ad doctri
nam meam / q^ue^ pulcra erit tibi cum seruaueris eam in uentre tuo·
Sic exponit ra· sa· Ad hunc aut^em^ intellectum potest aliquo
modo reduci translatio communis que sic habet· Cum dederit dilectis
suis· i· studiosis doctoribus in doctrina fidei et morum qui
sunt a deo dilecti· sopnum· i· requiem p^er^ mortem que dicitur sop
nus in scriptura· Jo· xi· lazarus amicus noster dormit s^ed^ ua
do a sopno excitare eum· Ecce hereditas domini filij
· i· fideles docti ab ipsis fide et moribus qui dicuntur eorum
filij in scriptura sicut hereditas domini magis dilecta quam do
mus materialis· et quid sit bonum quod reportant finaliter oste
ditur cum dicit· merces fructus uentris· i· r^ati^o q^ue^ e^st^ fructus uentris
uirginalis est merces eorum q^ui^a e^st^ beatitudo obiectiue in aspectu
sue diuinitatis reficiuntur beati interius, et in aspectu sue hu
manitatis exterius· s^ecundu^m q^uod^ dicit augustinus sup^er^ Jo· Sicut sa
gitte in manu potentis· q^ui^ sunt parate ad aduersarios de
struendos· ita filij excussorum· i· de nouo expeditorum ad
pugnam, tanquam excussi ab impedimentis· In hebreo habetur
sic filij iuuentutis· et est eadem sententia q^ui^a iuuenes sunt
expediti ad pugnandum et isti sunt illi filij de quibus prece
dit dicti sunt edocti in fide et moribus a sanctis doctoribus et
sic sunt parati debellare aduersarios interiores s^ecundu^m q^uod^ dicitur ad ti
tum p^ri^mo amplectentem eum q^ui^ s^ecundu^m doctrinam e^st^ fidelis ser
mo ut potens sit exortari in doctrina sua et eos qui contra
dicunt arguere· Beatus uir qui impleuit desiderium ex ipsis
In hebreo et translatione ieronimi habetur· pharetram suam
p^er^ quam intelligitur scolla doctoris uel etiam boni pastoris
ubi congregantur tales filij sic edocti et ad eundem sensum
reducitur littera communis cum dicit· desiderium ex ipsis suum· quia
bonus doctor desiderat habere tales filios· Et similiter bonus
pastor· et quia bonitas eorum redundat ad meritum doctoris
uel pastoris ideo subditur· beatus uir· s^cilicet^ ex congregatione eorum· non
confundetur· talis doctor uel pastor· uel hoc refertur ad quem
libet· cum loquetur inimicis suis· aduersarijs uicinis eos
potenter arguendo· In porta· hoc e^st^ in loco patenti· uel
in porta· i· iudicio· q^ui^a iudices antiquitus in portis sedebant
/ et ibi coram eis aliquando facte sunt disputationes fidelium·

Beati omnes. CXXVII

[T]itulus huius psalmi e^st^ canticum graduum· Cuius
sententia patet ex supradictis / de materia uero huius psalmi uidetur
m^ichi^ q^uod^ sit quedam inuitatio ad timorem dei p^re^mittendo dei time
tibus prosperitatem temporalem / s^ecundu^m modum ueteris testamenti
in quo p^ro^ talibus bona temporalia p^re^mittebantur, s^ecundu^m q^uod^ dicitur

vsa. primo. Si uolueritis et audieritis bona terre comedetis. et secundum hoc dicitur. beati omnes qui timent dominum. et dicitur omnes. indifferenter. quia non est personarum acceptio apud deum actiui. x. qui ambulant in uiis eius. mandatis suis obediendo. que sunt uie deueniendi ad salutem. labores manuum tuarum manducabis. i. si timueris deum habebis habundantiam bonorum temporalium ita quod non oportebit de alieno uiuere. Secundo promittit habundantiam in prole que magis est reputanda quam diuitiarum habundantia cum dicitur. uxor tua sicut uitis habundans. quia pariet tibi filios multos. in lateribus domus tue. quia habebis habundanter vnde poterunt nutriri in domo tua et non solum nutriri sed etiam ad augmentum perduci. ideo subditur. filii tui sicut nouelle oliuarum. graciose crescentes. in circuitu mense tue. parati ad ministrandum tibi honorifice. tercio promittit celebritas fame cum dicitur. Ecce sic benedicetur. i. commendabitur et ei bona imprecabuntur quilibet dicet de eo. benedicat tibi dominus ex syon. i. ex templo quod erat in monte syon ubi fiebant oblationes pro salute timentium deum et dabantur diuina responsa. ut uideas bona iherusalem omnibus diebus uite tue. magna enim erat consolatio populi de uoto quando ciuitas iherusalem in qua iugebat cultus diuinus erat in bono statu. et uideas filios filiorum tuorum. i. longam uitam habeas. pacem super israel. resumatur uideas. scilicet pacem super totum populum. magna enim erit consolatio timentibus deum uidere populum in pacifico statu.

CXXVIII

Sepe expugnauerunt

Titulus huius psalmi est. Canticum graduum. et patet sententia ex superdictis. de materia uero huius psalmi uidetur saluo meliori iudicio quod sit gratiarum actio pro liberatione populi israel a persecutoribus suis que frequenter legitur facta a deo. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur dicta liberatio. secundo persequentium punitio ibi. dominus iustus. Circa primum dicitur. dicat nunc israel. gratanter recognoscendo liberationem suam a periculis. sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Iuuentus autem israel dicitur quando fuit in egypto. vnde dixit dominus Ieremie ii capitulo. Recordatus sum adolescentiam tuam quando secutus es me in deserto. et loquitur de congregatione populi israel. tunc enim liberauit eos dominus ab egyptiis eos persequentibus in mari eos submergendo. exodi xiiii. et postea ab amalechitis eos inuadentibus exodi xvii. Et ideo replicatur. Sepe expugnauerunt me etc. et non potuerunt mihi. scilicet preualere quia egyptii fuerunt submersi et amalechite debellati. supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. i. egyptii filiis israel grauia onera imponentes. ut habetur in exodo. prolongauerunt iniquitatem suam. Et sic non solum fuerunt filiis israel crudeles. sed cum hoc deo rebelles. Dominus iustus. hic consequenter ponit dictorum persecutorum punitionem cum dicitur. deus iustus concidet ceruices peccatorum. eos malis grauibus suis humiliando. Confundantur et conuertantur retrorsum. tamquam debellati. a deo. omnes qui oderunt syon. que tunc erat locus diuini cultus. et per hoc intelliguntur filii israel qui locum illum illum cum deuotionis frequentabant. fiant sicut fenum tectorum. quod prius humorem desiccatur et deficit. et in hoc petit psalmista quod prosperitas persequentium populum israel cito transeat et deficiat. de quo. i. de feno tectorum. non implebit manum suam qui metet etc. quia reputat ipsum inutile et in hoc designat psalmista quod prosperitas temporalis malorum non est utilis. sed magis nociua. Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini etc. modus enim transeuntium iuxta terre nascentia bona fructuum faciencia, est imprecari benedictionem domini super ipsa, et per hoc petit psalmista quod persecutoribus populi israel non imprecetur prosperitas. sed magis aduersa secundum ordinem iusticie. i. mala conuenientia.

CXXVIIII

De profundis clamaui.

Titulus. Canticum graduum. Et patet sententia prius dicta. de materia uero huius psalmi dicunt aliqui quod est oratio ipsius dauid pro sua liberatione a peccato adulterii cum bersabee et homicidii urie. Sed finis psalmi uidetur magis pretendere quod sit oratio pro liberatione populi israel a babilonica captiuitate facta ab aliquo uiro spiritum dei habente, qui loquens in persona populi dicit. de profundis clamaui. i. de terra babilonis que est demissa respectu iudee etc. quia in babilonia aliqui de iudeis erant positi in carceribus subterraneis. clamaui ad te domine. orando corde et ore. fiant aures tue intendentes. loquitur de deo ad modum hominis cuius aures sunt attendentes ad petitorem quem uult exaudire. Si iniquitates obseruaueris domine. uolendo eas usque ad ultimum punire. domine quis sustinebit. quasi dicat. nullus quia peccata propter que populus captiuatus fuit, fuerunt multa et grauia ualde, ut patet ezechiel. et iiii. Re. et ii. paralipo. quia apud te propiciatio est et propter legem tuam sustinui te. In hebreo habetur. quia tecum est propiciatio. i. quia tu solus potes peccata remittere. propter hoc timebis. i. es timendus. Si enim alius posset peccata remittere non sic esses timendus, quia ad illum posset esse recursus et ad hoc uidetur tendere translatio ieronimi que sic habet. quia tecum est propiciatio cum sis terribilis. Secundum uero translationem communem. sed intelligitur causa quare deus non puniat peccata ad plenum ex allatione sue misericordie cum dicitur. quia apud te propiciatio. quasi dicat. quia proprium tibi est misereri et parcere, non decet te iniquitates predicto modo obseruare. et propter legem tuam. que promittit penitentibus ueniam. sustinui te domine. expectando beneficium tue misericordie. Sustinuit anima mea in uerbo eius. quia promittit ueniam penitentibus et sic est repeticio eiusdem sine sub aliis uerbis, ad exprimendum maiorem expectationis affectum sicut solet fieri in deuotis orationibus. Sperauit anima mea in domino etc. hic est minimum usus qui talis est in hebreo et translatione ieronimi. anima mea ad dominum a uigilia matutina usque ad uigiliam matutinam. Et sic exponitur anima mea ad deum est intenta per deuotionem. scilicet expectando suam ueniam. a uigilia matutina usque ad uigiliam matutinam. i. a principio diei naturalis usque ad finem includendo diem et noctem et per hoc insinuat psalmista quod anima iusti debet esse semper intenta ad deum non solum in tempore prosperitatis signato per diem. sed etiam aduersitatis signato per noctem et sic cum in translatione ieronimi communi dicitur. a custodia matutina usque ad noctem. hic usque ad noctem intelligitur inclusiue. Speret israel in domino. [illegible] et consequenter expectando. Cuius rationem assignat dicens. quia apud dominum misericordia. que superexaltat iudicium ut dicitur iacobi ii. et copiosa apud eum redemptio. quasi dicat. potens est multis modis redimere populum israel non solum de captiuitate corporali. sed etiam de spirituali ideo subditur. Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius. quia semper iustificat de uere penitentibus. Et sic ex fine huius psalmi apparet quod est oratio pro toto populo israel sicut dictum est in principio.

CXXX

Domine non est exaltatum.

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo Canticum graduum ipsi dauid. Ex quo patet quod dauid fecit hunc psalmum. Circa quod sciendum quod sicut in corpore naturali bona et mala dispositio cordis redundat in membris. sic ... principis redundat in subditis. vnde et populus israel fuit percussus propter peccatum dauid in numeratione populi ut habetur ii. Re. xxiiii. Sed dauid hoc considerans in hoc psalmo proponit coram deo ... uite sue non ad iactantiam. sed in se recognoscens diuinam gratiam ad populi sibi subditi saluationem. Sicut iiii. Re. xx. ezechias dixit obsecro domine memento quomodo ambulaui in ueritate coram te ad impetrandum prolongationem uite sue. Et quia humilitas est fundamentum aliarum uirtutum. ideo in hoc psalmo facit magis mentionem de sua humilitate per hoc insinuans alia bona superedificata a deo. dicit igitur. domine non est exaltatum cor meum. motu superbie interiori. nec elati sunt oculi mei. in signo exteriori. dispositio enim cordis

magis appet in occulis q in ptib9 aliis. Nō ambulaui in magnis. ostendendo supbiā in facto nec in mirabilib9 sup me. i. in transcēdētib9 ut p hoc essem ī admiratonē hōiū q maxie qrūt supbi. Si nō humiliter sentiebā de me ipō. Sz exaltaui aīaz meaz. i. me ipm apte denoiando tota die in supbiaz eleuādo. Sicut. supple de me punitō. ī modū qui sequitur. sicut ablactatus sum super mrēz suaz. a quo mat subtrahit mamillā. Sic a deo subtrahit m oīs cōsolatōnis dulcedo. sz quia nolebat ppl'm punir ppter ipm subdit. ita retributō in aīa mea. fiat punitō in ppl'm. Sic eīz loqbatur. 2. R. 24. ego sū qui peccaui ego qui iniq egi. isti qui oues sūt quid fecerūt. uertatur obsecro ira tua sup me. Ideo subdit. Speret isrl' in dnō. cōseq bona ab ipō ita q occasione mei non puniant in aliq ex hoc nūc et usqz in seculū. i. p soluz tēp futuz. Moralitas aūt hui9 psalmi est ut princeps mūdi zelet salutez ppli sui exēplo dauid.

Memēto dnē dd. C XXXI

Titulus psalmi. Canticū graduum. Sz in hoc titulo nō ponit nom dauid. tn fuit actor hui9 psalmi ut dictū fuit sup psal. cxxx. et appet in pcessu hui9 psalmi in q dauid facit mētōnē de duob9 principaliter. vz. de deuōne quā hūit ad hedificatōz tēpli. et de pmissione facta a deo sibi qntuz ad successionē regni i filiis suis. de qb9 duob9 ht. 2. R. 7. [illegible] Primo g ponitur pmuz et sō fm ibi. Iurauit dns. Prima in duas q pmo ponitur deuotō dauid erga tēpli hedificatōz. 2o circa arche tnslatoz ibi. ecce audiuim9. Circa pmū dicit. memēto dnē dauid. conferēdo ei bona grē et glie. et oīs mansuetudis ei9. quia manifeste patuit in hoc q sauli. pmū ad mortez psequēti bis a morte pepcit cū possetz eū occidere. et q plo ē de nabal uiroz saulez occidē uolētiuz liberauit ipm ut ht. pmo R. 24. et. 26. et quia nō solū fuit mansuet sz eciā ual de deuotus subdit. Sicut iurauit dnō uotū uouit deo iacob. licet. n. sit deus oīz. tn ē d's iacob spēaliter q uouit ei exhibē spāle cultuz. gen. 28. d. erit mi dns in deuz et lapis iste quē erexi. vocabit dom9 dei. 1c. Et quale fuit uotū dauid subdit. Si introiero. i. nō intrabo tabernaclm dom9 mee ibi habitādo ī mentis quiete. Si ascēdero. i. nō ascendā ī lectuz strati mei ibi dormiēdo deliciose. Si dedero. i. nō dabo. sopnū occlis meis. pfectū et quietū. donec inueniā locū dnō. i. aptū p tēpli hedificatōe. io subdit. tabernaclm deo iacob. i. hedificē ei tēpluz quod aliqn uocatur tabernaclm. Sic. n. pposuit dauid facē suppoita tn dei uolūtate. nec ē p hoc itelligēd q nullo mō intraret domū suā uel lectuz uel dormiret. sz quia talia nō faceret cū bona et pfecta quiete mentis. donec domū dni cōpleret. et in hoc exprimit magnū desideriuz ad dom9 dni cōplendū. Et hoc mō dr̄ fm cōmūez modū loqndi de hoie multuz desiderāti finē alicui9 negocij q nō dormiet bonuz sopnuz donec cōpleuerit tale negociuz. sz quia dns noluit q ipe hedificaret. sz expectaret tps filij sui salomois fuit liber a uoto. deus tn habuit acceptū ei9 bonū ppositū. fm q dr̄. 2. R. 8. q cogitasti in corde tuo hedificare domū nōi meo bn fecisti. s. ipz mēte ptractans. uerūtn tu nō hedificabis michi domū. sz fili9 tuu9. 1c. Ecce audiuimus. hic aūtē ondit deuotō. dd. ī arche tnslatōe. et pmo qntuz ad tnslatōz factaz tpr̄e dauid. 2o qntuz ad tnslatōz factaz tpr̄e salomōis ibi. exsurge dnē. Circa pmū sciēd q archa pmo habuit stabilez mansionez in sylo ubi posita fuit tpr̄e iosue q erat de tribu effraym. fm q dr̄ iosue. 18. cōgregati sūt oēs filij isrl' in sylo fixerūt tabernacluz testimonij et ibi fuit archa usqz ad illud tēp9 quo capta fuit a philisteis et portata in terraz eoz ut ht pmo R. 4. et ex tūc nō habuit stabilez mansionez quousqz fuit posita in tēplo p salomonez hedificato. sz in terra philistinoz fuit tnslata de ciuitate in ciuitatē. ut ht pmo R. 5. et inde remissa ī terrā isrl' ut ht pmo R. 6. et tūc fuit posita in chariathiarī. ut ht. 1. R. 7. et inde tnslata fuit ī masphath. et inde ī galgala ut ht libro de hebraicis qōib9. et postea tnslata fuit in nobe ubi erat tpr̄e saulis. fm q ht 1. R. 21. et inde tnslata ē p'ea in gabaa ī domū aminadab. et inde tnstulit eā dauid ī domū obededon. et inde in ciuitatē dauid ut ht. 2. R. 6. Sz dauid in tnslatōne arche de oībus istis locis non facit mentōez. sz tm de sylo ubi pmo fuit posita et de gabaa unde eaz accepit et de loco ubi fuit post eā posuit cum dicit. Ecce audiuim9 eaz. s. eaz fuisse positaz pmo. in effrata. i. ī sylo q ē in sorte effraym. et ideo nō accipitur hic effrata p ciuitate bethleē. Inuenim9 eā in capis silue. i. ī gabaa q ē in territorio cariathiarī que ciuitas siluarū interpretatur. gabaa [illegible] et cariathiarī sūt loca ppinqua ut dictū fuit plenius. 2. R. 6. Introibimus in tabernaclm ei9. et lo de tabernaclo [illegible] in loco [illegible] ubi steterūt pedes ei9. [illegible] quod dicebatur sedes dei sup archā [illegible] ita q [illegible] erat qsi scabellū dei sedēt sup ppiciatoriū ut dictū fuit plenius exo. 25. homines aūtē uenientes ad tabernaclm cū orōne adorabant uersa facie ad locū arche. Surge dnē. hic aūtē describitur tnslatō arche ad tēpluz hedificatū a salomone. ubi habuit stabilē mansiōez et quietē. tu et archa sanctificatiōnis tue. q sic nominatur eo q continebat [illegible] tabulas digito dei scriptas. et urnā auream [illegible] manna plenā. Sacerdotes tui [illegible] induant iusticiam. ita q nō solū exteriori ornamentis corporalib9 sz [illegible] et sancti tui. i. sacerdotes et leuite [illegible] ī. n. in una significatōe. id ē q [illegible] unde eciā uestes ad hoc deputate dn̄r [illegible] exultent. i. te laudent cum deuotōne mentis cū signo exteriori appente. fm illud psalmi. 83. Cor meū et caro mea exultauit in deuz uiuū. ppter dauid seruuz tuuz. i. ppter mēritū ei9 et deprecatōnē. nō auertas faciez xpi tui. i. salomonis de mādato tuo uncti in regē. dicūt hebrei q cuz sacerdotes tnsferrent archam ad tēpluz salomōis porte clauserūt se contra eos. et cū orarent deuz et cantarēt psalmū istuz qn uenerūt ad uersum istuz porte apuerūt se. et sic uidit oīs ppls q dauid erat deo acceptus. usqz. n. ad illud tēp9 multi de pplō tenebant eū ēē iniustū ppter adulteriuz cuz bersabee et homicidiuz urie. et ad declarandū q illa peccata erant ei dimissa fuit facta illa clausio portaz et apertio sicut dictum fuit plenius 3. R. 8. et sō paralipō. 6. Iurauit dns. hic aūtē agit de pmissione successionis regni in ple dauid. et pmo describit dicta pmissio. 2o pmissionis rō ibi. qm elegit. Circa pmū dr̄. Iurauit dns dd. i. ipi dauid. ueritatez quia ē uerus pmo. et nō frustrabitur

eius denegando promissum. et quod sit illud subdit: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. hoc enim ei promisit per Nathan prophetam .2. Re. 7. et hoc promissum primo fuit impletum in Salomone filio David qui in regno ei successit, et ulterius presentatur in Christo descendente a David secundum carnem, cuius Salomon figura fuit et in quo regnum accepit perpetuitatem. Si custodierint filii tui testamentum meum .i. decem legis precepta que deus protulit in monte Synay. Exo. 20. et testimonia mea quantum ad alia mandata que deus dedit populo per Moysen. filii eorum usque in seculum .i. absque temporis determinatione sedebunt super sedem tuam .i. regnum. et ita fuisset factum si servassent dei mandata. Sed quia reges a David descendentes multipliciter transgressi fuerunt legem divinam, ut patet ex discursu .4. Re. et 2. Paralipo. ideo illa successio in dignitate regni tempore Sedechie fuit interrupta, ut habetur 4. Re. ultimo.

Quoniam elegit. Hic consequenter ponitur dicte promissionis ratio que fuit devotio ipsius David ad divinum cultum. et ideo deus voluit quod locus sui cultus [illegible] esset prope David palatium et hoc est quod dicit: Quoniam elegit dominus Syon. ut ibi haberetur templum suum. ideo subdit: elegit eam in habitationem sibi licet enim deus sit ubique, tamen dicitur habitare specialiter ibi habitare eo quod dabantur ibi divina responsa de propitiatorio quod dicebatur sedes dei, electionem autem huius loci ostendit deus quando precepit ipsi David per Gad prophetam quod extrueret ibi altare et offerret hostias et exaudivit eum dominus in igne de celo descendente super altare ut habetur primo Paralip. 21. propter quod David [illegible] dixit: hoc est altare domus dei et hoc est holocaustum altare in Israel ut habetur ibidem [illegible] 22. Hec requies mea quia archa domini inde non fuit ad aliud templum translata. Viduam eius benedicens benedicam .i. personas habentes devotionem ad hunc locum, quamvis sint pauci in [illegible] in temporalibus et spiritualiter multiplicando. Sacerdotes eius induam salutari .i. salvatione eorum undique sunt [illegible] et sancti eius exultatione exultabunt .i. exultatione mentis et corporis non per dissolutionem sed per devotionem. Illuc producam cornu David .i. dignitatem regni prolongabo in filiis suis propter ipsum. Ideo subdit: paravi lucernam christo meo .i. memoriam regni ipsi David. unde 3. Re. 11. ubi agitur de translatione decem tribuum ad Jeroboam dicitur de Roboam nepote David filio autem eius dabo unam tribum ut remaneat lucerna David servi mei cunctis diebus. et similiter de pluribus regibus a David descendentibus quod propter peccata sua meruerant destructionem regni. [illegible] quod non fiebat ut maneret lucerna David. Inimicos eius induam confusione quod factum fuit tempore Ezechie [illegible] et plurium aliorum regum a David descendentium qui bene se habuerunt ad cultum divinum ut patet de Ezechia cuius tempore angelus domini percussit centum octoginta quinque milia in castris Senacherib et sic fuit compulso fugere cum confusione ut habetur 4. Re. 19. Super ipsum autem quantum ad personam eius et domum ipsius efflorebit sanctificatio mea .i. initio quod duravit usque ad Sedechiam. In hebreo habetur lucebit corona mea quod potest intelligi de corona regni materiali que erat de auro et gemmis fulgentibus. et in hoc terminatur psalmus.

CXXXII

Ecce quam bonum:

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Canticum graduum ipsi David. ex quo patet auctor huius psalmi. De materia vero huius psalmi dicunt expositores communiter quod loquitur de unitate populi Israel adinvicem per caritatem sub uno rege et sub cultu unius dei de quibus facta fuerat mentio in psalmo precedenti. et secundum hoc dicit David. Ecce quam bonum et quam iocundum .i. valde bonum et valde delectabile. habitare fratres .i. filios Israel qui dicuntur fratres propter unitatem cultus divini unde dicitur Deutro. 23. non feneraberis fratri tuo ad usuram .i. iudeo, sed alieno .i. gentili. In unum. per concordiam caritatis sub una lege et sub uno rege. ad hoc adducit duplex exemplum. primum est de unguento unde consecrabatur summus sacerdos quod erat valde preciosum redolens et suave cum dicit: Sicut unguentum in capite etc. scilicet summi sacerdotis. dicit enim Ra. Sa. quod unctio illa fiebat cum digito consecrantis intincto in illo unguento quem digito primo applicabat capiti et trahebat usque ad palpebras ex utraque parte et sic descendebat usque barbam ideo subditur: quod descendit in barbam. non cuiuscumque sed barbam Aaron. summi sacerdotis ab Aaron descendentis. alii enim minores sacerdotes consecrabantur per talem unctionem sicut dictum fuit plenius Exo. 29. et Levitici 8. Quod descendit in oram vestimenti eius. hebrei dicunt: quod descendit super os vestimentorum eius. et est istud de alia parte et refertur ad barbam summi sacerdotis que descendebat super oram superiore tunice iacintine super humeralis que dicitur os vestimenti. et ideo patet quod quod dicitur in translatione nostra in oram etc. non intelligitur ora inferior vestimenti sed superior. et referenda est similitudo huius usque ad precedentem ut sit sensus. Sicut unguentum tale est valde redolens et suave. sic fratres in unum habitare modo predicto est valde bonum. Sicut ros hermon. hic est positum membrum istius et ultimi huius psalmi ubi ponitur secundum exemplum ad propositum de descensu roris qui est valde suavis et bono terre nascentibus. ita similiter bonum est habitare fratres in unum et addit: Sicut ermon. quod mons est fructuosus et pascualis virtute roris ibi descendentis. qui descendit in montem Syon. non est intelligendum quod idem ros de monte Ermon descendit in montem Syon. tum quia uterque mons multum distat ab alio. tum quia mons Ermon est de ultra [illegible] quod sit mons Syon. propter hoc dicitur mons modicus super planum et de terra Iordanis et Ermon a monte modico. sed ros [illegible] equalitate suavitatis et fertilitatis descendit super utrumque montem. et hic est sensus quod sicut rores descendentes in monte Syon sunt valde boni, sic et habitatio fratrum modo supradicto est valde bona. et quia sic [illegible] tales rores in monte Syon descendere ostendit eum subditur: Quoniam illic mandavit dominus benedictionem .i. in monte Syon ubi erat templum et sacerdotes ibi benedicebant populum et vitam. In hebreo habetur de benedictione vite. quia sacerdotes benedicentes imprecabantur populo bona temporalia et spiritualia quibus continuatur et conservatur vita corporis et anime, et eandem [illegible] imponit translatio nostra que habet: et vitam usque in seculum.

CXXXIII

Ecce nunc benedicite.

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Canticum graduum. et patet ex supradictis. de materia vero huius psalmi satis patet quod est quedam invitatio sacerdotum et levitarum ad laudem dei cum dicit: Ecce nunc benedicite dominum omnes servi domini .i. vos sacerdotes et levite venite qui ad divinum obsequium estis a deo electi propter quod subditur: qui statis in domo domini. ad ipsum officiandum. In atriis domus dei nostri. quia atrium et propter atria erant habitacula eorum ut essent semper parati ad sua officia ut non solum de die, sed etiam de nocte. ideo subditur: In noctibus extollite manus vestras in sancta. de nocte orando versa facie ad sancta sanctorum ubi erat archa et propitiatorium. et benedicite dominum. benedictione confessionis divine laudis que impenditur maiori a subditis. et non benedictione consecrationis que communiter impenditur inferiori a superiore. de qua dicitur ad hebre. 7. Sine ulla contradictione quod minus est a meliore benedicitur. Consequenter psalmista postquam servos dei ad dei laudem invitavit eisdem benedictionem dei optat dicens. Benedicat te dominus ex Syon .i. ex templo quod est in monte Syon

in quo tēplo erat ppiciatoriū ubi dabant̄ diuina
responsa et inde pcedebat ppiciatō et bndictō diuina
. Et dicit. bndicat te. in sing̃l. q. i pn° ps dixat q
deberet ēē in cōcordia ciuitat̄. qui fecit celū et ter
ram. hoc dr̄ ad excludēd̄ manicheor̄ errorē q̄ di
cūt inferiora a diab° ēē creata. ¶ Ultimo circa quīde
cī psalmos graduū pdictos ponēda ē qdā breuis
expositō mistica ad dandū ocōnē ulteri° meditā
di magis deuotis. Ad cui° intellectū sciend̄ q ma
crobius sup sōpniū scipionis distinguit uirtutes
i politicas purgatorias purgati aī et exēplares.
Exēplares uo ponit in deo in qtum sūt exēplaria oi
um et pōnis uirtutum. Et ideo de istis nichil ad p
positum q hic agr̄ de uirtutib° put pficiūt statū
hoīum. Uirtutes aūt ab hoīb° hntur dupl'r. Uno
mō quasi et hūano et sic dr̄ politice. quia hō ē aial
politicū. Alio mō excellent̄. q. mō dio et tales uirtutes
a phis uocant̄ eroyce seu diuine. A. ethi°. Hūc aūt
modū habendi uirtutes distinguit macrobi° in
duos. Unū est put hō intendit̄ ad talē pfectoē
diuinā et sic dicūt̄ uirtutes purgatorie. alius mo
d° est put hō iam assecutus ē terminū dicte tēdē
cie qntum pt̄ hēri in uia pnti et scdm hoc dicitur
uirtutes purgati aīi. Hec autē distinctio uirtutū i tribus
gradib° sub aliis ubis ponit̄ a catholicis doctorib°
scdm tres grad° hoīum ul' poci° in statu hoīum p
ut gradatī tendūt ad pfectoē. Itaqz pm° grad°
est incipiētiū. scd° pficientiū. terti° puenientiū
seu pfectorum et tāgūt̄ in trib° quinariis quīdecim
psalmor̄ graduū. Sicut circa pmū quinariū i q°
tangit̄ pfectō incipiētium. cōsiderand̄ q icipiēs
aggdi statū uirtut̄ patit̄ difficilitate et turbōnem
ppter resistētiā passionū sensitiue ptis ita q ei° tēp
rantia magis est dicēda cōtinētia que cum difficul
tate tenet se cōtra passiones. Et silit̄ dicēdū
de aliis trib° uirtutib° cardinalib° q deficiūt scdm su
um modū a pfectōne uirtutis. ppter q nēce hēt
recurrere ad diuinū auxiliū iplorād̄. et scdm hoc
dr̄ in pmo psalmo. Ad dnm cum tribularer clamaui
r̄c. Scdo ex hoc ulteri° incipit qndā fiduciā ha
bendi cum diuino auxilio de passionib° triūphādi. Et
qntū ad hoc dr̄ in ps. 2°. leuaui oclos meos i mōtes
unde ueniet auxiliū m. r̄c. Tertio ex hoc ulteri°
concipit spem ueniendi ad deum debite colend̄
passionibus quietatis. io dr̄ i tcio ps. letatus sū. in
his que dicta sūt m i domū dni ibim° r̄c. Quarto
ex hoc ulteri° concipit spem recipiendi celeste p
miū ex dicto obsequio. et scdm hoc dr̄ i qrto psal°.
Ad te leuaui oclos meos qui hitas in celis. Ecce sicut
ocli suor̄ i manib° dnor̄ suor̄. s. ad recipiend̄ mercē
dē ab eis. Ita ocli nri r̄c. Quintus gradus ē de ichoa
ta pfectōne. s. q scdm pdicta hō nō glietur. s; totum
attribuat diuine grē. et sibi nichil. scdm dictū sal
uatoris luc. 17. Cum oīa feceritis que pcepta sūt
uobis dicite. Serui inutiles sumus. ¶ Circa scdm
quinariū i quo describit̄ status pficiētium. pmus
grad° est q sedatis iam passionib° p exercitium uirtutis
confidat de stabilitate in bono cum dei adiutorio.
ppter q dr̄ in pmo psalmo. qui cōfidūt i dno sicut
mons syon r̄c. Scds grad° est ut liberatus a pas
sionibus ipm pus ut captiuū detinētib° ad pticipā
dū diuinas cōsolatōnes asscēdat. ppter q in scdo
psalmo dr̄. In cōuertēdo dns captiuitatē syon fac
ti sum° sicut cōsolati. Terti° grad° est ut pfectoē
p proximi hedificatōe in qua scit nichil se posse a
gere sine assistentia spali. ppter q. dr̄ in 3° psal°.
nisi dns hedificauit domum r̄c. Quartus gradus
est ut ex hedificatōne proximor̄ susptos debitos

nō requirat. s; grat' ipēdat scdm q dicit apl's ad thessalo
2. nocte et die opantes neque uictum gratuitum nō
qsi non habuerimus ptātē. s; ut nos met ipos formam
uob' darem° ad imitand̄ uos et ppter hoc in 4° ps dr̄
bti oīs qui timēt dnm q ambulāt i uiis ei°. grat̄is
exēplo et ūbo proximum hedificado. io sbdit̄. labores
manuum tuarum quia manducabis r̄c. Quintus grad° ē ut ppter
tribulatōz insurgētē a pdictis bonis opib° nō desistat
. io dr̄ in quinto psalmo. Sepe expugnauerūt me a iuuē
tute mea r̄c. ¶ Circa tercium quinariū i q° descbit̄ status p
fector̄. Cōsiderād̄ q sicut dr̄ iacobi p°. paciā op° pfectum
hēt. Paciā uero hēt in duplici gradu. pm° ē q hō tri
bulatōnes sustineat et ppter eas a bono ope nō desistat
et hic est ultim° gradus precedētis quinarii ut dic
tū ē. scd° qui est altior et ubi incipit tercius quinari° ē qn nō
solum hō psecutōnes patienter tolleat s; etiā psecuto
rib' bonū optat p eis orādo ex° x̄ in cruce dicētis. luc. 23.
pr̄ ignosce illis quia nesciūt qd faciūt. et ppter hoc dr̄
in pmo ps. de pfundis clamaui ad te dne. i. de pfū
do tribulatōnis orādo etiā p inimicis. Ideo sbdit̄. Si ini
quitates obsuaueris dne r̄c. Et quia ex tanta pfectōne
hita de facili insurgit aliqs mot' saltē leuis ex elatōis
dyab° instigātē qui insidiat̄ hoīb° pfectis. io scds grad°
ē ut ex pfectōe hita nullus mot' elatōis surgat iteri° n̄
aliquod sigm appeat exteri°. io dr̄ ps scdo. Dne nō ē exalta
tum cor meum neqz elati sūt ocli mei. r̄c. Tercius autem
gradus ē ut hō quidqd ē cordis et corporis applicet p
tum diuinis obsequiis. io dr̄ tercio ps. memento dne. dd et
omis mansuetudinis ei°. Sicut iurauit dno uotū uouit deo
iacob r̄c. Et quia caritas ē uinculū pfectōnis scdm q dr̄
colo. 3. io qrtus grad° ē ut hō sit in caritate pfectus scdm mo
dum qui tradit̄ act. 4. multitudinis credēcium erat cor unū
et aīa una et ppter hoc dr̄ in qrto ps. ecce q bonū et
q iocūdum hitare fres in unum r̄c. Quintus uo grad°
est q hō ex pfectōne caritatis qntum possibile ē obliuiscat̄ hui°
scli et occupet̄ diuinis laudib° qi mēte hitans i ciuitate
celesti. scdm illud phi. 3. nra aūt cōuersatō i celis ē. et ppter
hoc dr̄ psalmo quinto. Ecce nūc bndicite dnm oīs ser
ui dni qui statis in domo dni. r̄c. CXXXIIII

Laudate nomen.

Huic ps pmittit̄ talis titulus in hebr°. Alleluia
laudate dnm deum. Ex quo titulo nō appet auc
tor ps. s; satis appet q ps iste est quedā inuitatō i ge
nali. scdo magis in spali scdm diuersos stat° ibi. domus isrl'.
Pma i duas quia pmo ponit̄ dicta inuitatō. scdo sbdit̄ ad
hoc multiplex rō. ibi laudate dnm. Circa pmū dicit
psalmista. laudate nomē dni. ipm laudib° extollendo
laudate serui dnm. Cui oīs tenēt̄ fuire deuote pro
bnficio creatōnis et gnalis gubernatōnis. qui statis in
domo dni in atriis r̄c. ptēr atrium sacerdotis ubi of
ferebant̄ hostie erant alia tā ubi uulgares uaca
bant orōni et in uno recipiebāt̄ gētiles q ueniebāt
in ihrl'm cā orōnis scdm q dr̄. Jo. 12. Erāt aūt gētiles
quidā ex hiis qui ascēderant ut adorarēt i die fe
sto. Laudate. hic inducit̄ multiplex rō laudis diuine
Et pmo ex sue deitatis uirtute. Scdo ex ydolor̄ vilita
te ibi. simulacra gētium. Uitas aūt diuitatis ex duob°
allatur. pmo ex sua boītate. scdo ex sua ptāte ibi. q
ego cognoui. Circa pmū dicit psalmista. laudate
dnm q bon° dns. Est. n. ifinite boītatis. ppter q est
summe laudabil'. psallite noī ei° qm suaue ē. Est eīm
nomen dni mel in ore. melos in aure. iubilus i corde.
ut dicit bts ber°. Et licet oīs teneāt̄ deū laudā
re ut pdictū ē. tn̄ pnt̄ ppls isrl' quē elegit ut idē in
hūanitate suscpta nascēretur. ppter q legē diuinā ei de
dit et hoc est quod dr̄. qm iacob elegit sibi dns
r̄c. Quia ego cognoui. hic accipit rō diuine laudis

q̄ dicat hec d; ē rō laudandi deū quia ego cognoui q̄ magnꝰ ē dn̄s magnitu[dinis] cuiꝰ nō ē finis. et deꝰ nr̄ pre oībꝰ dīs. Et accipiūt hic dij p̄ncipa[liter] cuiꝰmōi sūt an[geli] sancti quibꝰ p̄est ip̄e deꝰ tāquā ministris dn̄s. iō s̄bdr̄. oīa q̄cūq; uoluit fecit in celo. aliquos angelos sibi stabiliendo et alios p̄pt̄ sup̄biā suā inde eiciendo. et in tr̄a. aliquos hoīes p̄ suā gr̄am uocando et alios uisto dei iudīo licet occlto di mittendo. In mari ·⁊c̄· aliquos inde t̄p̄e tempestatis saluādo mirabilit̄ p̄iclitātib; p̄pt̄ uētoꝝ flatꝰ. iō subdit̄. educens nubes ab extremo terre. i. a mari oceano. unde ut plurimū eleuātur uapores huīdi ex q̄bꝰ nubes gen̄ant̄. et iste oceanꝰ est terre inhitabilis. ·icuꝰ fulgura i pluuiā fecit. q̄ freq̄nt̄ in dictis nubibꝰ gen̄ant̄ tonitrua et inde p̄cedūt coruscatōes et fulgura que terminant̄ q̄n nubes in pluuiā resoluūt̄. q̄ p̄ducit uētos de thesauris. i. de locis hoīb; occltis. Qui percussit. hic q̄nt̄ adducit rō diue laudis ex effectibꝰ dei mirabilibꝰ p̄ p̄p̄ isrl̄ factis cū dr̄. qui percussit p̄mogenita egypti ·⁊c̄· de qua p̄cussione hr̄ exo. xij. Et misit signa et p̄digia in medio egypti. p̄ p̄p̄ isrl̄ liberāne. Sicut p; in exo. ubi describūt̄ dece plage egypti. i pharaone et in oīs s̄uos eiꝰ. quos pꝰ multa flagella finalit̄ submersit in mari rubro. ut hr̄ exo. xiv. q̄ percussit gentes multas. i tēp̄re filioꝝ isrl̄ pꝰ egressū de egypto. et occidit reges fortes. et q̄ sunt illi subdr̄. Seon regem amorreoꝝ. et og regē basaā. de quoꝝ occisione hr̄ nūi. xxi. et oīa regna chanaā. ubi int̄fecit p̄ iosue ⁊ filios isrl̄ reges xxi. ut hr̄ iosue. xij. et dedit terrā eoꝝ hereditatē. nō tn̄ h; p̄p̄ isrl̄ ut hr̄ in li. iosue. Et quia ex istis a filiis isrl̄ s̄paliter ē laudā subdit̄. dn̄e nomen tuū in etn̄ū. sit laudā a nobis. dn̄e memoriale tuū. i. b̄n̄fitioꝝ tuoꝝ. In gen̄atōne et gn̄atōe. i. i gen̄atōib; sibi succedētibꝰ. Sicut uidemꝰ ip̄letur. quia iudicabit dn̄s p̄p̄lm suū. dādo p̄ eo s̄niā c̄ p̄secutores eiꝰ iuste. et in s̄uis suis dep̄cabit̄. i. dep̄cabil̄ efficiet̄ oīones eoꝝ exaudiendo. Simulacra. h̄ q̄nt̄ adducit rō diue laudis ex fl̄itate ydoloꝝ q̄ p̄ dīs agentib; colebātur. et hoc est quod dr̄. Simulacra gētiū. i. agentibꝰ p̄ dijs uen̄ata. argentū et aurū. supple sūt q̄ntū ad materiā. opera manuū hoīm. q̄ ad formā p̄ artificiū factā. Os habent. s. silitudīe oris. q̄ p̄bat̄ p̄ hoc q̄d s̄bditur. et non loquēt̄. q̄ caret p̄p̄o ore. nunq̄ q; n. hr̄ p̄p̄n os in q̄tū nō dr̄ illud nisi equiuoce. s. ocula lapideꝰ aut depicto eo q̄ nō pōt uidē ut dicit phs. i. de aīa et eodem mō exponēd est q̄d s̄bdr̄. oculos hūt. q̄ rō redditur. nec eī spūs ē i ore ip̄oꝝ. et iō ex quo nō hūt spm̄ nec possūt h̄re opa uite q̄ mediātib; sp̄ib; ex ercetur ut dr̄ in li. de diia corꝰ et aīe. Siles illis fiāt qui faciūt ea. qui carent sensu discretōis et motu bone opatōis. Et oīs qui cōfidūt in eis. quia cōfidūt i nichilo eo q̄ ydolū nil est. s̄m q̄ dicit apꝰ ad cor. S. Domꝰ isrl̄. postq̄ induxit psalmista ad dei laudē in gen̄ali. hic q̄nt̄ adducit ad idē maḡ i s̄pali distinguēdo statū p̄p̄ isrl̄ cū dr̄. domus isrl̄. q̄ntū ad duodecī tribus b̄ndicite dn̄o. b̄ndictōne que cōsistit in cōfessione laudis. domꝰ aarō. q̄ntū ad sacerdotes qui distinguebāt̄ c̄ alios de tribu leui. b̄ndicite dn̄o. b̄ndictōne laudis. Isti eī tenebant̄ ad hoc p̄ceteris rōne officij. domꝰ leui. q̄ntū ad leuitas p̄ut distinguebāt̄ c̄ sacerdotes et tm̄ isti q̄ illi erant de tribu leui. b̄ndicite dn̄m. eū laudādo p̄ceteris p̄p̄lis ex offīo impo[sito]. qui timetis dn̄m. hoc dr̄ p̄pt̄ cōuersos de gentili[ta]te ad iudaismū q̄ nō erāt de aliquo duodecī tribuū. b̄ndicite dn̄o. eo q̄ de gr̄a sua iunxit nos p̄p̄lo suo. b̄ndictꝰ dn̄s ex syon. i. ex tēplo quod erat in mōte syon quia ibi cū magna sollēp nitate celebrat̄ laudes diue. qui hītat i ih̄rl̄m. q̄ dr̄ eo q̄ elegit eā ut ibi eēt tēplū suo nōi dedicatū. ut hr̄. ij. paralipo. vi. elegi ih̄rl̄m ut eēt nomē meū i ea. et in illo tēplo erat p̄piciatoriū quod sedes dei dicebatur ut dictū fuit diffusiꝰ exo. xxv.

CXXXV

Confitemini. Titulo huiꝰ psalmi est alleluya. Ex quo p; q̄ ps iste ē inuitatꝰ ad dei laudē sic et p̄cedens facta ab aliq̄ uiro sancto cuiꝰ nomē s̄m hebreos et ieroni ignorat̄. Et diuidit̄ in tres ptes q̄ p̄mo pōitur inuitꝰ ad laudē ex dei b̄n̄ficiis collatis oīb; gen̄alit̄. s̄cdo ex collatis p̄p̄o isrl̄ s̄palit̄ ibi. qui percussit egyptū. tertio ex b̄n̄fitio collato oī uiuēti ibi. 3ª ibi. qui dat escam. Circa p̄mū dr̄ psalmista. Cōfitemīni dn̄o. confessione laudis. qm̄ bonꝰ. bonitatis cuiꝰ nō ē finis. qm̄ in s̄clm̄ mia eiꝰ. quia s̄p parata ē p̄cē et misereri uere penitētibꝰ. Et nōnd q̄ in quolꝫ uersu istiꝰ psalmi pōit̄ ista clausula. qm̄ in s̄clm̄ mīa eiꝰ in hebreo. ita q̄ xxvi. uicibꝰ pōit̄ in hoc ps̄. eo q̄ sicut dicit ra. sa. a p̄n° mūdi usq; ad datōnē legis in mōte synay fuīt xxvi. gn̄atōnes i q̄bꝰ mūdꝰ fuit sustētatꝰ sola diuina misātōe. Iste aūt xxvi. gn̄ones sic colligūt̄ de scptura gen̄. v. hr̄ q̄ adā genuit seth. qui seth genuit enos. qui caynā. qui lamuel. qui enoch. qui matusalē. qui lamech. qui noe. q̄ sem. Item gen̄. xi. dr̄ q̄ sem genuit arphaxath. qui salē. qui heber. qui phaleth. qui reu. qui saruch. qui nachor. qui thare. qui abrahā. Abrahā uero genuit ysaac gen̄. xxi. ysaac iacob. gen̄. xxv. iacob leui. gen̄. xxix. Item exo. vi. hr̄ q̄ leui genuit caath. qui amrā. q̄ moysen. qui genuit gerson exo. ij. et in hoc gen̄atōe fuit data lex exo. xx. Confitemīni deo deoꝝ. i. angeloꝝ. qui dn̄i dij p̄ticip[ati]ōe. Confitemīni dn̄o dn̄oꝝ. i. p̄ncipū terre. p̄ ub. e. p̄ me reges regnant ·⁊c̄·. qui facit mirabilia magna solꝰ. miracle dr̄ aliquid quod t̄scendit cogitōz eiꝰ. Et iō aliqua sūt miracula simplicibꝰ. que tn̄ nō sūt mirabilia sapientib;. Sicut eclipsis solis uel lune mirabil̄ ē layco non tn̄ astrologo. et p̄ hūc modū a[li]q̄ sūt miracula hoīb; non tn̄ angelis. Illa uero sūt miracula sine magisque t̄scendūt facultatē totiꝰ nātē creāte. et hec sunt soli deo possibilia. qui fecit celos intellig. i. p̄ itellectū et uoluntate. et non p̄ nature nc̄itatē. qui firmauit terrā sup̄ aquas. s̄m cōmunē modū loq̄ndi q̄ dr̄ in his ciuitas est sup mare et tal sup̄ sequanā. q̄ fecit luminaria magna. que sunt illa subdit̄. solē in p̄tatē diei. quia dies ē latio solis sup̄ terrā. lunā et stellas in p̄tate noctis. i. ad illumīnad noctē. Qui percussit. hic pōitur inuitatꝰ ad laudē dei ex b̄n̄ficiis diuīs collatis isrl̄i. cum dr̄. qui percussit egyptū. nouem plagis p̄pt̄ p̄p̄lm isrl̄ liberand. ut hr̄ in exo. cū p̄mogenitis eoꝝ. illa fuit decima plaga. exo. xij. q̄ eduxit isrl̄ de medio eoꝝ. i. egyptioꝝ. In manu potēti et brachio excelso. timebāt eī oīs egyptij mori si p̄p̄ꝰ isrl̄ amplius detineretur in egypto. qui diuisit mare rubrū in diuisiones. Ex hoc dixerūt aliqui q̄ mare rubrū fuit diuisū xij. locis. ita q̄ quelibet tribꝰ hūit uiā p̄ se distinctā ab aliis. s; hoc ip̄batū ē exo. xiv. et licet mare diuisū fuit in uno tm̄ loco ptes tn̄ illiꝰ diuisionis dīr hic diuisiones. quia aque erāt eis p̄ muro a dextris et a sinistris. et eduxit isrl̄ p̄ mediū eiꝰ. p̄bens eis iter siccū. et excussit pharaone et uirtutē eiꝰ. i. exercitū eius i mari rubro. ubi p̄sequebant p̄p̄lm isrl̄ ex ira c̄ deū. qui t̄sduxit p̄p̄lm suum p̄ desertū. xl. anis. q̄us q̄ mortui fuissent oīs qui exierūt de egypto. p̄ter caleb et iosue et filios leui. eo q̄ terram ubis exploratā uoluerūt reuerti in egyptū ut dictū fuit ple[niu]s nūi. xiv. qui percussit reges magnos ·⁊c̄· exposi[t]e hoc ps̄. p̄cedēt usq; ibi. hereditatē isrl̄ s̄uo suo. i. dn̄i. s; hoc excepto. et iste uisus. et oīa regna chanaā. nō ē in hebreo nec in t̄slatōe ieronimi. et iō uidet̄ hic appositꝰ ab aliquo expositore sicut pōit̄ in textu psalmi p̄cedentis. q̄ i humilitate

nostra

nostra. qui fuimus valde deiecti et contempti in ser
vitute egypti. memor fuit nostri. nos inde liberando
ideo subditur. et redemit nos ab inimicis nostris.
i. egyptiis qui vitam filiorum israel producebant in ama
ritudine afflictionibus duris. ut habetur exo. primo. Qui
dat. hic ponitur invitatio ad dei laudem ex beneficio
collato omni viventi vita sensibili. cum dicitur. qui dat escam
omni carni. viventia enim vegetabilia tamen non
habent carnem ut plante. similiter nec angeli in quibus
est tamen vita intellectualis. quia spiritus carnem et ossa non
habent luce. ultimo. Confitemini deo celi. licet enim sit
deus totius creature. tamen specialiter nominatur deus celi. eo quod
ibi videtur clare. Confitemini domino dominorum etc. totus
iste versus videtur hic appositus ab aliquo expositore qui
non est in hebreo nec in translatione ieronimi. psalmus. 136.

Super flumina

CXXXVI

Huic psalmus nullo omnino premittitur titulo
in hebreo nec in translatione ieronimi. Et ideo
titulus qui in aliquibus bibliis ponitur. scilicet psalmus
david ieremie propter penam fuit appositus ab aliquo expositore
eo quod sententia psalmi consonat lamentationibus ieremie.
quia psalmus iste loquitur de templi destructione et de babilonica
captivitate. Cuius actor ignoratur secundum ieronimum et hebreos et di
viditur in duas partes. quia primo describitur populi captivati la
mentatio. secundo adversantium punitio ibi. memor esto.
Circa primum dicitur. Super flumina babilonis. quia terra illa
habundat aquis fluvialibus. illic sedimus. i. diu habitavi
mus. sicut dicitur deuto. 1. sedistis ergo in cades barne mul
to tempore. et flevimus. habitando ibi in amaritudine. cuius causa
subditur cum dicitur. dum recordaremur tui syon. i. templi quod
erat in monte syon incensi et destructi. de qua destructione
ne plus affligebantur quam de sua captivitate. In salicibus in me
dio eius. i. in medio babilonis que est plena salicibus
propter habundantiam fluminum. suspendimus organa nostra
i. subtraximus nos ab omni carmine letitie non solum ratione
captivitatis et destructionis templi sed etiam exaggerationis
mali. quia babilonii exigebant carmina letitie ab
omnibus in tanta amaritudine constitutis. et hoc est quod dicitur.
quia illic interrogaverunt nos etc. et qui adduxerunt
de iudea in babilonem captivos dicebant nobis supple.
hymnum cantate nobis de canticis syon. hoc est de canticis
que cantabantur in templo quod fuit in monte syon. et
subditur responsio iudeorum. quomodo cantabimus canticum domini. i.
deputatum divino cultui. in terra aliena. i. ydolatrie sub
dita. q. d. nullo modo hec debent fieri. Unde et balthasar
rex applicans vasa divini cultus humanis usibus statim
fuit a deo punitus. ut habetur dan. 5. Si oblitus fuero tui ie
rusalem. i. destructionis tue. oblivioni detur dextera mea
i. tota virtus mea per infirmitatem vel mortem. adhereat
lingua mea faucibus meis. ita quod non possim loqui. Si non
meminero tui. dolendo quasi continue de tua destructione.
Si non proposuero tui ierusalem in principio letitie mee. i. si aliquid
in casu letitie alicuius non recordabor in principio de tua de
structione dolendo. et supplendum est puniar a deo. Unde
dicitur eccli. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Me
mor esto. hic consequenter ponitur adversantium punitio. et primo
ydumeorum qui semper iudeis molesti fuerunt. sicut esau a
quo descendebant ydumei querelat occidere iacob. a
quo descenderunt iudei. ut habetur gen. 27. ideo dicitur. memor
esto domine filiorum edom. i. ydumeorum ad puniendum. nequitiam
eorum. In die ierusalem. i. destructionis ierusalem in qua fue
runt ydumei cum babiloniis eos incitantes ad totalem
destructionem civitatis. ideo subditur. qui dicunt. i. dixerunt babi
loniis. exinanite exinanite etc. i. totaliter exterminate
te. etc. ierusalem usque ad fundamenta. Consequenter psalmista pre
dicit punitionem babiloniorum. d. filia babilonis. i. gens
babiloni. misera. In hebreo et in translatione ieronimi

habetur. vastata. et loquitur de futuro per modum preteriti propter
certitudinem prophetie. previdit enim regnum babilonis vastan
dum per cyrum et darium. ideo subditur. beatus qui retribuet tibi
retributionem tuam. i. penam tibi debitam. quam retribuisti
nobis. i. propter mala que fecisti nobis. beatus qui tenebit
et allidet parvulos suos. In hebreo habetur. tuos. et in transla
tione ieronimi. ex quo apparet litera communis que habet. parvulos
suos. intelligatur de parvulis babilonis quos crudeliter
interfecerunt medi et perse in babilonis destructione secundum
quod dicitur ysa. 13. de babiloniis. Suscitabo super vos medos qui
argentum non querunt nec aurum volunt sed sagittis parvulos in
terficient et lactantibus ventribus non miserebuntur et super filios non
parcet oculus eorum. et allidet parvulos suos ad petram. ex cru
delitate enim accipiebant pueros per pedes et allidebant ca
pita eorum contra parietes. Moraliter potest exponi psalmus iste
de quolibet penitente qui lamentatur se fuisse in captivitate
demonis per peccatum mortale. et petit punitionem demonis et
membrorum suorum in gehenna secundum ordinem divine iustitie.

Confitebor tibi domine

CXXXVII

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Id
victoriam ipsi david. Ex quo apparet actor psalmi.
non tamen eius materia. sed ex circumstantia litere videtur quod
sit gratiarum actio ipsius david pro qua liberatus fuit a perse
cutione absalon in rebellione syba filii bothei et venit
ad templum domini adorandum et regratiandum sicut promiserat fu
giens a facie absalon. prout habetur. 2. Re. 15. et dixit rex
ad sadoch reporta archam in urbe dei. Si invenero gratiam
in oculis domini reducet me et ostendet mihi eam et taberna
culum suum. et secundum hanc sententiam psalmus iste in duas partes di
viditur. quia primo david ipsi deo regratiatur. secundo ad simile
alios reges hortatur ibi. confiteantur tibi. Circa primum dicitur.
Confitebor tibi domine. confessione laudis et gratiarum actionis
in toto corde meo. i. toto intellectu et affectu. qui audi
sti verba oris mei. hoc non est in hebreo nec in translatione
ieronimi. Unde videtur quod primo fuit quedam glosa ad ostendendum
causam quare david gratias deo agebat. scilicet eo quod orationem suam ex
audierat qua petiverat a persecutione absalon liberari.
et postea hec glosa forte interlinealis fuit inserta textui per in
sipientiam scriptorum sicut in multis aliis locis biblie factum est simile.
In conspectu angelorum. i. consistentium secundum illud mathe. 18. angeli
eorum semper vident faciem patris qui in celis est. psallam tibi. querens tibi
placere et angelis non hominibus humanis. adorabo ad tem
plum sanctum tuum. i. versa facie. et extensis manibus ad ipsum
Sic enim orabant iudei ubicumque essent ut habetur. 3. Re. 8. Confite
bor nomini tuo. in laude et gratiarum actione. et subditur causa. super
misericordia tua. quam fecisti liberando me de persecutione absalon
et dissentione excitata per sybam. 2. Re. 20. et veritate tua
i. iustitia tua quam fecisti puniendo eos pro sua culpa. quia
absalon cum suo exercitu fuit debellatus et syba decapita
tus. quoniam magnificasti. i. magnificare fecisti. super omnem.
i. super omnem virtutem creatam. nomen tuum. omnes enim homines boni
audita misericordia dei erga david. et iustitiam erga absalon et
sybam magnificabant nomen eius laudibus extollendo. In quacumque
die invocavero te exaudi me. hoc dicit quia beneficium divinum iam
perceptum prebet confidentiam obtinendi futurum. ideo subditur. multipli
cabis in anima mea virtutem. scilicet sapientie et obtinendi de inimicos. Con
sequenter inducit alios reges ad laudem dei ex cuius
virtute dependet status et dignitas eorum. d. Confiteantur tibi domine
omnes reges terre. cognoscentes tuum dominium generale. quia au
dierunt omnia verba oris tui. i. illa que fecisti in de absalon
et syba. et non loquitur de regibus terre generaliter. sed de regi
bus in circuitu iudee existentibus ad quos venit rumor pre
dictorum qui cito divulgatur. et bene nominantur facta dei eius ver
ba. quia eius facere et dicere sunt idem. secundum quod dicitur supra psalmus. 32. dixit et
facta sunt. Et cantent in viis domini. que sunt eius opera. quoniam
magna est gloria domini. Istud debent laudare cantico
laudis divine. Et quia non solum gloria domini est magna in se

sz etiam in effectu. ideo sbdit. qm excelsus dns et humilia respicit. ut tollat. et alta a longe cognoscit. i. superba ab eterno cognoscit ut deprimat. unde in hebreo hr. et alta a longe confringet. et hoc dr specialiter propter dauid humilitatem fugientem a facie absalon nudis pedibus incedendo et lamentando ut hr. 2. R. 15. et iniurias semel dissimulando 2. R. 16. quam humilitatem respexit ipm dauid in regno re stituendo propter superbiam absalon quem deiecit a regno quod usurpauit. per mortem uilem et asperam. nisi post se reliquit prolem masculinam ad sui memoriam ut hr. 2. R. 18. et quia beneficium adeo obtentum prestat confidentiam obtinendi aliud de futuro in casu simili ideo subdit dauid. Si ambulauero in medio tribulationis. Sicut feci fugam ab absalon. uiuificabis me. i. saluabis me a morte imminenti. et super iram inimicorum meorum. s. ab absalon achithophel sybe et consilium. extendisti manum tuam. faciendo de eis uindictam. et saluum me fecit. a persecutoribus eorum. dextera tua. i. uirtus tua et non mea. et quia dauid sic sperabat de futuro quod tamen consiliis contigeret subdit. dns retribuet pro me. penam in aduersariis. dne misericordia tua in seculum. quia semper parata est recipere penitentes ad ipm. opera manuum tuarum. i. me et regnum meum quod per te persecutus sum non despicias. subtrahendo a me manum protectionis tue. Moraliter potest exponi ps iste ut sit gratiarum actio deuota proficientium in tribulatione et inuitatio aliorum ad confessionem laudis diuine.

Dne probasti. CXXXVIII

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Ad uictoriam ps dauid. In quo apparet actor ps scz dauid et modus cantandi huic psalmum cum premittitur ad uictoriam quia cantabatur a leuitis cum quodam conatu unius chori contra alterum ad hunc uictoriam in cantu sicut uidetur ex circumstantia lre quod sit quedam assurrectio ad confessionem diuine laudis ex consideratione eminentie diuine. Et diuiditur in duas partes. quia primo describit dauid dei eminentiam. secundo consurgit ad eius reuerentiam ibi. quia tu possedisti. prima in duas. quia primo describit celsitudinem diuine scientie. secundo latitudinem sue presentie ibi. quo ibo. Circa primum dicit. dne probasti me et cognouisti me. i. cognosci me fecisti. homo enim probat aliquid ad hoc quod notitiam accipiat de illo. sz deus cuius scientia est infinita non sic probat ut accipiat notitiam. sz ut alii accipiant. et hoc modo loquitur gen. 22. nunc cognoui quod timeas deum. i. cognoscere feci. per hoc enim quod abraham ad mandatum dei uoluit filium immolare fuit nota hominibus promptitudo sue obedientie. et similiter per tribulationes quas dauid sustinuit a saule absalon et aliis patienter nota fuit hominibus perfectio sue patientie. tu cognouisti possessionem meam et resurrectionem meam. i. quidquid feci sedendo uel surgendo quiescendo uel ambulando. aliter exponitur sic. tu cognouisti sessionem meam. i. restitutionem meam super regnum israel. et resurrectionem meam. i. restitutionem meam in regno post mortem absalon. quia utrumque a deo fuit. et quia non solum cognoscit exteriora sz etiam latentia. ideo subditur. intellexisti cogitationes meas de longe. i. ab eterno. semitam meam et funiculum meum. i. iustitie exercitium secundum quod dr. 2. R. 8. Et mensus est dauid duos funiculos. unum ad occidendum et alium ad uiuificandum. Inuestigasti. i. perfecte cognouisti. sicut res que inuestigatur usque ad minima perfecte cognoscitur. quia inuestigatio proprie dicta que importat discursum unius rei note ad aliam cognoscendam non est in deo. Omnes uias meas preuidisti. ante quam essem in rerum natura quia non est sermo in lingua mea. supple sufficiens ad explicandum celsitudinem tue sapientie. ideo ad hoc subdit. Ecce tu cognouisti omnia nouissima et antiqua. i. omnia que erant et que fuerant quantumcumque sint aliis latentia. tu formasti me. prima causa. Causa secunda non agit nisi in uirtute prime. et posuisti super me manum tuam. ad tenendum me in esse. artifex enim creato completo artificio remouet manum suam ab eo. sicut carpentarius a domo facta quia non est eius conseruator. sz tantum factor. sz artifex omnium deus formam formata non substrahit manum suam ab ea quia non est tantum eius factor. sz etiam conseruator. Et ideo si retraheret manum suam ab eius conseruatione desideret in nichilum. et propter predicta concluditur mirabilis facta scientia tua ex me. i. mirabilior quam ego possim cogitare. propter quod ieronymus transtulit. mirabilior est scientia tua a me. hebrei enim non habent comparatiuum gradum sz utuntur positiuo cum casu ablatiuo secundum quod hr super ps. 117. bonum est confiteri in dno. i. melius. confortata est. i. super omnia eleuata. et non potero ad eam. s. comprehendendam.

Quo ibo. hic consequenter ostendit latitudinem presentie diuine que se extendit ad omnem locum. propter quod dicit. quo ibo a spiritu tuo. i. a te ipso quia spiritus est deus. Johannis. 4. et quo a facie tua fugiam. i. a presentia. q. d. hoc est impossibile. quod probat consequenter dicens. Si ascendero in celum tu illic es. per refulgentiam tue glorie. Si descendero in infernum ades. per executionem tue iustitie. Si sumpsero pennas meas diluculo. i. si haberem pennas quibus possem citissime uolare ante claram diem et sic peruenire ad extrema maris. et enim illic manus tua deducet me. sine qua nulla creatura potest aliquod opus facere. et tenebit me dextera tua. aliter deciderem in nichilum ut predictum est et sic non possum effugere presentiam tuam. et dixi forsitan tenebre conculcabunt me. q. d. posset aliquis ignarus dicere. licet deus sit presens ubicumque non uidet ea que fiunt in tenebris. sicut homo existens in loco tenebroso non uidet ea que fiunt in sua presentia. hoc remouet dicens. Et nox illuminatio mea in deliciis meis. q. d. ipsa nox illuminata est coram deo ut uideant ibi ab ipso delitie carnales que communiter fiunt in tenebris. secundum illud iob. 24. oculus adulteri obseruat caliginem. et probat consequenter quod nox ista non sit a deo. quia tenebre non obscurabuntur a te. quia nil in eis existens latet te. et nox sicut dies illuminabitur. i. ita clare patet in conspectu tuo sicut lux. propter quod subditur. sicut tenebre eius ita et lumen eius. i. eodem modo patent ipsi deo ea que fiunt in utroque. Quia tu possedisti. hic consequenter ex predictis consurgit dauid ad laudem diuinam. et primo ad laudandum deum in se. secundo in amicis suis ibi. michi autem. Circa primum dicit. quia tu possedisti renes meos. formando me in utero matris suscepisti me de utero matris mee. In uita me conseruando et in persecutionibus protegendo et ad dignitatem regni promouendo. q. d. propter ista et consilia confitebor tibi bonitatem tuam cognoscendo. quia terribiliter magnificasti me. et est eadem sententia quia deus magnificando dauid modo predicto declarauit hominibus magnitudinem sue bonitatis et potentie. Et ideo subdit dauid. mirabilia opera tua. non solum in me sz in omnibus creaturis. quia minima etiam creatura non potest inuestigari ad plenum ab homine. ut potest per quam uirtutem ferrum trahitur a magnete. et anima mea cognoscet nimis. i. conabitur quantum poterit ad cognoscendum opera tua et maxime beneficia in facta inter que est formatio mea. ideo subdit. non est occultatum os meum a te. accipitur hic os ossis. pro quolibet quod est in carne. ideo subdit. quod fecisti in occulto. q. d. cum essent occulta tamen facta que fecisti illud intra carnem ubi occultantur aliis. sz non tibi. et substantia mea in inferioribus terre. i. substantia corporis mei non latebat tibi. tamen adhuc esset in matre uentris facta. que quidem pro maiori parte est terra que est inferius elementum. Imperfectum meum uiderunt oculi tui. In translatione ieronymi hr. Informem me adhuc uiderunt oculi tui. res enim ante quam formata sit imperfecta est. Est igitur sensus. Cum essem adhuc in fieri uiderunt me oculi tui. quia deus cognoscit res perfecte ante quam sint in facto esse. et in libro tuo. i. in notitia tua que dr liber eo quod ibi omnia retinentur absque obliuione. omnes scribentur. In notitia enim predestinationis diuine que dicitur liber uite soli electi sunt scripti et in notitia prescientie sue reprobationis que potest dici liber mortis soli reprobi sunt scripti. sz in notitia diuina generali supra-

puit

pnit extendit ad predestinatorum et prescitorum omnes sunt
tempus et sic accipitur liber dei ut dictum est. dies
formabuntur. in futuro sicut tu previdisti. et nemo
in eis. quia nemo est in tempore futuro qui nondum est.
per hoc intelligit david quod tempus futurum et ea que fu-
tura sunt in eo sunt perfecte cognita ipsi david quia eius no-
ticia mensuratur eternitate que assistit omni tempori presenti pre-
terito et futuro. Michi autem. hic consequenter david o-
stendit se habere reverenciam ad deum non solum in se sed
etiam in amicis suis, et primo ostendit in amicis dei propo-
sito in eius inimicis oppositum ibi. Si occideris. Circa
primum dicit. michi autem nimis honorati sunt amici tui deus.
In hebreo habetur. angeli sancti qui sunt in societate dei et
eius amici. de quibus dixit david psalmo precedenti
In conspectu angelorum. nimis confortatus est. i. firmiter
stabilitus. principatus eorum. angeli enim sancti per ordines
trium ierarchiarum sunt distincti. Ierarchia vero idem est quod
sacer principatus, et quia iste ierarchie et ordines
in singulis ierarchiis immobiliter stabiliuntur. ideo conve-
nienter dicitur. nimis confortatus est principatus eorum. Et
quia angeli sunt in maximo numero secundum illud Iob. numquid est
numerus militum eius. ideo subditur. dinumerabo eos et super
arenam multiplicabuntur. i. si vellem eos numerare non pos-
sem, sicut nec maris arenam. Videmus enim sensibiliter
quod corpora celestia que incorruptibilia sunt supra modum excedunt
corpora elementaria et mixta que sunt corruptibilia in con-
tinua quantitate, et eodem modo valde probabile est quod an-
geli qui sunt adhuc superioris nature tamen excedunt
in modum omnem corporalem creaturam, propter quod dicit Daniel. milia
milia milium ministrabant ei et decies milies centena
milia assistebant ei, ubi designatur maxima multitudo
angelorum nobis incognita per replicationem et multiplicationem
maximorum numerorum. et quia propheta david cognovit per reve-
lationem se futurum in societate angelorum ad quam electi as-
sumuntur ideo subdit. Exurrexi. per tuam gratiam a peccatis
que commisi. s. adulterium cum bersabee et homicidium
urie et numerationis populi. et adhuc sum tecum. in presenti per
gratiam et in futuro per gloriam, de qua loquebatur david
per modum presentis propter certitudinem sibi factam revela-
tionis. Si occideris. hic consequenter ostendit oppositum de ini-
micis. videlicet quod non sunt honorabiles sibi sed magis
detestabiles. d. Si occideris deus peccatores. et accipitur
hic si pro quia. Certum est quia tu occides peccatores
obstinatos in morte gehenne que dicitur mors secunda apoc.
20. Ideo supple dico. Viri sanguinum declinate a
me. quia horreo vos videre. Cuius causa subditur. quia dicitis
in cogitatione. s. vestra. accipiam in vanitate civitates suas.
Viri enim sanguinum semper cogitant quomodo possint alie-
nas civitates et loca capere propter hoc occidere et bona
capere, et istud procedit ex vanitate superbie existen-
tis in eis. et quia tales sunt deo et iustis hominibus
odibiles. ideo subdit david. nonne qui oderunt te do-
mine oderam. q. d. sic. quia eorum vicium est odiendum
bonis hominibus sicut est odiosum deo. et super inimicos
tuos tabescebam. i. resolvebar interius ex zelo iu-
sticie tue contra eos iratus, ideo subditur. perfecto odio o-
deram illos etc. et quia homo iustus semper debet timere ne in
tali excedat modum et incurrat aliquod peccatum
saltem leve, ideo subdit david. proba me deus et scito
cor meum. i. fac me scire ea que latent in meo cor-
de. probatio enim dei non est ad hoc quod ipse notitiam accipi-
at, sed ut aliis notitiam prebeat, sicut dictum fuit in
principio huius psalmi. Interroga me et cognosce. i. f-
ac me cognoscere. semitas meas. i. facta et cogita-
ta mea occulta. Et vide. i. fac me videre. Si via iniqui-
tatis in me est. i. aliqua latens culpa ut per peni-
tentiam expediar ab ipsa. et deduc me in via eter-
na. i. ad beatitudinem eternam ad quam nullus potest
pervenire nisi fuerit totaliter expeditus a peccato, secundum quod

dicitur apoc. 21. non intrabit in eam aliquid coinquinatum. ¶
Moralitas huius psalmi est quod quilibet exemplo david consideret
diligenter dei notitiam omnia intuentem attendat ipsum
ubique presentem, et sic assurgat ad dei honorem et eius re-
verenciam ad detestationem omnium iniquorum.

Eripe me. CXXXVIII

Huic psalmo premittitur talis titulus in
hebreo et translatione ieronimi. Ad victoriam
psalmus david. et patet sententia ex dictis in titulo psalmi
precedentis. De materia vero huius psalmi videtur ex circum-
stantia litere quod fuerit ab eo factus cum esset in persecutione
saulis petens ab ea divinitus liberari, pro quo fecit mul-
tos alios psalmos ut patet de supradictis, quia illa persecutio fuit
longa et david fuit in multis periculis sicut patet ex discur-
su primi Regum. Igitur secundum hoc psalmus iste in duas partes dividitur. In
prima david petit suam liberationem. In secunda predicit persecutorum pu-
nitionem ibi. Caput circuitus. Prima in duas quia primo david pro sua
liberatione impetranda allegat persecutorum nequitiam. et secundo
suam in deo confidentiam ibi. Dixi domino. Circa primum sciendum
quod cum deus sit iustissimus ad eum pertinet liberare innocentes
de persecutoribus iniquis. ideo dicit david. Eripe me domine ab
homine malo. i. a saule reddente mihi malum pro bono. a
viro iniquo eripe me. a doeg incitante saulem ad persequen-
dum me. qui cogitaverunt iniquitates in corde. cogitantes
multis machinationibus me occidere. tota die constituebant
prelia. quia de consilio. s. doeg et aliorum malignantium saul
frequenter eduxit exercitum ad capiendum david. acuerunt
linguas suas sicut serpentes etc. quia doeg et alii detrac-
tores incitabant maligne saulem ad persequendum david. propter
quod dixit david ad saulem primo Regum 24. Quare audis verba hominum
loquentium david querit malum adversum te etc. Custodi me
domine de manu peccatoris. i. saulis obstinati in peccato odii contra me
Et ab hominibus iniquis eripe me. i. a doeg et ab aliis sibi
in malitia adherentibus. qui cogitaverunt supplantare gressus
meos. ut ad regnum pervenire non valeam sicut a domino pro-
missum est mihi post saulem. absconderunt superbi laqueum mihi.
quia frequenter posuerunt insidias occultas contra david. et funes
extenderunt laqueum mihi. querentes me etiam capere per illos
qui debebant me diligere. s. habitatores ceyle quos david
liberavit de philisteis et per ziphoeos de quorum regione
david erat. et tamen isti voluerunt eum in manibus saulis tradere
ut habetur primo Regum 23. Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. i. que-
sierunt me capere per considerationem locorum ubi consueveram ve-
nire. Unde primo Regum 23. dixit saul zipheis. Ite ergo et diligen-
tius preparate et curiosius agite et considerate locum ubi sit
pes eius etc. Dixi domino. hic consequenter david pro sua libe-
ratione allegat suam in domino confidentiam. modus enim est mag-
nificus liberare confidentes in eo propter quod dixit david. Dixi
domino deus meus es tu. in quo confido et pono meam vir-
tutem. Exaudi domine vocem deprecationis mee. liberando me
a saulis persecutione. Et quia gratitudo de beneficio iam pre-
stito est dispositio ad aliud optinendum. ideo david ad impetran-
dum liberationem suam de persecutione saulis recolit tempore grato beneficium
quod ei deus prestiterat liberando eum de manu goliath gigantis
d. Domine domine virtus salutis mee. i. per cuius virtutem fui salva-
tus. obumbrasti super caput meum. me protegendo in die
belli. quod accepi cum goliath getheo. Ne tradas me
domine a desiderio meo. i. contra desiderium meum. peccatori. scilicet
saulis obstinato in peccato odii contra me. minus enim dicitur et plus significatur.
per hoc enim quod dixit quod talis traditio esset contra desiderium suum
significatur quod etiam horrebat, sicut in communi modo loquendi quando contingit a-
liquid quod est sibi horridum dicit. hoc non desiderabam vel
non petebam, ad significandum illud quod accidit sibi horrorem, et sub-
dit causam dicti horroris cum subditur. cogitaverunt contra me. per vi-
as diversas me occidere. ne forte exaltentur. de me trium-
phantes. propter hoc supple peto ne tradas me in manibus
eorum. et est modus loquendi triumphantis sicut solent loqui homines

in tiore positi. Caput circuitus. Postquam david petiit suam liberationem. hic consequenter prophetice predicit persecutorum suorum punitionem. Ad cuius intelligentiam sciendum quod saul persequens david ex desiderio occidendi eum cingebat eum et milites eius in modum corone ut non posset evadere ut habetur primo Re. 23. et ad hoc incitabatur a doeg et aliis detractoribus falso defamantibus david apud eum. et ista iniquitas saulis et detractorum david fuit occasio quod deus permisit eos occidi in monte gelboe et puniretur ista malicia eorum. et hoc est quod dicitur. caput circuitus eorum. id est saul qui erat caput exercitus circuidantis david in eo dicto. labor labiorum ipsorum. id est frequens detractio doeg et aliorum similium. operiet eos. id est erit occasio quod operiantur morte in monte gelboe sicut accidit capta opinione. et quia non solum fuerunt puniti temporali morte sed in igne gehenne secundum communem opinionem. ideo subditur. Cadent super eos carbones etc. In miseriis non subsistent. quia pena infernalis est importabilis. et quia doeg detractor pessimus non solum fuit punitus in se sed etiam in prole quia david filium eius fecit occidi eo quod dixit se saulem interfecisse credens per hoc david placere ut dictum fuit. 2. Re. primo. ideo subditur. Vir linguosus non dirigetur in terra. quia doeg non reliquit filium superstitem. ideo adhuc subditur. Virum iniustum. scilicet doeg vdimne (?) mala capient in interitu. scilicet suo et filii sui. ideo dicit hic mala in plurali. et quia sicut dictum est. punitio fuit facta ad vindictam mala que facta fuerant david et viris eius. ideo subditur. Cognovi. scilicet prophetice per spiritum. quia faciet dominus iudicium inopi. id est ipsi david. qui fuit inops in fuga saulis in tantum quod a nabal petiit cibum primo Re. 25. et vindictam pauperum. id est virorum david. qui erant pauperes secundum quod dicitur primo Re. 22. Et convenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti et oppressi ere alieno et amaro animo et factus est eorum princeps. Et quia david et viri eius non declinaverunt a fide veri dei et ipsius cultu. ideo subditur. Verumptamen iusti confitebuntur nomini tuo. in tribulationibus positi. et habitabunt recti cum vultu tuo. id est placentes in conspectu tuo.

CXLI

Dñe clamaui

Huic psalmo premittitur titulus in hebreo. psalmus david. Ex quo apparet auctor psalmi. De materia vero huius psalmi videtur ex circumstantia quod david expertus se periclitari se peccato lingue ut apparebit postea, consequenter fecit hunc psalmum petens a deo ut non pateretur amplius recidivum. Et dividitur in duas partes quia primo david exaudiri postulat. secundo petitionem suam explicat ibi. pone domine. Circa primum dicitur. Domine clamavi ad te. corde et ore deprecando. exaudi me. petitionem meam adimplendo. Intende voci mee etc. repetitio est eiusdem ad maiorem affectus expressionem. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. oblatis enim sacrificiis in altari holocaustorum quod erat sub divo sacerdotum qui obtulerant sacrificia lavabant manus et pedes et intrabant primam partem templi ubi erat altare incensi et offerebant thimiama quod hic dicitur incensum et tunc dicebantur sacrificia consummari. per hoc ergo quod dicit david. dirigatur oratio mea etc. petit quod sua oratio sit in suavitate exaudita. Et idem petit per hoc quod subditur. elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum quia post oblationem magis sacrificii in vespere non offerebatur aliud usque in mane diei sequentis. Pone domine. hic consequenter david explicat suam petitionem. Et dividitur in duas partes quia primo petit preservari a lingue culpa. secundo a culpe pena ibi. quoniam adhuc. per linguam enim homo multipliciter peccat et contra hoc petit dicens. pone domine custodiam ori meo. ut non peccem per precipitationem locutionis sicut aliquando fecit dicendo de siba. omnia tua sunt que fuerunt miphiboseth in quo peccavit sicut dictum fuit. 2. Re. 16. et supra psalmo. 114. et hostium circumstantie labiis meis. dicit autem hostium circumstantie quod retractat verbum male prolatum. Cum verbum fecerat david quod non vindicaret male precepit nec ad verbum ioab retractare voluit. secundum quod habetur 2. Re. ultimo. Et ideo petit david ut hoc ulterius sibi non contingat. dicens. et hostium circumstantie etc. non declines. id est declinare permittas. cor meum in verba malitie. scilicet ad proferendum verba malitie composita sicut fecit quando dixit urie: ut descenderet in domum suam et lavaret pedes ut sic cum uxore sua dormiret et puer de me conceptus sibi attribueretur et adulterium meum celaretur ut habetur 2. Re. 11. ad excusandas etc. refertur illi. non declines cor meum. id est declinare permittas. ad excusandas excusationes in peccatis. id est ut pertinaciter deffendam peccatum meum excusationibus falsis. Cum hominibus operantibus iniquitatem. id est cum saule et sibi similibus qui peccatum suum de reservatione agag regis amalech et pinguium animalium contra domini preceptum pertinaciter deffendit contra samuelem eum arguentem. primo Re. 15. Et non communicabo cum electis eorum. Est ergo sensus quod david nolebat communicare cum talibus in mensa ubi habentur cibaria delicata sive electa et quia humiliter recipiebat correptionem iustorum ut patet. 2. Re. 12. ubi correptionem nathan prophete de adulterio cum bersabee et homicidio urie humiliter recepit et similiter correptionem gad prophete de populi numeratione ut habetur. 2. Re. 24. ideo subditur. Corripiet me iustus in misericordia. quia uterque propheta post primam denuntiavit sibi veniam. ut patet ibidem. oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. In hebreo habetur. oleum autem capitis non prohibebit caput meum. quod exponit Ra. Sa. de unctione regia. et sic dicit david. oleum capitis. id est unctio realis in capite meo recepta. non prohibebit cor meum. ipsum per superbiam elevando ut non acquiescat correptioni iustorum sicut elevavit saulem ut predictum est. adhuc autem sensum potest reduci translatio communis. oleum autem peccatoris. id est unctio regia hominis inde superbientis qui dicitur peccator eo quod in omni peccato inclinatur superbia. non impinguet caput meum. contra deum et eius nuntios superbiendo. et hoc modo dicitur de superbo. Iob. 15. cucurrit adversus deum erecto collo et pingui cervice armatus. translatio autem iero. habet. oleum amaritudinis non impinguet caput meum. ratio huius diversitatis est quia dictio hebraica hic posita est equivoca ad significandum caput quam significationem sequuntur hic hebrei. Et ad significandum fel loco cuius transtulit iero. amaritudinis. quia frequenter in scriptura amaritudo significatur nomine fellis et ex consequenti potest tamen trahi ad sensum precedentem ut per amaritudinem intelligatur superbia procedens aliquando ex unctione regia ut patet in saul. Ista tamen litera. oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. exponitur communiter a doctoribus nostris de verbo adulatoris signato nomine olei. sicut dicitur psalmo. 54. mollita sunt sermones eius super oleum et sic petit david quod per verba adulatorum non erigatur in superbiam et dei contemptum. prima tamen expositio videtur magis litteralis. Quoniam adhuc. hic consequenter petit david preservari a pena pro peccato lingue debita et primo a pena infligenda in presenti. secundo a pena inferni ibi. sicut crassitudo. Circa primum dicit. quoniam adhuc. et oratio supple. pretendit in beneplacitis eorum. In hebreo habetur. In malis eorum. cui concordat translatio iero. que sic habet. pro maliciis eorum. ut non sint in occasione delinquendi et per consequens quod debeam puniri in presenti. ad hunc sensum potest reduci translatio communis cum dicitur. in beneplacitis eorum. id est in malis eorum in quibus delectantur eo quod peccant ex habitu qui causat delectationem in opere malo secundum illud proverbiorum. 2. qui letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Consequenter adducit exemplum ad propositum. scilicet quod aliquando sancti pro malis verbis aliorum deliquerunt et sic puniti fuerunt in presenti cum dicitur. absorti sunt iuncti petre iudices eorum. hic habet translatio iero. et similiter litera hebraica. sublati sunt iuxta petram iudices eorum etc. et est eadem sententia hic et ibi. et exponunt hoc hebrei de moyse et aaron qui fuerunt iudices populi israel et scitam per murmurationibus populi contra deum peccaverunt ad aquas contradictionis dubitantes ad impletionem verbi domini quod eis dixerat loquimini ad petram coram eis et illa dabit aquas et pro illo peccato fuerunt privati

isti

ingressu terre promissionis ut habetur num. xx. et hoc est quod dicitur hic absorti sunt. i. per peccatum lapsi. iuncti petre. i. iuxta petram de qua debebant aquam educere. iudices eorum. i. moyses et aaron. q. d. multo fortius debeo in timere et propter hoc deum orare ne propter verba malorum trahar ad peccandum et per consequens ad penam sustinendum. audient. i. audiant. hebrei pro optativo utuntur futuro indicativi ut frequenter dictum est. verba mea quoniam potuerunt. In hebreo et translatione ieronimi habetur. verba mea quoniam decora sunt. et in hoc david sermonem dirigit ad maliloquos et est sensus. audiant verba mea. s. maliloqui ad suam correctionem quoniam poterunt. s. se corrigere ad monitionem verborum suorum. Sicut crassitudo terre etc. hic incipit versus in hebreo et in translatione ieronimi ubi david petit preservari a pena gehenne. primo tamen ostendit modum incurrendi. secundo petit ab eo liberari ibi. quia ad te domine. Circa primum sciendum quod hec est litera in hebreo. Sicut fringens et scindens in terra. et translatio ieronimi habet. sicut agricola cum scindit terram sic dissipata sunt etc. et est eadem sententia ut patet et est sensus quod sicut ille qui scindit terram facit ibi quandam perfundationem et terre dissipationem. dissipata sunt ossa nostra et sic dissipata est virtus mentis mee que per ossa designatur in quibus est robur corporis. secus infernum. i. prope infernum. Unde in hebreo et translatione ieronimi habetur. In ore inferni. dissipatio. n. virtutis que fit per vitia facit appropinquare ad penam gehenne. ad eundem sensum reducitur litera nostra cum dicitur. sicut crassitudo terre etc. crassitudo proprie est in animali et latet sub pelle et ad similitudinem eius crassitudo terre dicitur que latet sub eius superficie. quando vero terra aratur superficies subvertitur et sic crassitudo eius sursum erigitur. est ergo sensus sicut crassitudo terre sursum apparet in terre scissione cum vomere. Sic ossa nostra dissipata sunt etc. et exponatur ut supra. quia ad te domine etc. hic incipit versus in hebreo et translatione ieronimi ubi orat david petit preservari a dicta pena gehenne et incipit hic collocutio. non auferas animam meam. i. non permittas auferri eam a consortio gratie tue et per consequens trahi ad penam gehenne. quia ad te domine oculi mei. tamquam ad protectorem meum. In te speravi. q. d. decet ut me serves a pena gehenne. quia modus est magis liberare sperantes in se. Custodi me a laqueo. s. deceptionis. quem statuerunt mihi. s. spiritus maligni. et a scandalis etc. Scandalum enim est dictum vel factum minus rectum prebens alteri occasionem ruine et sic petit david ne in peccatum lingue aliene prebeat sibi occasionem ruine. Cadent in retiaculo eius peccatores. i. occasionem peccandi amantes secundum illud eccl. xx. Qui amat periculum in illo peribit. Singulariter sum ego. i. a societate male loquentium me substrahendo ne sint in peccandi occasio. donec transeam de presenti vita ad superiorem requiem. Moraliter autem huius psalmus est ut homo qui alios expertus est per linguam peccasse vel adhuc peccatum sentit se promptum esse, exemplo david peniteat ut sic a recidivo per devotam orationem preservetur et a pena debita liberetur.

Voce mea. CXLI

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. Eruditio david cum esset in spelunca oratio. Per hoc autem quod dicitur eruditio ostenditur quod david in compositione huius psalmi fuit eruditus a spiritu sancto et illum scripsit ad eruditionem aliorum. per hoc autem quod dicitur cum esset in spelunca. ostenditur locus ubi fuit facto et secundum quod dicit ieronimus in prologo super librum psalmorum intelligitur de spelunca odollam ad quam fugit david postquam evaserat de manibus philistinorum eum occidere volentium in geth ut habetur primo reg. in principio xxii. capitulo et fine xxi. et fecit hunc psalmum antequam venirent ibi ad eum illi de cognatione sua et homines amaro animo et oppressi ere alieno existentes. Igitur secundum hoc psalmus iste in duas partes dividitur quia primo david ostendit anxietatem animi sui. secundo petit divinitus consolari ibi. clamavi ad te. Circa primum dicit. voce mea ad dominum clamavi. quia ex magna anxietate non poterat a clamore continere. voce mea deprecatus sum. Repetitio est eiusdem sententie ad maiorem affectus expressionem. effundo in conspectu eius etc. hoc dicit quia orando lacrimas effundebat et hoc modo loquebatur anna primo reg. i. effudi animam meam in conspectu domini. et tribulationem meam ante ipsum pronuntio. non ad aliquid sibi manifestandum. quia omnia nuda et aperta sunt oculis eius sed ad consolationem aliquam impetrandam. Cuius causam subdit cum dicit. In deficiendo ex me spiritum meum. q. d. in tanta afflictione sum quod fere expiro. et tu cognovisti semitas meas. per quas ego possim incedere magis secure. q. d. illas non video nisi dirigas me. Ideo subdit. In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi. quia saul et eius satellites in terra israel querebant per multas insidias eum capere et cum inde fugeret in geth philistei voluerunt eum occidere. ideo subdit. Considerabam ad dexteram. i. ubi possem invenire aliquam prosperitatem que per dexteram designatur. et non erat qui cognosceret me. quia in terra israel nullus audebat ei humanitatem prestare timore regis saulis. Periit fuga a me. quia david fugiens in terram philistinorum fuit ibi in periculo maiori ut predictum est. Ideo subdit. et non est qui requirat animam meam. i. vitam meam ad salvandum ipsam. Clamavi. postquam david explicavit anxietatem animi sui hic petit ab eo liberari. d. clamavi ad te domine. positus in dicta anxietate. dixi tu es spes mea. quia per te solum spero liberari. portio mea in terra viventium. i. inter viventes huius seculi non habeo unde vivam nisi per tuam promissionem quia dixit quia erat profugus ab hereditate sua temporali. Intende ad deprecationem meam quia humiliatus sum nimis. q. d. ita afflictus sum et abiectus quod cum magna difficultate possim substinere. ideo subdit. libera me a persequentibus me. i. a saule doeg et similibus. quia confortati sunt super me. i. fortiores me in terra. ideo non possum resistere propter regiam potestatem me persequentem. educ de custodia. i. de carcere. Sicut dicitur gen. xlii. tradidit illos custodie tribus diebus et tribus noctibus tertio die eductus de carcere etc. Unde in hebreo et translatione Ieronimi habetur hic. educ de carcere animam meam. i. me ipsum. a meliori parte denominando totum. Carcerem autem vocat david illam speluncam in qua erat absconditus nec audebat exire. ad confitendum nomini tuo. ad hoc enim precipue desiderabat de persecutione saulis liberari ut posset libere accedere ad tabernaculum domini et ibi confiteri domino confessione laudis. me expectant iusti. scilicet samuel et alii iusti de populo israel qui expectabant cum desiderio. i. coronationem david in regem sicut dixerat per samuelem. donec retribuas mihi. pro persecutione quam patior dignitatem regni. In hebreo habetur. me coronabunt iusti cum retribueris mihi. quod fuit impletum quando seniores de omnibus tribubus israel unxerunt david in regem. ii. reg. v. Moraliter potest exponi psalmus iste de quolibet fideli in magna afflictione existente exemplo david explicante coram deo anxietatem animi sui, petendo devote ab eo divinitus liberari, ut sic confessione laudis divine posset libere domino confiteri.

Domine exaudi orationem meam. CXLII

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo et in translatione ieronimi. psalmus david. In aliquibus tamen bibliis ponitur talis additio. psalmus david quando persequebatur eum filius suus absalon. que quidem additio videtur apposita ab aliquo doctore seu expositore eo quod litera huius psalmi videtur ad hoc satis concordare. illa enim persecutio duravit pluribus diebus. et ideo david in illa existens fecit plures psalmos ut patet ex superdictis

scandali

orando deum devote pro sua liberatione. Igitur secundum hoc psalmus iste in duas partes dividitur. In prima ponitur petitio lacrimosa. secundo subditur exauditio gratiosa ibi. spiritus tuus. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur dicta petitio. secundo petitionis ratio ibi quia persecutus est. Circa primum dicit. domine exaudi orationem meam. a persecutione absalon me liberando. auribus percipe obsecrationem meam. Repetitio est eiusdem sententie ad maiorem devotionis expressionem. In veritate tua exaudi me in tua iustitia. id est in veritate tua que est idem quod tua iustitia. et in hoc allegat mandatum divinum quo precepit filius parentes honorare Exo. 22. honora patrem tuum etc. Et ideo ad veritatem divinam et iustitiam pertinebat liberare david a persecutione filii sui a quo debebat honorari. et non intres in iudicium cum servo tuo. id est mecum. Sciebat enim david quod illa persecutio ex permissione divina erat mota contra eum propter peccatum adulterii cum bersabee et homicidii urie secundum quod dixerat sibi nathan propheta 2. Re. 12. hec dicit dominus. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua etc. ideo dicebat david. non intres in iudicium cum servo tuo. quasi dicat non punias secundum rigorem iustitie secundum quam david incurrerat mortem. quia secundum legem divinam utrumque vitium plectitur morte. et ad hoc allegat fragilitatem humanam que peccaverat dicens. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. id est nullus homo vivens iustificabitur quantumcumque sibi caveat cum frequenter labitur saltem venialiter peccando prover. 24. septies in die cadit iustus etc. Et in hoc allegat david quod deceat deum rigorem iustitie temperare propter humana fragilitatem. Quia persecutus. hic ponitur predicte petitionis ratio que accipitur ex atrocitate persecutionis quam david sustinebat. ideo dicit. quia persecutus est inimicus. id est absalon et achitophel eius consiliarius animam meam. id est vitam meam. querebant enim eum occidere. humiliavit in terra vitam meam tunc enim fugit david pedibus nudis flens et operto capite ut habetur 2. Re. 15. iniurias etiam semei valde humiliter sustinuit. secundo Re. 16. Collocavit me in obscuris. quia david fuit compulsus se abscondere in locis desertis et cavernosis. Sicut mortuos seculi. qui ponuntur in foveis subterraneis. et anxiatus est super me spiritus meus. ex nimia afflictione. In me turbatum est cor meum. propter malitiam filii mei me persequentis. memor fui dierum antiquorum. id est dierum noe in quibus mundum submersisti diluvio propter peccata luxurie et in quibus per noe contra tuum male dixisti cham gen. 19. quasi dicat david ex istis valde timeo punitionem meam pro peccato adulterii bersabee et dampnationem filii mei pro mea persecutione. propter quod eum mortuum valde luxit ut habetur 2. Re. 18. ut ibidem plenius dictum fuit. meditatus sum in omnibus operibus tuis. in quibus semper continetur iustitia. In factis manuum tuarum. Repetitio est eiusdem sententie ad maiorem expressionem et quia divina iustitia est formidanda. ideo subdit david. Expandi manus meas ad te. deprecando humiliter. anima mea sicut terra sine aqua tibi. In hebreo habetur. In terra laxata. et est eadem sententia. quia terra sine aqua in pulveres resolvitur et quia res laxata dissipatur. et ex hoc designat david quod erat totus dissolutus timore divine iustitie. propter hoc subdit adhuc. velociter exaudi me domine defecit spiritus meus. id est prope defectum sicut de homine appropinquante ad mortem dicitur iam est mortuus. ne avertas faciem tuam a me. tamquam offensus contra me. et loquitur de deo ad modum hominis qui indignanter avertit faciem suam ab eo contra quem est offensus. et similis ero descendentibus in lacum. si avertas faciem tuam a me modo predicto. auditam fac mihi mane. id est velociter sine retardatione. misericordiam tuam. per effectum evidentem. quia in te speravi. non in virtute humana. notam fac mihi viam in qua ambulem. ut sic ad locum securitatis perveniam. hoc dixit david quia fugiebat vagabundus per desertum. quia ad te levavi animam meam. de auxilio tuo sperando. eripe me de inimicis meis. id est absalon et sibi adherentibus. doce me facere voluntatem tuam. homines enim conturbati nimis perplexi sunt et consilio maxime indigent ideo econverso. Spiritus tuus. hic consequenter ponitur exauditio gratiosa. hinc enim david responsum ex divina revelatione se fore liberandum de persecutione absalonis et in regno suo restituendum ut dictum fuit supra

psalmo tertio. ideo dicit david. spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. id est in ierusalem ubi erat tabernaculum et archa domini. propter nomen tuum domine vivificabis me. de periculo mortis michi imminente. in equitate tua. et non mea. educes de tribulatione animam meam. id est vitam meam vel me ipsum. et in misericordia tua disperdes inimicos meos. quia illi qui erant cum absolon ad persequendum david fugerunt dispersi ad diversa loca secundum quod dicitur 2. Re. 18. omnis autem israel fugit in tabernacula sua etc. Et perdes omnes qui tribulant animam meam. quia achitophel se suspendit. 2. Re. 17. et absalon interfectus fuit et multi de populo. secundo Re. 18. et syba filius bochri movens contra david seditionem decapitatus fuit. secundo Re. 20. Moraliter exponitur psalmus iste de quolibet fideli existente in persecutione gravi qua lacrimose petit divinitus liberari propter quod meretur gratiose exaudiri.

CXL
III

Benedictus dominus.

Hunc psalmo premittitur talis titulus in hebreo et translatione ieronimi. david. sine aliqua additione. dicit tamen ieronimus in prologo super librum psalmorum quod david fecit hunc psalmum cum staret contra goliath gettheum de quo habetur 1. Re. 17. Circa quod sciendum quod secundum quod dicit augustinus de pugna david et golie quod david accepit hanc pugnam ex instinctu spiritus sancti et revelatione. per quam dominus volebat per eius victoriam philisteos debellare. propter quod dixit golie primo Re. 17. tu venis ad me cum gladio et hasta et clipeo. ego autem venio ad te in nomine domini et subdit. et dabit te dominus in manu mea et percutiam et auferam caput tuum a te et dabo cadavera castrorum philistiim hodie volatilibus celi et bestiis terre ut sciat omnis terra quia est deus israel etc. Igitur secundum istam sententiam psalmus iste in duas partes dividitur. quia primo david domine sibi assistens adiutorium confitetur. secundo laudare dominum pollicetur. ibi. deus canticum novum. Prima adhuc in duas quia primo confitetur assistentiam adiutorii divini. secundo hoc attribuit bonitati divine et non sibi. ibi. quis est homo. Circa primum sciendum quod david processit ad pugnam contra goliam inermis excepto baculo et funda ut habetur primo Re. 17. ut per hoc in eius victoria magis reluceret virtus divina. homo autem in baculo pugnat cum manibus et quantum ad hoc dicit. benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prelium. pugnando vero in funda utitur magis digitis et quantum ad hoc subditur et digitos meos ad bellum. misericordia mea. quia proprium est ipsius dei parcere et misereri. ideo david vocat eum misericordiam in abstracto dicens. misericordia mea. in beneficiis michi conferendis. et refugium meum. in periculis evitandis. Susceptor meus tamquam pater misericordiarum. et liberator meus in periculis occurrentibus. protector meus. contra goliath gettheum. et in ipso speravi. de victoria obtinenda. qui subdis populum meum sub me. In hebreo et translatione ieronimi habetur. qui subdis populos michi. id est philisteos in magna multitudine existentes. propter quod omnes fuerunt in periculo. per hoc enim quod golia interfecit fuerunt omnes philistei debellati ut habetur 1. Re. 17. Ad hunc autem intellectum reducitur littera nostra. qui subdit populum meum. id est populum israel sub me. id est obedientia mea. per hoc enim quod david goliam devicit habuit magnum nomen in populo israel et fuit princeps super viros belli contra adversarios regni et per hoc fuit dispositus ad hoc quod populus desideraret dominium eius. Unde tamen populus venit ad eum ut unge ret eum in regem dixerunt ei 2. Re. 5. Cum esset saul rex super nos tu eras educens et reducens israel. Domine. hic quod david attribuit totum divine bonitati. Et primo quantum ad revelationem sibi factam contra goliam ut predictum est. dicens. domine quid est homo. id est ipse david. quia innotuisti ei victoriam de golia revelando. aut filius hominis. id est ipse met david. qui vocatur filius ysay primo Re. et 2. in pluribus locis

quia reputas eum. tamquam merito dignum. q. d. hoc p
uenit ex tua bonitate tantum. ideo subdit. homo. i. Adam
uanitati similis factus est etc. i. nullius momenti in se
et in sua reputatione propter quod postquam iam adeptus
fuiat regiam dignitatem dixit. ii. Re. vi. uilior fiam pla
quam factus sum et ero humilis in oculis meis. Secundo at
buit domino bonitatem obtentum uictorie. d. domine inclina
celos tuos et descende. non per loci mutationem sed pre
tatis considerationem. tange montes. i. petitos phi
listeos superbos. et fumigabunt. i. uirtus et cetus
eorum extinguetur. fulgura coruscationem. i. ostende tue
uirtutis euidentiam. et dissipabis eos. i. acies eo
rum. Emitte sagittas tuas. i. dirige lapides in eos
qui dicuntur hic sagitte eo quod mittuntur a longe de
funda sicut sagitta de archu. et conturbabis eos
quia prostrato golia ad ictum lapidis philistii conturba
ti et stupefacti fuerunt et filii Israel insequentes uictos
occiderunt primo Re. 18. Emitte manum tuam de alto et
eripe me. de manu golie. et libera me de aquis mul
tis. i. de philisteis eo modo loquendi quo dicitur apoc. 17.
aque quas uidisti super aquas multi populi sunt et gentes
etc. et de manu filiorum alienorum. et per idest. i. de ma
nu philistinorum qui dicuntur filii alieni eo quod erant
ydolatrie dediti. quorum os locutum est uanitatem.
quia goliath fortissimus omnium philistinorum exprobra
bat agminibus Israel iactanter. d. ego exprobraui ag
minibus Israel hodie primo Re. 17. et dextera eorum. idest
habebant ministrum bellum. dextera iniquitatis. quia contra Israel
Deus canticum nouum. hic
consequenter dauid per beneficiis predictis deum laudare promit
tit In qua quidem laude primum beneficium recognoscit
et secundo prosperum statum gentis sue deposcit. ibi quorum
filii. Circa primum dicit. deus canticum nouum cantabo
tibi. in recognitione noui beneficii. In psalterio deca
cordo. i. decem cordas habente. psallam tibi. Cantus enim huius
psalmi magis apparatum huic ministro quam alteri quem de
cantabat dauid non solum uoce humana sed etiam musico
ministro. qui das salutem regibus. i. mihi et sauli. uocat se
regem eo quod erat inunctus per samuelem et similiter saulem
eo quod adhuc tenebat regnum. et uterque tunc fuit sal
uatus quia dauid habuit uictoriam de golia et sa
ul de exercitu philistinorum. quia tamen hoc procel
serat ex merito dauid ut dicitur est ideo subdit. qui rede
misti seruum tuum de gladio maligno. i. de gladio goli
e cuius hastale erat quasi liciatorium texentium et ferrum
sexcentos habebat siclos ferri ut habetur primo Re. 17. eri
pe me et erue me. hic incipit ulius in me textus prete
in hebreo et translatione ieronimi. de manu filiorum a
lienorum etc. exponitur sicut supra. quia est repetitio eius
dem sicut frequenter fit in canticis. Quorum filii etc. hic
consequenter dauid prosperitatem Israel deposcit prout sonat lit
tera hebraica et translatio ieronimi que sic habent. ut sint filii
nostri. i. filii Israel. iuuenes. qui quasi plantatio crescens
in adolescentia sua. i. proficiant in uirtute corporis et ment
filie nostre quasi anguli ornati. ad similitudinem templi. i. ut
ornentur et tondeantur nuptui ut sic possit melius populus
multiplicari et in hoc petit dauid prosperitatem populi Israel
quantum ad multitudinem personarum. Consequenter idem pe
tit quantum ad multiplicationem bonorum temporalium sine qua
non potest multiplicatus populus sustentari Et primo in terre na
scentibus s. blado et uino et similibus. d. promptuaria
nostra bona et superhabundantia ex hoc in illud. Secundo in
animalibus cum dicitur. pecora nostra in milibus et innumerabilia
in campis nostris. tauri nostri pingues. sic habet translatio
ieronimi et littera hebraica est eadem in sententia quamuis taliter est
Oues nostre a milibus in decem milia in gregibus nostris bo
ues nostri pingues. Tertio in hedificiis et clausuris
cum dicitur. non est interruptio. s. in muris ciuitatum
et non est regressus. unde possint fugere illi quia aspe

nos detineret captiuos de alienis gentibus. et non est ululla
tus in plateis nostris. propter inimicos nostros subito ui
nientes. q. d. sint ciuitates nostre ita fortes et munite
quod non habeamus timorem incursum subitum hostium. non miran
dum est de mutatione modi loquendi. uidelicet de optatiuo modo ad in
dicatiuum et de futuro ad presens quia talis mutatio frequens
est in prophetis et maxime in scripturis metrice compositis
cuius modi est liber psalmorum et prosperitas temporalis non est ad
bonum male utentium secundum quod dicit beatus ambrosius super
lucham sicut diuitie sunt impedimenta reprobis ita probis sunt
adiumenta uirtutis ideo subdit. beatus populus cuius talia sunt.
si tamen bene utatur propter quod subditur. beatus populus cuius est dominus
deus suus. quia ille qui deum uere colit bene utitur temporali
prosperitate. Aliqui uero expositores nostri litteram predictam ab
illo loco quorum filii prout iacet in translatione communi expo
nunt de philisteis cuiusque uideo littere processum. quia ut isti
dicunt gloriabantur de multitudine et pulcritudine prolis ma
sculine et feminine. de habundantia in terre nascentibus. et
de animalibus et de fortitudine ciuitatum et sic in fine subditur.
beatum dixerunt. s. philistei. populum cui hec sunt. uel. beatus
populus cuius talia sunt. iactando se de predictis. sed quia
male utentes huiusmodi erant philistei non erant propter
hoc beatiores sed miseriores. ideo ad repellendum dictum eorum
subditur. beatus populus cuius populus deus eius. qualis erat populus iudeorum
colens unum deum uerum. Sed quia hebrei et ieronimus litteram
predictam non referunt ad philisteos sed magis ad hebreos ut
dictum est ideo translatio communis potest reduci ad intellectum eorum supra positum
sic ut ab illo loco. quorum filii etc. sit constructio suspensiua
usque ad illum locum. beatum dixerunt etc. beatitudinem que habetur in prin
populum cui hec sunt. s. premissa litteram cum dicitur. quorum filii sicut no
uelle plantationes etc. i. qui habundant in bona prole mascu
lina et feminina et in terre nascentibus propter quod subditur. pro
mptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. propter diuersas
prosperitates terre nascentium habundantes et similiter in animalibus propter
quod subditur. oues eorum fetose etc. similiter in fortibus ciuitatibus propter
quod subditur. non est ruina maceriei neque transitus. ubi hostes possint
faciliter irruere. Et per consequens. nec clamor in plateis eorum. ex
subito incursu hostium et quod deceat deum dare talia populo
Israel ostendit cum subditur. beatus populus cuius dominus deus eius. q. d. hic solus est
iudaicus in quo per tunc uigebat fides unius dei et eius cultus
Et ideo cum adhuc sit beatus principaliter decet quod habeat habun
dantiam bonorum temporalium que in omnibus bonis facit adiutorium uirtutis
Moraliter potest exponi psalmus iste de quolibet fideli qui habita uic
toria de hoste uisibili seu inuisibili cuius modi est spiritus malig
nus exemplo dauid insistit ad laudem dei etc.

Exaltabo te

CXLIIII

Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo et
translatione ieronimi. hymnus dauid. Circa quod sciendum quod
hymnus proprie est laus diuina cum cantico seu exultatione. idest
si non sit laus dei sed alterius proprie non est hymnus etiam si fiat cum
exultatione et similiter si sit laus diuina et non fiat cum cantico
sed magis cum fletu sicut trenum ieremie non est proprie hymnus. Et ideo
per hoc quod dicitur in titulo huius psalmi hymnus dauid designatur
quod dauid fecit hunc psalmum ad dei laudem cum cantico seu exul
tatione. Et diuiditur in tres partes quia primo dauid deum
laudat, secundo alios ad huiusmodi laudem excitat ibi generatio.
Circa primum dicit. exaltabo te domine. per cantionem meam. deus
meus per fidem et specialem deuotionem. rex. per omnium gubernatio
nem. Rex enim dicitur a regendo. benedicam nomini tuo. non benedic
tione consecrationis que a maiore impenditur minori heb. 7. sed
nulla contradictione quod minus est a melius benedicitur. sed benedictione
gratiarum actionis et laudis que fit a minori. In seculum et in seculum
seculi. prouidit enim dauid quod iste psalmus et alii ab eo facti es
sent cantandi in futuris generationibus ad laudem dei. per sin
gulos dies benedicam tibi. quia dauid singulis diebus aliqua
hora uel pluribus intendebat diuinis laudibus. Cuius ratio subditur
ibi. magnus dominus. non magnitudine molis sed uirtutis et laudabilis

nimis .i. plus q̄ possit a c̄tura laudari etc. et benedicē
simplex et absolutum. nam quamdiu uiuit homo potest recuti ad bonum. sed est sensus quidam quia tales cum difficultate possunt re dire propter consuetudinem peccandi inclinatam per modum nature. unde h. meteo. impossibile dicitur unicus quod est difficile sicut etiam communi sermone de homine male uidente dicitur quod non potest uidere. semen maledictum ab initio. gen. 9. maledicto chanaam filius filiorum erit etc. ¶ Nec timens. hic ostendit quod deus non puniuit chananeos propter aliquem ex timore alicuius qui posset facta sua corrigere quia hoc est impossibile. et hoc est quod dicitur. nec timens aliquem etc. et patet littera usque ibi. aut quis tibi imputabit ad culpam. s. perierunt nationes quas tu fecisti. quasi dicat nullus quia sicut mera uoluntate produxit eas in esse ita libere potest eas in nichilum redigere. nec est enim alius deus quam tu. nam eciam secundum philosophos necesse est esse unam primam causam omnium. cui cura est de omnibus. nam diuina prudentia ad omnia se extendit quantumcumque minima. Cetera patent.
Cum g°. hic ostendit declarat dictum suum affirmatiue et diuiditur in duas partes quia primo facit propositum. secundo ex hoc triplex concludit ibi. docuisti autem. declarat autem quod supra dictum est de punitione chananeorum ex hoc quod deus est iustitia et bonitas per essentiam propter quod non potest aliquid facere nisi pie et iuste. ideo dicitur. Cum g° sis iustus. per essentiam. ipsum quoque qui non debet puniri considerando suam innocentiam. condempnas. aliquando ad sue patientie probationem sicut patet de sancto iob. et exterum. i. extraneum. extimas a uirtute tua. i. extimare permittis. unde amici iob reputabant ipsum peccatorem et a deo alienum eo quod uidebant sic flagellatum sicut in libro iob fuit declaratum plenius. Uirtus enim tua. i. potentia tua. iustitie initium est. nam per omnipotentiam suam iustificat impium. nam sicut dicit augustinus maius est iustificare impium quam creare celum et terram et quia iustitiam dei committitur misericordia spiritus sancti. ideo subditur. et ob hoc quod dominus omnium es omnibus te parcere facis. nam superpunit citra condignum et remunerat ultra condignum. uirtutem enim non credis. i. potentiam tuam infinitam. tu qui non credens ab ydolatris. esse in uirtute consummatus. i. perfecto simpliciter infideles enim et ydolatre negantes deum uerum non credebant ipsum esse simpliciter perfectum. et hos qui te nesciunt. i. infideles. in audacia traducis. i. punis de peccato in penam. ex hoc enim quod deum ignorabant audacter peccabant. tu autem dominator uirtutis. i. in uirtute perfectus. cum tranquillitate iudicas. i. modeste punis. et cum magna reuerentia disponis nos. non statim peccata puniendo sed ad penitentiam expectando. et subditur causa. subest enim tibi cum uolueris posse. s. peccata punire. ¶ Docuisti autem. hic ex dictis infert triplex correlarium. primum est quod per hoc quod deus in puniendo ipse se habuit iuste et pie dedit exemplum iudicibus huius mundi ut sic se habeant subditos puniendo. et hoc est quod dicitur. docuisti autem populum tuum. per talia opera iusta et pia. quia oportet iustum esse et humanum. i. benignum iudicem seculi. ¶ Et bone spei. hic ponitur secundum per hoc enim quod cum misericordia puniuit chananeos. dedit spem filiis israel colentibus ipsum consequendi ab eo maius bonum. et hoc est quod dicitur. et bone spei fecisti filios tuos. i. hebreos exo. 4. filius meus primogenitus israel. quia iudicans. i. puniens. das locum in peccatis. penitentie. chananeis ut patet ex predictis. et ex hoc arguit. d. Si enim inimicos seruorum tuorum. i. chananeos et egyptios. et debitos morti. i. obligatos morti propter peccata sua enormia ut dictum est supra. et liberasti. penam in parte differens ut haberent tempus penitendi modeste et pie eorum punitionem ordinans ad eorum emendationem. quorum patribus etc. i. abrahe. ysaac. et iacob quibus facta fuerunt dei promissa ¶ Cum g°. hic ponit tertium correlarium. et secundo declarat quoddam dictum ibi. unde et illis. Circa primum concludit ex predictis circa hebreos et eorum aduersarios dissimilem diuine punitionis modum. nam

uno est medicinalis. alter uero contra ad obstinationem in malum. et hoc est quod dicitur. cum g° das nobis disciplinam. i. flagellas nos ad nostram correctionem. sic enim iubet magister discipulum et pater filium. inimicos nostros in mala obstinatos. multipliciter flagellas. primo pena temporali. ut per hoc si uellent possent a malitia mutari ut predictum est. sed quia abusi sunt per obstinationem. secundo flagellati sunt per penam eternam. ut per bonitatem tuam requiramus iudicantes. i. cum alios punimus hoc faciamus modeste exemplo bonitatis tue. et cum de nobis iudicatur. i. cum pena nobis infertur. speremus misericordiam tuam. reuertentes ad te per penitentiam ¶ Unde et illis. hic ostendit declarat quoddam dictum. s. quod pena temporalis obstinatorum non est medicinalis quia per hoc non euaserunt eternum interitum. et primo ponit suam declarationem. secundo remouet quandam falsam responsionem ibi. per hec que putabant. Circa primum dicitur. unde et illis qui in uita sua insipienter. contra uos deum. et iniuste. contra ad proximos. uixerunt. usque ad mortem. per hec que coluerunt. i. propter cultum ydolorum que insipienter etiam uilibus creaturis exhibuerunt ut habetur infra. dedisti summa tormenta. i. eterna. et enim in erroris uia diutius errauerunt. i. peccati uia. deos extimantes hec que in animalibus sunt supernacua. i. habitu animalia sunt magis nociua ut serpentes talpas et uespertiliones ut dictum est supra. Infantium insensatorum more uiuentes. i. bonum a malo non distinguentes. propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. inferendo eis penam per quam derisibiles reddebantur ut egyptii ranis et ciniphibus grauiter affligebantur. et chananei uespis pungentibus uulnerabantur. qui autem ludibriis et increpationibus illis non correcti sunt. sed magis obstinati. dignum dei iudicium. i. penam eternam. experti sunt. et subdit huius causam. d. In his que patiebantur. a ranis et uespis et huiusmodi. moleste ferebant. i. impatienter. In quibus patientes. non a patientia sed a passione ut sit sensus in quibus passionibus et plagis indignabantur contra deum blasfemantes ipsum. sicut dicitur apoc. 16. et blasfemauerunt nomen dei habentis potestatem super has plagas ¶ Per hec. hic autem remouet quandam responsionem falsam qua posset aliquis dicere quod propter hoc per iudicium dei recte fuerunt indignati et moleste quia notitiam eius non habebant. hoc remouet per hoc quod uidentes deos suos destrui per filios israel quibus propter deus deos chananeorum destruere exo. 23. cognouerunt quod deus hebreorum erat potentior diis suis. et sic eum cognouerunt. non tamen adorauerunt. sicut romanis. primo dicitur de philosophis qui cum deum cognouissent non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt etc. et hoc est quod dicitur. per hec que putabant deos in ipsis. i. inter eos. extimantes a filiis israel uidentes olim negabant se nosse. s. deum hebreorum deum agnouerunt. per effectum ut dictum est. non tamen sicut deum glorificauerunt. ideo subditur. propter quod et finis condempnationis. i. pena eterna. ueniet super illos. s. in finali iudicio quando cruciabuntur in anima et corpore pena gehenne.

Uani autem sunt. XIII

Hec est pars incidentalis in qua occasione ydolatrie chananeorum tractat generaliter de ydolatria omnium gentium. et diuiditur in duas partes. nam primo reprobatur ydolatria gentium. secundo commendatur latria iudeorum ibi. prima in duas quia primo reprobatur latria exhibita ymaginibus fabricatis ibi. infelices autem sunt. prima adhuc in duas. quia primo ydolatria dicta declaratur. secundo reprobatur ibi. quorum si spe. Circa primum dicitur. Uani autem sunt. i. ueritate uacui. omnes homines in quibus non subest scientia dei. et isti sunt ydolatre carentes notitia ueri dei. et de hiis que uident bona. i. principaliter sicut sunt sol et luna et huiusmodi. ex quorum influentia proueniunt nobis bona. non potuerunt intelligere eum qui est. s. bonus per essentiam. neque operibus diuinis attendentes agnouerunt quis esset artifex. s. deus uerus quamuis a posteriori non possit

cognosci. cognoscibilis tamen est a posteriori .s. ab effectibus. Sed aut ignem. quem vulcanum dicebant. aut spiritum .i. purum etherem quem vocabant iovem. aut citatum aerem .i. mobilem quem dicebant iunonem. aut gyrum stellarum .i. signa zodiaco revoluta que deos dicebant. unde de signo geminorum dicebant quod erant castor et polux in deos translatos. et sic de aliis. aut nimiam aquam. quam thetim vocabant. aut solem et lunam. quos vocabant phebum et dianam. rectores orbis terrarum deos putaverunt .i. crediderunt esse deos mundum regentes. Quorum. hic ostendit dictum errorem removetur. Et primo removetur erronea opinio. secundo quedam insufficiens excusatio ibi. Sed tamen. Circa primum dicit. quorum .i. solis et lune et huiusmodi. si specie .i. pulcritudine delectati deos putaverunt eos esse ut dictum est. sciant .q.d. hoc deberent scire. quanto his dominator eorum .i. deus qui est causa prima omnium. speciosior est. nam eius pulcritudo excedit in infinitum quod probatur cum subditur. speciei .n. generator .i. pulcritudinis universe auctor. hec omnia constituit. et potius eius pulcritudo in ipso excellentius in infinitum preexistit. aut si virtutem et opera eorum. que faciunt in transmutatione creaturarum mirati sunt tamquam quedam excellentia item minus. intelligant ab illis .i. intelligere deberent ab istis. quoniam qui hec fecit .s. deus qui ab omnibus dicitur prima causa. fortior est illis. nam eminentius continet omnia causata. ideo subditur. a magnitudine .n. speciei et creature .i. pulcritudinis universi. cognoscibiliter poterit creator horum videri. nam per effectum potest in cognitionem cause devenire. Si tamen. hic removet quandam excusationem quam posset aliquis dicere quod laborantes in cognitione creaturarum possent excusari si non cognoverunt deum qui excedit creaturas in infinitum quod excluditur sed per hoc quod licet per creaturas non possit cognosci quantum ad distinctionem divinarum personarum potest tamen per eas cognosci quantum ad essentialia attributa .s. potentiam sapientiam et huiusmodi in quibus improportionaliter transcendit omnem creaturam mundi. et hoc est quod dicit. Sed tamen adhuc in his. qui voluerunt alias excellentes tamquam deos ut solem et lunam. et huiusmodi. querela minor est. quam in illis qui crediderunt serpentes et vilia animalia. et hi .n. fortasse errant deum querentes. et ideo creaturis eminentibus divinitatem stulto attribuentes. Etenim cum in operibus illius conversentur. ordinem creaturarum meditando. et inquirunt et persuasum habent. et pro vero tenent quoniam bona sunt que videntur. s. sol et luna et alie nobiles creature, sed per hoc earum creatorem noluerunt agnoscere. ideo subditur. iterum autem nec his debet ignosci. quia sunt culpabiles cuius ratio subditur cum dicit. Si .n. tantum potuerunt scire per rationem naturalem. ut possent estimare seculum .i. considerare creaturarum ordinem. quomodo huiusmodi dominum .s. seculi. facilius non invenerunt. q.d. debuerunt statim invenire. nam omnia mundi oportet ad unum primum principium immutabile reducere. aliter esset processus in infinitum quod est impossibile. Cum igitur omnes creature visibiles sint mutabiles aliquomodo potuerunt venire ab illis ad cognitionem primi motoris omnino immobilis. sicut philosophus deducit .8. phisicorum. Infelices. hic ostenditur repletur ydolatria ymaginibus exhibita. Et dividitur in tres partes quia primo repletur ymaginum fabricatio. secundo earum adoratio ibi et de substantia. tertio adorationis inchoatio ibi. Initium .n. Circa primum dicit. Infelices autem sunt .i. privati vera felicitate. et inter mortuos spes illorum est. quia nulla spes est de eorum salute quamdiu sunt tales. qui appellaverunt deos opera manuum hominum. ydola namque quantum ad figuram fiunt per artem. materia vero est res nature ut aurum et argentum et reliqua de quibus fiunt ydola. opus manus antique. hoc addit. nam ydola ab antiquo facta in maiori reverentia habebantur. unde et aliqui simplices christiani aliquas ymagines antiquas crucifixi que dicuntur facte a nichodemo magis reverentur. aut si quis artifex faber .s. lignarius. de silva lignum rectum secuerit. huius docte eradat .i. perfecte radat. fabricet vas utile. sic est in libris correctis .i. valde utile. ut dicunt aliqui et adducunt pro simili dictum virgilii. nimium imprudentibus nocent ymbres .i. valde prudentibus. posset aliter dici .s. quod sunt due dictiones. vas inutile .i. factum ad utilitatem humanam. ideo subditur. in conversatione vite. i. quia necessaria sunt multa ligna. reliquiis autem huius operis .i. dolaturis. ad preparationem .i. ad coquendum escas. et reliquum horum .i. residuum ligni. quod ad nullum usum facit. .i. quia non est aptum aliquid faciendum. lignum curvum et viticibus .i. nodis plenum. de tali vero ligno aliquid fit ymago tamen ex eo quod est magis durum. sculpat diligenter per vacuitatem suam .i. ab eo factam. nam sculpendo facit aliquas vacuitates in ligno. Cetera patent usque ibi. illud comparet .i. adaptet vel assimilet. perliniens rubrica .i. colore rubeo. et rubicundum faciens fuco .i. pigmento et omnem maculam que in ligno est perliniens. colore ad hoc apto. aliqui libri habent hic terra. sed non est in libris correctis. et faciat ei dignam habitationem .i. locum ubi reponatur. Cetera patent. Et de substantia. hic ostenditur reprobatur ymaginum adoratio et primo pro negociis maximis. secundo etc. Circa primum dicit. et de substantia .i. de divitiis votum faciens ydolo. ut exaudiat eum. inquirit .i. petit ab eo divitias. filios. et nuptias filiorum. non erubescit loqui etc. q.d. debet erubescere. et pro sanitate quidem. obtinenda vel consulenda. infirmum deprecatur. hic accipitur infirmitas large pro impotentia. nam ydolum non potest se iuvare. Infirmitas .n. proprie est in animalibus tamen, sicut et sanitas. et pro vita consulenda. rogat mortuum .i. carens vita. nam proprie loquendo mortuus non dicitur nisi quod vixit. cetera patent.

Iterum alius XIIII. hic ostenditur reprobatur veneratio ydoli pro negociis maritimis. Et primo ponitur hec reprobatio. secundo declaratur ad quid valet navigatio ibi. Sed ut non essent. Circa primum dicit. Iterum alius navigare cogitans etc. ligno portante se .i. navi. fragilius lignum .i. ydolum ligneum quod ad nichilum est utile. invocat. ut navigationem suam dirigat. illud enim .i. ydolum. cupiditas acquirendi pecuniam excogitavit. unde actuum dicitur quod demetrius faciens edes argenteas diane prestabat artificibus magnum questum. Tua autem pater celestis gubernat providentia. hominum navigationem et non ipsum ydolum quod probatur ex hoc quod etiam sine navi filiis israel dedit viam in mari exo. 14. et hoc est quod dicit. quoniam dedisti in mari viam etc. et patet ex dictis littera. Sed ut non essent. hic ostenditur navigationis utilitas et primo facit propositum. secundo concluditur fabricationis ydoli malum ibi. per manus. prima in duas secundum duplicem utilitatem. secunda ibi. Sed et ab initio. Utilitas vero est quia primo per navigationem homines deferunt illa que habundant in una terra ad aliam ubi est talium penuria et sic terrarum relevantur indigentie. et hoc est quod dicit. Sed ut non essent vacua sapientie tue opera. creaturas .n. inferiores fecit deus propter hominem. et ideo si non deferrentur eis in natura viderentur esse vacue. quantum ad hoc in suis utilitatibus per navigationes ideo fuit ille utilitas ut dictum est. ideo subditur. propter hoc enim et exiguo .i. navi que est valde parva respectu navigationis maris. credunt homines animas suas .i. exponunt vitas suas. et transeuntes mare. ut per mercationes releventur necessitates humane. per ratem liberati sunt. Sed ab initio. hic ponitur secunda utilitas que fuit tempore noe qui cum uxore et filiis et eorum uxoribus multiplicavit post diluvium genus humanum. et hoc est quod dicit. Sed et ab initio .i. a prima mundi etate que ab adam duravit usque ad diluvium. cum perirent superbi gigantes. propter quorum peccatum principaliter inundavit diluvium ad quod denotandum dicit gen. 6. gigantes autem erant super terram in diebus illis. spes orbis terrarum .i. noe cum personis dictis. ad ratem confugiens .i. ad archam. remisit seculo semen nativitatis. quia per ipsum et eius filios multiplicatum fuit post diluvium genus humanum. que manu tua erat

gubernata

gubernato · s. dicta archa · bndictu e ei lignu · i. ar
cha illa de lignis facta · p qd fit iusticia · nam ipius
penitib9 p eam iusti fuiit saluati q erat iustic · p
manus · hic oñter cocludit rone ydoli malu ei de
per manu aut q fit ydolu · i. ydolu manu factu · ma
ledictu est et ipm et qui fecit id · et sbdit ca ei de
Similiter aut odio sut deo ipius et ei9 ipietas · i. fab
ricator ydoli et ydolu ab eo factu · nam utruqz e ca
ydolatrie · et eu q factu e cu illo qui fecit tormta
patietur · hoc no pot intelligi de ydolo absolute cum
sensu no heat p que possit tormtu sentire · ppt q
intelligi de demone qui colebat ydolo / et ibi respo
sa dabat aliqs · ppter q di · mt · 25 · discedite a me ma
ledicti i igne eternu qui parato e dyabolo et angelis ei9
ppter hoc in ydolis nationu · i. i demonib9 i ydolis
hitantib9 · no erit respectio · s. mie diue · nam pena
demonu e irremissibil · qm creature dei · i. demones a
deo creati sut ad nam · in odiu facte sut · p eoru
culpa que no e a deo autore · s a liberi arbitrii deffec
tibilitate · et in teptatoe aie homiu · nam de celo de
iecti studet hoies ipedire a sua salute · et in musci
pulam pedib9 isipientiu · qui uincut teptationib9 de
monu / sapientib9 aut qui uiriliter resistunt hui9 teptatio
ib9 no i muscipula · s mag i uicto et corona · Initiu
n. hic oñter poit ydolatre inchoatoe cui9 pmo poit ini
tiu · 2o pcedens inde malu ibi · et no suffecerat · pma
i duas sm duplice ichoatois mm · 2a poit ibi · deinde
interueniente · pma uero ca fabricatois ydolor et p
dolatre fuit affecto iordinato homiu ad ppinquos suos
de functos quib9 fecerut ymagine ad suam colsolatoe / ut
sic i aspectu ymaginu defunctoru colsolaret · unde de ni
no rege assyrior di · q mortuo bello pre suo yma
gine sua fecit cui tanta reueren exhibuit ut funs de lin
q tib9 ppter refugiu ad ymagine pris pter · ppter q ho
mines illi ymagini ipedere cepit diuos honores et h
uius ex alii potetes cepit facere suis cari defunctis
ymagines quibs silem reuerencia exhibebat · et sic
a bello inchoata e fabricato ydolor · sic et ab ei9 noie
denoiato alior · ppter q aliqui ydolu suu noiauit
bel · alii baal · alii belzebub sm uarietate ydiomatu
et sicut ninus ad sui colsolatoe fecit ydolu pri suo
ita pres aliqui p mogenitis suis ate cos morientib9 fe
cerut ydola et ex eadez ca · sic g di · Initiu · n. forni
catois · i. ydolatre que e fornicato spual · e exquisitio y
dolor · i. fabricato cor · et adinuetio illor corruptio ui
te e · s. spual que cosistit in unione ad deu / qua uer
rupit ydolatria · non · n. erant ab initio · na a creatone
mudi usqz ad diluuiu et etia p9 p magnu tep9 no
legitur fuisse aliquod ydolu · neqz erut i ppetuu · ia
eu cessauit ydola q p totu mudu · superuacuu
tas · n. homiu · i. deffecto sapie cor · hoc adinuenit
et sbdit mod9 eu di · acbo · n. luctu · i. trona lit · dolens
pr · cito s' rapti filii · s. ante morte pris · fecit ymagiem
ad suam colsolatoe · et costituit inter suos sues sacra
· i. sacrificia illi ymagini exhibenda · Deinde · hic
poitur ca 2a · iuctois ymaginu · na aliqui potetes et
tyrani uoletes honorari / no solu i sua pntia sed etia
i sua absntia fecerut sua ymagine mittetes ea ad lo
ca remota ut uenaret in ea · sicut refert iosephus
li° antiquitatu iuda · 18 · et in li° de iudaico bello de gayo
cesare q ymagine sua misit p ipiu romu ut adora
retur in ea · et hoc e qd di · deinde · ic · et p3 ex dictis
hor et sbdit ca · hos quos in palam · ic · et p3 usqz ibi
cu cupiditas · nam uoletes placere regib9 et tyranis
fecerut eis ymagines pulcriores q erat p eoru
et ex tali pulcritudine fuerit simplices magis iduc
ti ad colendu tales ymagines · et hoc e qd di · pueri

aut · i. induxit · ad hor cultura · s. regu et tyranoru
i talis ymaginib9 · et hos qui ignorabat · i. simplices
artifiis eximia diligent · circa pulcritudine ymaginis
ille · n. artifex uolens plo place illi q se assupsit · i. re
gi q eu ad faciedu s' ymagine elegit · elaborauit · i. p
fecte laborauit · ut similitudine imeli9 figuraret · i. ymagi
ne ea faciendo rege pulcriore / mlti ut hom q coiter
e simpliciu · abducta p specm opis · i. seducta p pul
critudie ymaginis · eu qui ante tep9 e tq ho puru
et mortal · honoto fuar · rone sue pntis · nuc deu
extimauit · Flo · Et ex pdictis cocludi · et hec fuit uite
huane decepto · trahens ad ydolatria qm eu affectu
pentiu ad defunctos filios ul alios amicos qui fugie
tib9 ad eor ymagines parebat · aut regib9 deffuctes
hoies me pdicto · icoiuable no deis lignis et lapidi
bus iposuerut · ipos deos noiantes · hoc no de9 sigt
nam diuina que nullo e mltiplicabilis · ppter q hoc no
de9 e icoiuable sm rem · e tn coiuale p similitudie · sic
hoc no alexander qd e icoiuable sm re eo q e uni9
singularis p9 nome · p similitudie hoib9 liberalib9 libertate
alexandri pticipatib9 et sic hoies pticipates aliquid
diuinu dii noiant · sicut exo · A · de moyse di · ego co
stitui te deu pharonis · et ps · 81 · ego dixi dii estis ic ·
Et no suffecerat · hic oñter declar mltiplex malu ex
ydolatria pcedens cu di · et no suffecerat · ydolatris · errasse
se eos ira dei sciam · ei9 deitate ligni et lapidibus
Sz i magno uiuetes i sue bello · nam bellat o diuina
q uia bonu / ex deffectu scie dei · tot et tm magno ma
la · que oñt exprimit cu di · aut · n. filios suos sacrifica
tes · ydolis ut dictu e sup · aut obscura sacrificia facietes
· i. de nocte / eo q ppter sua turpitudie no fiebat de die
aut isanie plenas uigilias hntes · na i aliqb9 sacrificiis
fiebant sacerdotes arreptitii i quib9 demones loqbatur
· neqz uita · i. uite honestate · neqz nuptias mudas
iam custodiut · s p adulteriu polluut · s a alius ali
u p iuidia occidit · sicut cayn abel fre suu · aut
adulterans cotristat · polluedo ei9 uxore · et oia comixta
sunt · i. cofusa · omi rois ordie destituta · sanguis · i. pri
mi uulneratoe · homicidiu · i. ei9 occisione · furtu · i. sue rei
subtractone · et fictio · i. ypocrisis simulatoe · corruptio i
uirginu defloratoe · Infideli · i. pximi deceptoe · tumult9
i discordiar seminatoe · piuriu · i. fla iuratoe · tumult9
in seditonis motoe · et bonor dni imemoratoe aiar · in
quinatio · iquinato · p uiciu gule et luxurie
uatiuitatis imutatio · p uiciu sodomie · na ex tali comixtione
no nascit fetus nuptiar · Inconstantia · qua aliq ppos uxor
ad inuice comutabat · Inordinatio · i. nephandor · n. ydolor
cultura · omis mali ca e · nam p ea ho directe auertit
a deo / et sic de pcto i pctm ruit et labit · et finis · i.
cosumato · nam ydolatria e malu maximu de gene suo ·
unde leuiti · 17 · dic glo · oe pctm e i inuidia aie · s y
dolatria maxie · aut · n. dum letant · i festis ydolor · isa
niut · q sut arreptitii · aut certe uaticinat · fla · de cor
de suo fgetes ea sicut faciebant aliq sacerdotes sacer
dotes ydolor deuinates hoib9 · pspa ppter questu · aut
uiuut iiuste · ifeetes pximis nocumta · aut piurant
cito · ppr malicia sua duplice · ppt q sbdit · du · n. cofi
dut in ydolis que sut sine aia · et p ons sine uolutate · et
inte · male iurantes · noceri se no sperant · q de hoc pu
niri no timent · sicut mali xpiani purates p non e
io cocludit cor pnito cu di · utraqz g illis eueniet di
gne · i. iustu est ut puniant p uno utroqz · s. ydolatria
et piurio io sbditur · qm male senserut de deo · p ydola
triam · et iurauerut iniuste · peierando ad pximi defrau
datoe · non aut iuratu est uirtus · i. iuramtu no e ap
petendu tmqz p se bonu · s in necessitate tn eo e utendu
ad bonitatis et fidelitatis int hoies firmatatem · Sz pctan
tiu pena perambulat semper · i. crescit et augmentat
i iustor puaricato · i. i trasgressione madator dei q

Margin notes:
(· pª ydolorꝫ fabricato
(· 2ª cā fabr9s ydolorꝫ
(3ª causa

sunt iusta/ nam adeo nō p̄t aliquid p̄cede nisi iustū

Tu autem XV deus noster. Reprobata ydolatria gentium. hic autē commendatur latria iudeor/ et diuidit̄ in tres ptes nam p̄mo ponitur uere deitatis confessio. 2° ydolatrie reiectio ibi. nō. n. tertio q̄ ydolatras inuectio ibi. Sz q figulus. Circa p̄mū dicit̄ philo p se et toto iudeorū ppl'o. tu aūt deus. omiū p creatoz. noster. p cultū spālez. suauis. p tuā erga nos condescensione. et uerus eq. q̄ ydolorū falsitatez. patiens etc. p p̄mie exp̄ctatōz io sbditur. et eiz si peccauim' tui sumus. qz te deū nrm confitemur. scientes magnitu̇ tuaz. Cui' nō finis. et si nō peccauim'. nōsn p̄ito. nā ueniale nō p̄t totaliter euitari. Scimo q̄m apud te sumus computati uiuo et in to cum electis. pām. n. ueniale nō tollit grām. nosse eniz te. fide fōrta mu'. consumata ē iusticia. nā dignū facit uita etna. et scire iusticiaz et uirtutē tuā. scia pcta radix ē inmortalitatis nam p opa iustie puenit ad inmortalitate glie. Non. n. hic ondit̄ poit' ydolatrie reiectio tū dz. nō. n. in errore. ydolatie. induxit nos hominū male artis excogit'. i. artis ydoloz factiue. que ad malū i ducit. nec umbra picture. decorans ydolū. Sciendū q̄ philo lo' hic p tpre suo. nā aute captiuitate babil'. fp' i. fit sit reiectio multis ydolatrijs ut p3 c. xv. et p' captiuitatē babil' tpre athiochi tpre epiphanis ut h3 in p̄mo macha. 2°. sz tpre philonis gayus impator misit statuā suā p orbem ut adoraret' in ea quā soli iudei nō adorauit ut dicit iosephus antiqtat' iudaice li. 19/ et ll noie iudeoz itelligit xpianos/ qui tūc adhuc legalia simlis h'uabant ppter q̄ philo in eoz laude librū scpsit. ut dicit tertio in li' illustrium uiroz. labor sine fructu. In talib' eiz magn' est labor et nullo fructu ymo finis pessim'. qz huio' aspctu insēsato dat concupiscentiā. attrahens eius aīam ad ydoli reuerentiā. et diligit mortue ymaginis. i. uita. carentis effigie. et sbdit cām pene. d. malorū. i. ydoloz. amatores digni sūt morte. tpali et eterna. Sz et figulus. hic ponitur contra ydolatras inuectio/ et p̄mo q̄ ydoloz fctores. 2° q̄ eoz cultores ibi omēs. n. insipientes. Circa p̄mū sciend' q̄ fingi p prie dr quod de terra format'. et inde figulo appellat' et uasa terea fictilia dnr/ et quia paupes ydola argentea et aurea hēre nō poterant io figuli ceperūt ydola terrea fācre q̄ quilz poterat hēre/ et de eodez luto faciebāt figuli uasa ad uarios usus apta. et hoc ē qd dr. Sz et figulus. et p3 lrā usqz ibi. et de eodē luto fingit que mundas. i. applicata usibus inhonestis. horuz aūt uasoz. quis sit usus. i. debeat eē. iudex ē figulo. qui uasa format sz usuz ad quē debet applicari. et cum labore uano deum fingit. de eodem luto. labor. n. in fingendo uana nō est uan' quia defuit hūanis utilitati sz labor fictōis ydoli est uanus/ quia ydolū non ualet aliquē usum. ille qui paulo ante de terra factus fuiat. s. figulo. nam corp' hūanū factū a dño est terreuz. et post pusillum qz breuis est hois uita. ducit se unde acceptus fuerat. s. ad terrā. ad quā dicit mutua clemētor. quorū actio que sūt in cor' hūano. repetito a deo aīe debitum. qm de' repetit i morte sicut eam tradiderat i infusione. sz cura ē illi. scz figulo. non quia laboraturus erat etc. i. nō solū ē sollicitus de suo labore et uite breuitate. sz etiā contendat cum artificib' etc. nō arguēdo q' op' suuz sit magis p̄ciosū. sz q̄ sit utile plurib' q̄ p̄t hūi p uos p̄ciosū/ et p oīs ab oībus. sz et eratios imitatur fingendo ydola factis de ere filia et gliam artis sue pfert. quia multitudo hoīū p ydoli hndis recurrit ad eum. qm res supuacuas. i. nulli' aut pui p̄cij respective. fingit. quas quilibet p̄t hēre. cinis ē. n. cor eius. p afflictōnez. dicit. n. aug'. si dili gis terrā terra es. ille uo cum attētōne; suā ponit

ad terre figurātōz/ que mixtione aque p̄uata redigeret' in puluem uel cinem. ppter quod cor figuli cinis dr. et terra supuacua. unde fingit ydola. spes illius. quia de hoc sp̄at uiuere. io sbdit'. et luto uilior uita illi'. que ordinat' ad lucrū ex luto sit ad fine. et sicut nis p̄stantior ē hijs q̄ sūt ad fine. et rō hui' exto tis sbditur. qm ignorauit eum qui se finxit. s. dm' qui in formatōe cor' est actor p̄n'. et qui insp̄rauit illi aīam. solus infundēdo eā p creatōz. et amat que opam. s. ydola. et qui insufflauit et sp̄m uitalez. s. deum ignorauit/ et est repetito eī quod dixit. sz qui insp̄rauit illi aīam. p alia tū uerba q̄ dz aīa in q̄tum corp' uiuificat. sp̄us uo i q̄tuz supr' uocat. Sz et extimauit. ydolatre dicit. lusum esse. i. carnalez delectatōnez. uita nram. unde i p' talium dz sup' 2° ca' ubiqz relinquam' signa leticie q̄m hec ē pars nra. et conuersatō. uite hūane compositum ad lucrum. unde. s. 2° ca'. opprimam' paupez iustum nec parcam' uidue rapiendo bona eoz. io sbditur. et oportere undecumqz etiā ex malo acquirere. hoc dicebāt hoīes de uita non sp̄antes/ cui' erroris fuit simonides poeta. d. q. decet mortale mortalia sapere. de quo reprehendit eum phs x ethicoz eo q̄ hō sm intellm ē qd īmortale et diuinū. ex quo concludit phs q̄ hō se dz ad inmortalia et eterna sicut hoc q̄tum p̄t p cogmitōz et amorē/ et concludit philo de figulo. d. hic. n. scit. i. debet scire. se sup omēs. ydoloz factores delinquere. qui ex terre uiū etc. nam iā uis ē q̄ nullo dz ignorare/ q̄ de' nō p̄t fieri ex ea. Omēs. n. p' inuectionē q̄ ydoloz fictores, hic poit' inuectio cōtra illorum cultores. et diuidit i duas ptes/ qz p̄mo poit' inuectio q̄ cultores ymaginum. 2° q̄ cultores aialium. ibi. sz et animalia. Circa p̄mū dz. omēs. n. insipientes et infelices. i. ydolatre de deo male sentientes/ et a felicitate uera deuiantes. supra modū aīe sue. i. plus q̄ ualeant supplimetes. supbi sūt. de se p̄sumētes. inimici ppli tui. opprimendo/ eū ideo dei. et imperantes illi. tepore nāqz philonis gayus erat impator roman' et misit statuam suā p orbem ut adoraret' in ea tāq̄ tāq̄ de' ut dictuz ē supra. i. c. et intulit dei cultorib' multa grauamina. qm omnia ydola nationū. diīsorū deos extimauit. s. romani unde dicit leo pp̄ in sermone de beatis aplis petro et paulo/ q̄ roma magnā credebat fecisse religionē cum nulli' gentis respuisset falsitatē/ ceta patet usqz ibi. sz et pedes eoz pigri ad ambulād'. quia nō pūt se mouere et sbditur rō. homo. n. fecit illos. qui p arte nō potest facere aliquid uiuū. et qui sp̄m mutuatū ē. a deo. io figit illos. et quia cā effectiua potior ē suo effectu. ido subdit'. nemo. n. silem sibi poterit dm fingere. q̄ supior est hoie. cū sit. n. mortalis. s. hō. mortuū fingit. s. ydolū uita carēs. manib' iniquis. nam ad iniquitatē opus ei' ordinat'. melior ē. n. ipe etc. quia melior ē uiuens nō uiuēte. Sz et aialia. hic ponitur inuectio q̄ cultores brutoz aialium tunc dz. Sz et bruta aialia miserrima. ydolatre colūt qui dr' miserrimi eo q̄ iferiore se colūt tāq̄ supiore. io sbdr. insensata. n. i. aialia bruta copata his. i. hoīb'. illis sūt deteriora. quia caret ite. sz nec aspectu etc. et his que uidebant. i. dictis aialibus non poterant aliquod bonum arguere/ ppter q̄ debent ea colere. effugerūt autē laudez dei. bruta aialibus ipedētes i p̄mam. et p' oīs. bndictōnē ei'. i. gratie sue donuz q̄ frequēter in scptura bndictio notat/ co mo loquēdi quo dz p̄mo. re. 2. accipe bndictionē/ hanc quā attulit ancilla tua.

Propter hec XVI hec c. 3' p̄ in qua recolitur tertiū dei bñfiū collatū hebreis. et cōtro commitur iflictū egyptijs. et est illud bñfiū de cibo collato uidelz

i deserto

in deserto puat. nam et alia quedam beneficia facta ibidem recoluntur. Igitur presens capitulum in duas partes diuidi
quia primo concludit continuationem eorum. secundo manna celi
tus datum ibi. pro quibus angelorum escam. prima in duas. nam
prius beneficium dictum recolligitur. secundo quedam obiectio remo
uetur ibi. et cum tamen illis. Circa primum continuando se
ad precedentem immediate dicit. propter hec et similia. scilicet ydola
trias predictas. passi sunt digne tormenta. scilicet egyptii pro
ydolatria. et per multitudinem bestiarum exterminati sunt. scilicet ra
narum et muscarum. exo. 8. Sciendum tamen quod ubi translatio
nostra habet. omne genus muscarum exo. 8. In hebreo habetur com
mixtionem. et dicit glosa hebraica quod uenit animalia di
uersorum generum ad afflictionem egyptiorum. pro quibus
tormentis. id est loco tormentorum egyptiis inflictorum. bene
bene disposuisti populum tuum israel quibus dedisti concupiscen
tiam delectamenti sui. id est cibum delectabilem ab eis concu
pitum. num. xi. nouum saporem. nam manna despiciebat
eis. propter quod concupierunt escam carnium escam parans
eis ortigometram. id est coturnicem, et ponitur hic singularis pro plu
rali. sicut exo. 8. uenit musca grauissima. id est multitudo
muscarum. et sic est in proposito quia tunc uenit coturnicum
maxima multitudo. ut illi quidem. scilicet egyptii. concupiscentes
escam. ad sui sustinentiam. propter ea que illis ostensa et
missa sunt. scilicet ranas et muscas uenenosas et alias egyp
tiorum fedantes et uenenantes etc. a necessaria concupiscen
tia. id est a concupiscentia cibi necessarii auerterentur horrentes ci
bos comedere fedatos et uenenatos. hi autem. id est he
brei. in breui inopes facti. id est breui tempore. nouam gusta
uerunt escam. scilicet ortigometram et subdit. oportebat etc. et iungatur sic litera. oportebat enim illis.
scilicet egyptiis exercentibus tyrannidem in hebreis quos affli
gebant iniuste. exo. primo. superuenire interitum sine ex
cusatione. id est sine remedio. his autem. id est hebreis tantum
ostendere ad consolationem que ad modum inimici eorum egyp
tii exterminabantur. ¶ Et enim. hic consequenter remouet quandam
obiectionem et secundo infert diuine pietatis confessionem ibi. tu es
domine. Circa primum sciendum quod num. 21. dicitur quod dominus misit
serpentes in populum israel murmurantem. et affligentes et ex hoc
posset obici hebreos non fuisse melioris conditionis quam
egyptii morsibus animalium afflicti. quod remouet per
hoc quod dominus statim dedit remedium hebreis penitentibus di
cens moysi fac serpentem eneum et pone eum et pone eum
pro signo et qui aspexerit eum uiuet. et hoc est quod dicit. et enim
tum illis. scilicet hebreis et patet ex dictis. Sed non in perpetuum ira
tua permansit. nam dedisti eis remedium ut dictum est.
in subdit. sed ad correctionem in breui tempore turbati sunt.
morsibus serpentum. signum habentes salutis. serpentem eneum ad
commemorationem etc. id est ut percussi et sanati essent memores
mandatorum tuorum ad implendum ipsa. qui enim conuersus est. scilicet de
hebreis per penitentiam. non per hoc quod uidebat sanabatur. scilicet per
serpentem eneum qui nullam uirtutem habebat sanandi. sed
per te omnium saluatorem. supple sanabatur. In hoc autem. ostende
disti manifeste. quia tu es qui liberas clamantes ad te. illos
enim. scilicet egyptios. locustarum et muscarum occiderunt morsus.
ut predictum est. et non est inuenta sanitas. id est non est datum
remedium. Sed contra hoc uidetur quod exo. 8. dicitur quod dominus illas
plagas remouit. ad quod dicendum quod hoc non fuit ad preces
egyptiorum sed ad preces moysi. propter quod remedium non
fuit datum egyptiis sicut hebreis. ideo subditur. filios autem
tuos. id est hebreos. nec draconum nec uenenatorum uicerunt
dentes. nam sanati fuerunt penitentes. ideo subditur. misericordia
enim tua etc. In memoriam enim. id est ut essent memores mandatorum
tuorum. exterminabantur. id est affligebantur. et uelociter sanaban
tur. per misericordiam tuam. ne in altam. id est profundam. incidentes obli
uionem dei non possent uti tuo adiutorio. propter quod dicitur prouerb. 18. impius cum in profundum peccatorum
uenerit contempnit, tunc repentinus ueniet ei interitus. Et
enim neque herba neque malagma. id est emplastrum,
sanauit illos. sed tuus domine sermo. quia dicere dei est facere. ps.
32. dixit et facta sunt. ¶ Tu es domine. Ex dictis infert
diuine uirtutis confessionem cum dicit. tu es domine qui uite et mortis
habes potestatem. tua uoluntate. et deducis
usque ad portas mortis corporalis. et reducis sanando. ad por
tas uero mortis spiritualis non deducit quia non est actor peccati
quam sibi homo per deffectibilitatem liberi arbitrii. ideo subditur. homo
autem occidit quidem. per maliciam mortalis culpe. animam
suam. que immortalis est morte nature. et cum exierit spiritus a
corpore non reuertetur. uia nature. nec reuocabit animam. scilicet spiritum corporis
que recepta est. id est separata ab eo. sed tuam manum effugere impossibile
est. nam anime iustorum recipiuntur in manu diuine misericordie. prauorum
uero in manu sue iusticie. ideo subditur. negantes enim nolle te. id est
impii egyptii. nouis aquis et grandinibus etc. hec habentur
exo. 9. ubi dicitur quod super terram egypti grando et ignis mi
xta pariter ferebantur. et ille ignis fortius comburebat quam
si esset solus. ideo subditur. quod enim mirabile erat etc. et subditur
causa. uindex est enim orbis. id est creatura orbis iustorum. id est hebre
orum ab egyptiis iniuste afflictorum. propter quod creatura
obediens creatori mirabilibus modis egyptios affligebat
unde et adhuc subditur. quodam enim tempore mansuescebat ignis ut que
ad ipsos egyptios missa erant animalia. ad eorum afflic
tionem, ut dictum est supra in principio huius capituli. sed ipsi. ut egyptii
uidentes quod animalia nociua non comburebantur et cum animalia
ut boues et iumenta eodem igni comburerentur. scirent per
hoc quod iudicio creatura obedit ad nutum. premunt
persecutores et quodam tempore in aqua super uirtutem naturalem ignis
exardescebat etc. repetitio est ad maiorem expressionem eius
quod dictum est. s. quod enim mirabile erat etc. ¶ Pro quibus. hic
consequenter agitur de manna collata. et primo exprimitur
hebreorum consolatio. secundo egyptiorum afflictio ibi. nix autem.
Circa primum dicitur. pro quibus. id est afflictionibus egyptiorum dedit
angelorum escam. id est manna que dicitur esca angelorum. eo quod des
cendebat ministerio eorum. nam alias cibi non utuntur. de quo dicitur
nutriuisti populum tuum. exo. 16. et paratum panem de celo.
aereo nam cum rore descendebat. num. xi. ca. prestitisti
illis. sine labore suo. omne delectamentum in se habentem. etc. nam
bonis sapiebat prout uolebant, ut hic consequenter subditur. substan
tiam tuam. id est diuinas tue bonitatis ostendebat in cibo in manne
et deseruiens uniuscuiusque uoluntati. et ius de illo lonore. nam
malis insipidus erat cibus. unde dicebat. num. 21. nausea
at anima nostra super isto leuissimo. ad quod quisque uolebat
conuertebatur. sapiendo secundum sicut uolebant, et hoc non erat
ex natura manne. sed diuina uirtute ¶ Nix autem. hic ostendit de e
gyptiorum afflictionem. dicit. nix autem et glacies sustinebant
uim ignis et non tabescebant. id est liquefiebant quia mixta pari
ter ferebantur ut predictum est. ut scirent quoniam fructus inimicorum
scilicet egyptiorum. exterminabat ignis ardens in grandine. sic
exo. 9. Consequenter ostendit effectum oppositum igni ad consolationem
hebreorum. dicit. hec autem res. fuit iterum. ut nutrirentur. id est in
uerecundia. hic uirtutis oblitus est. scilicet ignis in camino trium
puerorum. dan. 3. et etiam in egypto. nam animalia hebreorum
de quibus uiuebantur igne et grandine non fuerunt lesa. scilicet
in terra iesse in qua erant filii israel non fuerit illa pe
stilentia grandinis et ignis ut dicitur exo. 9. tamen fuit in circui
tuis in qua animalia illius terre non lesit, sic animalia aliorum in
circuitu existentium et subdit causam huius dicens cum dicit. creatura enim
tibi factori etc. et patet litera usque ibi. propter hoc et tunc omnia
transfigurata. id est transmutata a uirtute propria sue ad ipsium
uoluntatis tue. omnium nutrici gratie tue deseruiebant. ut dictum est
de igne et manna. ut scirent filii tui. scilicet hebrei iusti. quos
dilexisti domine. amore speciali propter quod data fuit lex eis et
prophetie et alia specialia beneficia dei, psalmo. 147. non fecit tali
ter omni nationi et iudicia sua non manifestauit eis. quoniam non
nature fructus. id est nati de terra pascunt homines, supple soli
Sed sermo tuus etc. deutero. 8. non in solo pane uiuit homo
sed in omni uerbo quod egreditur ex ore dei. quod enim ab igne
non poterat exterminari. scilicet manna quod ab igne manducabatur

et ad solem liquefiebat. vnde subdit. statim ab exiguo
ut notum omnibus esset. scilicet hebreis. quoniam oportet preuenire solem. id est
ortum solis. ad benedictionem tuam. id est ad colligendum manna
que benedictio dei dicitur eo quod gratis ab eo dabatur. et ad or
tum lucis. id est solis. te adorare. de beneficiis tuis collatione
et subditur causa. ingrati enim. id est eius qui dei beneficium non
recognoscit. spes tanquam hibernalis glacies tabescet. et periit.
Sic communiter exponitur. Sed exodi xvi dicitur. Cumque incaluisset sol
liquefiebat quod ipse fit in meridie. et ideo sicut ibidem dicitur dicitur
hebreos quod tempus colligendi manna erat post ortum solis
usque ad horam sextam. Et secundum hoc aliter exponendum est hec li
tera. oportet preuenire solem. id est feruorem solis ad colligendum man
na que dicitur benedictio dei et ad ortum lucis. id est solis. te ado
rare. id est primo collectionis diuini beneficii. Sed contra hoc uidetur quod
hic permittitur. statim ab exiguo radio et cetera. hora sexta non
est exiguus et uirtute solis radius. set fortissimus. dicendum
quod est exiguus comparatione ad calorem ignis cui comparatur. liber
autem exodi canonicus est. non autem liber sapientie. propter quod hec li
tera est magis tenenda ad textum exodi quam ceterorum.

Magna enim sunt XVII

Hec est pars. est. in qua reco
litur beneficium lucis datum hebreis et per op
positum afflictio tenebrarum inductarum egyptiis. et
primo ponit hoc. secundum ibi primum ibi. sonitus autem turbans. Primo
is. prima autem in tres quia primo ponitur obtenebratio
egyptiorum. secundo derisio magorum ibi. et magice artis. tertio
omnis afflictio ambarum ibi. Illi autem. Cum primo dicit
magna enim sunt iudicia tua domine. quia sunt incomprehensibilia
Ro. xi. quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et cetera. et inenarrabilia
uerba tua. id est opera uerbo tuo facta. propterea indisciplina
te anime. id est homines inimici intellectu nolentes. quales maxime
fuerunt egyptii qui uidentes tot dei mirabilia rema
serunt in errore suo obstinati. ideo subditur. dum enim persua
sum habent. id est pro firmo tenent posse dominari nationi sancte.
credebant quod deus non posset hebreos de seruitute eorum
liberare. uinculis tenebrarum palpabilium exodi x. et lon
ge noctis compediti. quia tribus diebus nemo se mouit
de loco in quo erat ut dicitur ibidem. inclusi sub tectis fu
gitiui. ibi enim fugerant aliqui timore percussionis i
ferende. perpetua prouidentie. scilicet diuine. qua deus ab eter
no prouidit omnia. iacuerunt. de locis in quibus erant se
non mouentes ut dictum est. Et dum putant. hic ostenditur
ponitur dicte obtenebrationis causa. erant enim egyptii te
nebris spiritualium peccatorum inuoluti. propter quod iustum erat
ut tenebris corporalibus inuolueretur ut pena corresponderet
peccato et hoc est quod dicitur. et dum putant se latere in obscu
ris peccatis. in obscuris peccatis que dicuntur obscura eo
quod fiunt in loco obscuro et occulto. Joh. iii. qui male a
git odit lucem. tenebroso obliuionis uelamento dispersi sunt
nam aliqui erant in campis. aliqui in domibus. aliqui in
uillarum plateis. et supuenientibus subito palpabilibus tene
bris nullus mouere se potuit nec per omnes se uel alium
consolari. propter quod dicitur hic. tenebroso obliuionis
uelamento dispersi pauentes horrende et cetera. ex obtene
bratione subita. nec enim que continebat illos spelunca.
id est tenebra que dicitur spelunca eo quod in speluncis pro
fundis sunt tenebre desperse. sine timore custodiebat
et subditur ratio. quoniam sonitus descendens. id est fragor aeris
per modum tonitrui. perturbat illos et persone tristes illis
apparentes. id est fantasmata terribilia sicut aliquando fit in sompniis
et ignis quidem nulla uis poterat illis lumen prebere
propter desperationem tenebre. apparebat autem illis subitaneus
ignis et cetera. id est in momento apparens. non ad eorum consolationem
sed magis ad desolationem quia grauiora formidabant euenire
Et magice artis. hic ostenditur describitur derisio magorum
qui a principio percussionis egypti conati sunt facere similia
operibus moysi ut habetur exodi vii et viii. sed defecerunt in tertio signo

propter quod inuto facti sunt in derisum et hoc est quod dicitur. et
magice artis appositi erant derisus. id est preditus malis artes
sunt derisio magorum personis. et sapientie gloria correctio cum
contumelia. id est sapientia de qua magi gloriabantur correcta
fuit contumeliose nam fuerunt percussi cum aliis ita quod non
poterant se uel alios iuuare ideo subditur. illi enim et cetera. et pau
nam et si nihil eos ex monstris perturbabat. eo quod erant ta
libus assueti. Sicut de balaam mago dicit glossa. num.
xxii. balaam assuetus monstris ad uocem asine non expauit
transitu animalium et cetera. nam timor ex modico fremitu fa
cit formare imaginationem terribilium sicut infans timere
dicit adesse hostes ex sonitu foliorum uel aliquo huiusmodi
et aere quem nulla ratione quis effugere posset. quia nul
lus potest uiuere sine aeris respiratione. negantes se uid
ere desperationem. frequenter enim preoccupabat pessima. id est crede
bant adesse extimatione falsa. redarguente conscientia. e
rant enim conscii malorum suorum pro quibus sciebant se dignos
punitione diuina et ex hoc extimabant se euenire peior
Cum sit enim timida nequitia. quia facit timidos propter quod
latrones sunt timidi. dans in omnium condempnationem.
id est punitorum. timor enim quem sustinent homines mali est quedam
pena ipsorum. semper enim presumit seua. id est pestinat in magis
mala super se uentura. perturbata conscientia. timore pe
ne. ex peccatorum recordatione. nichil enim timor est nisi presup
tionis adiutorium. id est augmentum extimationis imminen
tis pene quam facit credere maiorem. proditio cogitationis
auxiliorum. nam timor faciens pallorem in facie proditio co
gitationis auxilii quia demonstrat quod timens auxilium deside
rat. et dum ab intro. id est in mente timentis. minor est expe
tatio. id est spes auxilii. maiorem putat et cetera. quia credit ma
iora adesse mala et est repetitio eius de sine quod predictum est. auc
tor enim huius libri frequenter eadem sententiam repetit per alia uerba
Illi autem. hic ostenditur ponitur afflictio egyptiorum omnium ex
obtenebratione cum dicit. illi autem qui impotentem uere
noctem. id est tenebras desperatas que dicitur nox potens ex lon
ga duratione scilicet trium dierum et ex desperatione. propter quam de lo
co suo non poterant se mouere. et ab infimis. id est terra et
aqua ex quibus ascendunt fumi aerem ingrossantes. et
ab altissimis. id est ex condempsatione nubium illuminationem aeris
impedientes. eundem sompnum dormientes et cetera. egyptii nam
quidam qui in illo triduo fuerunt aliquando nimium oppressi sompno sta
tim terribilia sompnia patiebantur in tantum quod aliquando morie
bantur. ideo subditur. aliquando anime deficiente traductione. id est sepa
ratione anime a corpore. subitaneus enim et cetera. et per omnes magis nocu
mentum. deinde si quis ex illis decidisset ad terram ex
timore. custodiebatur in carcere. quia non poterat se moue
re. Si enim rusticus quis erat et cetera. nam ubicumque erat aliquis
occupatus in agro uel in domo tenebris superuenientibus
ibi mansit tribus diebus ideo subditur. Vna enim cathena et cetera.
et post. siue spiritus sibillans. id est uentus flans. aut inter
spissos et cetera. aut resonans de altissimis montibus echo.
id est sonus reflexus. et deficientes faciebant illos pre
timore. repetitio est sine suppositione scilicet quod timor faciebat
eos extimare magna pericula ex occasione modica. Con
cluditur quantum ad alios dicta. omnis enim orbis terrarum
extra egyptiorum locum. limpido illuminabatur et cetera. In tantum
quod nullus ab operibus suis impediebatur. solis autem illis. scilicet e
gyptiis. superposita erat grauis nox. diuinitus inflicta
ymago tenebrarum et cetera. nam prefigurabat tenebras ge
henne quas inuisibiles erant. ideo subditur. ipsi sibi erant gra
uiores tenebre. id est causa mortis grauium tenebrarum
scilicet gehenne quas merebantur propter sua peccata.

Sanctis autem XVIII

tuis. Descripta obtenebratione egyptiorum
hic ostenditur describitur illustratio hebreo
rum dicitur. Sanctis autem tuis. id est hebreis. maxima erat lux.
Vnde dicitur exodi x. ubicumque autem habitabant filii israel lux erat

et hora

etc. Postquam actor induxit ad timendum deum ex consideratione mali quod per dei timorem evitatur hic consequenter ad idem inducit ex consideratione mali pene quod per timorem dei levius tolleratur dicens. fili accedens ad servitutem dei per conceptum melioris propositi. sta in iusticia. erga proximum. et timore domini. et prepara animam tuam ad temptationem. contra dyabolum qui adversa inmittit pacientie. ij. thimo. iij. omnes qui pie vivere volunt in christo persecutionem patientur. deprime cor tuum. motus impacientie reprimendo. et sustine. pacienter adversa tollerando. inclina aurem tuam et excipe verba intellectus. i. verba ad pacientiam inducentia ut de passione christi et huiusmodi. ne festines in tempore obductionis. i. clausionis ultimum quod fit tempore mortis. q. d. non desideres mortem fractus propter adversitates pluries. sustine sustentationes dei. i. adversa pacienter in quibus deus sustentabit te. prima cor. x. fidelis deus qui non patietur vos temptari supra id quod potestis. sed faciet etiam cum temptatione proventum ut possitis sustinere. et coniungere deo. per amorem. et sustine adversa pacienter. ut crescat in novissimo vita tua. de vita corruptibili ad eternam transeundo. omne quod tibi applicitum fuerit. prosperum vel adversum. accipe. cum gratiarum actione. et ideo in dolore tuo sustine. pacienter sicut dixit eleazarus dicens. ij. machab. vj. tu scis domine quod cum a morte possem liberari graves corporis sustineo dolores secundum animam autem propter timorem tuum libenter hec patior. et in humilitate tua. i. devotione spirituali. pacientiam habe. et subdit rationem. quoniam in igne probatur aurum. i. quod aurum purgatur et melioratur. et homines vero recepti. i. disciplinam dei in camino humiliationis. purgantur et a deo approbantur. crede deo promittenti primo propter sapie[ntie] exercitium. et recuperabit te. de spirituali afflictione ad eternam consolationem. Sed quia fides sine operibus mortua est ideo subdit. et dirige viam tuam. i. opera tua in deum et spera in illum. sequitur premium expectando. serva timorem illius. sed castum qui timet offensam dei. et in illo veterasce. q. d. non timeas deum tantum honorare sicut illi qui audiunt tonitruum vel vident periculum quo cessante recedunt a dei timore. Ideo concludit. metuentes dominum sustinete misericordiam eius. i. expectate pacienter. et ne deflectatis ab illo per impacientiam. et cadatis in gehennam. Qui timens dominum. Postquam induxit ad timorem domini ex consideratione mali. hic consequenter ad idem inducit ex consideratione boni. Circa quod primo facit ad propositum. secundo concludit item ibi qui timet dominum. Prima in duas quia primo facit propositum promittendo. secundo comminando ibi de duplici corde. Circa primum ad dei timorem inducit primus ex consideratione bonorum inde sequentium que sunt fidei spei et caritatis augmentum. nam timor castus est istis annexus. ideo crescit ipso crescente. et quantum ad primum dicit. qui timens dominum credite illi. q. d. quis est ut fides in vobis magis fervebat. et non evacuabitur merces vestra. sed magis augmentabitur. quantum ad secundum subdit. qui timens dominum sperate in illum. q. d. quis est ut certius expectet premium. et inde ipsos certa expectatio future beatitudinis ex gratia et merito proveniens. ideo subdit. et in oblectationem etc. quantum ad amando. et illuminabuntur corda vestra. dei cognoscendo. nam amor penetrare facit intima ipsius amati. Respicite. hic consequenter inducit ex iteratio ad propositum dicens. respicite filii nationes hominum. per aspectum librorum scilicet in quibus scribuntur facta patrum scilicet abraham ysaac et ceterorum. et scitote quod nullus speravit in domino. veraciter et confusus est sicut sacrilegii. sed reportavit gloriam in vita presenti vel frequenter et in futuro semper. permansit in mandatis eius. ea custodiendo. et derelictus est. i. privatus auxilio divino. aut quis invocavit eum etc. q. d. nullus et subditur. quoniam pius et misericors deus etc. et patet litera. Ve duplici corde. hic consequenter inducit ad timorem dei comminando penam et per consequens et per consequens boni amissionem carentibus dei timore dicens. ve duplici corde. i. pretendenti bonum exterius et habenti malum interius et labiis scelestis. i. contra deum blasfemiis. et manibus maleficientibus. scilicet homicidio rapina et consimilibus. et sic tangitur hic triplex peccatum scilicet cordis oris et operis procedens ex defectu divini timoris. Ve dissolutis corde etc. quoniam est solutum et separatum a deo. et ideo non proteget ab eo. scilicet a malo culpe in presenti. et a malo pene in futuro. de his qui perdiderunt sustinentiam. i. pacie[ntie] virtutem. qui dereliquerunt vias rectas etc. Sicut enim declinare a malo et facere bonum sunt due partes iusticie. sic per oppositum deserere bonum et facere malum sunt due partes iniusticie. et quid facient cum inspicere. i. punire ceperit dominus. litera enim omnia nuda et aperta sunt oculis eius. hebre. iiij. tunc dicit inspicere peccata quando punit ea. Qui timent. hic consequenter concludit item scilicet quod ex timore dei procedit multiplex bonum dicens. qui timent dominum non erunt incredibiles verbo illius. sed magis credibiles et qui diligunt illum etc. quia vera fides per dilectionem operatur. qui timent dominum inquirent que beneplacita sunt ei. nam de voluntate eius implenda sunt solliciti. et qui diligunt illum replebuntur lege ipsius. quia plenitudo legis est dilectio. Ro. xiij. qui timent dominum preparabunt corda sua. per mundiciam interiorem et in conspectu illius sanctificabunt animas suas et non in conspectu hominum tantum quod est proprium ypocritarum. qui timent dominum custodiunt mandata eius. corde retinendo et opere adimplendo. et pacientiam habebunt in adversis usque ad inspectionem eius illius. et accipit hic nomen. per voluntatem divinam que tunc aspicit pacientes quando eos liberando reddit gaudentes. Si penitentiam non egerimus. a peccatis a quibus homo non potest in presenti esse totaliter mundus. i. Joh. primo. Si dixerimus quod peccatum non habemus ipsi nos seducimus. Incidemus in manus domini. i. in divinam punitionem valde gravem. hebre. x. horrendum est incidere in manus dei viventis. Secundum enim magnitudinem ipsius. i. potentiam puniendi obstinatos. sic et misericordia illius. penitentibus parcendo. sicut ipse est. nam utrumque est idem cum essentia divina.

Filii sapientie III

Postquam actor tractavit de origine virtutum hic consequenter agit de exercitio earum. Et dividitur in duas partes quia primo tractat de virtutum exercitio in ordine ad proximum. secundo in ordine ad deum. xv. ca. Prima adhuc in tres secundum quod proximus est superior inferior vel equalis. quia primo tractat de virtutum exercitio ad superiores. secundo ad inferiores ibi igne ardentem. tertio in ordine ad pares. ix. ca. ibi non agnoscit amicus. Parentes autem sunt superiores qui sunt honorandi. ideo tractat hic de honore parentum. Et dividitur in duas partes scilicet principalem et incidentalem que incipit ibi. fili in mansuetudine. Sciendum tamen quod iste divisiones et supra posite et sequentes usque ad eccl[esiastici] fi[nem] non sunt ita precise quin de pertinentibus ad partes aliquas tractet aliquid in aliis partibus et econverso. et hoc propter connexionem virtutum de quibus agitur in hoc libro. pars autem prima in duas dividitur quia primo probat quod parentes sunt honorandi. secundo filius excitatur ad executionem huius obsequii ibi honora patrem. quod autem parentes sint honorandi autem dominum precepti exo. xx. iterum parentes itero deus est primo ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur ephe. iij. ideo dicit. filii sapientie. i. dei qui est ipsa sapientia per essentiam. ecclesia iustorum. qui sunt dei filii per adoptionis gratiam. et natio eorum. i. illorum et dilectio. sicut nobiliter de homine liberali non solum dicitur quod sit liberalis in concreto. sed etiam liberalitas in abstracto. propter quod sit

primum

dicit· Iudicium patris· i· decretum dei qui pr e principalis ut dictum e· audite filii· aure cordis et etiam mentis· et facite ut salui sitis· quia nõ auditores legis tm· s· sz factores iustificabuntur· roma· 2· deus· n· honorauit patrem· i· honorari precepit· in filiis· i· p filios· et iudicium matris· i· decretum suum de honore matris· exquirens firmauit in filios· quia firmiter exquirit obseruatores ad premiand et transgressores ad puniend· et quia honor parentum tunc e meritorius uite eterne qn fit ex caritate· io subditur· qui diligit deum exorabit p peccatis· pro preteritis· et continebit se ab illis· cauens a recidiuo· et in adoratione dierum· i· qn facit p adeptione uite eterne que p dies significatur prouerbiorum 3· longitudo dierum in dextera eius et cetera· exaudietur· oratio· n· est exaudibilis qn e pia· p se et perseuerans sicut e in proposito· ¶ Et sicut· hic ponit 2· 3o que accipiunt ex parte boni et honore parentum consequendi· m de· et sicut qui thesaurizat aceruans s⁹ preciosa· ita et qui honorificat matrem· supple suam congregat s⁹ merita preciosa· qui honorat patrem suum iocundabitur in filiis· i· habebit filios s⁹ obedientes et se honorantes· q contigit in pluribus· qm filii sunt patrum imitatores· et in die orationis sue· i· facte p se· exaudietur· hec est enim una de conditionibus que faciunt orationem semper exaudibilem· qui honorat patrem suum uita uiuet longiore· sic enim p mittitur in precepto dei exo· 20· honora patrem tuum et matrem ut sis longeuus sup terram· et qui obedit patri refrigerabit matrem· i· consolabitur eam· qui timet dnm honorat· ne sit transgressor dni precepti· et quasi dnis seruiet his qui se genuerunt· ope et sermone· i· reuerenter et sine fraude· et omni patientia· bonus· n· filius hz patientiam etiam si pr eum increpet sine culpa· honora patrem tuum· hic consequenter inducit ad honoris exhibitionem parentum· et primo omni tempore generaliter· 2o tempore senectutis specialiter ibi· fili suscipe· prima in duas quia primo inducit ad honorem parentum· 2o retrahit eos a contumelia eorum ibi· ne glorieris· Circa primum dicit· honora patrem tuum ut ueniat t benedictio· i· multiplicatio in bonis temporalibus et spiritualibus· et benedictio illius in nouissimo manet· i consecutione uite bte· benedictio patris firmat domos filiorum· sicut pz de benedictione ysaac gen· 27· maledictio autem matris· eradicat fundamenta domorum· filiorum sibi rebellantium ¶ Ne glorieris· hic consequenter retrahit filios a contumelia parentum· d· ne glorieris in contumelia patris tui· et subditur ro· non est enim gloria tibi· sz confusio quia pater manet quodam modo in filio· Ex hoc· n· q in diuina corruptibilia nõ poterant permanere in se ipsis alio modo suppleuit deus eorum permanentiam s· p generationem secundum philosophum 2o de anima· ideo subdit· gloria· n· hominis et cetera· et pz ex dictis litera ¶ Fili suscipe· hic consequenter excitat filios ad honorem patrum tempore senectutis specialiter cum dicit· fili suscipe senectam patris· tunc· n· non solum indiget reuerentia filiorum sz etiam subsidio ipsorum· et si defecerit sensu ueniam da· quia nõ est culpa sua sz naturalis defectus· et quia nõ solum filii tenentur parentibus uiuis sz etiam defunctis subditur· elemosina· n· patris· i· pro patre data· nõ erit in obliuione· coram deo· nam p peccato matris· i· p elemosina ad remissionem sui peccati data· restituetur t bonum in[...]torium· et in die tribulationis· i· mortis commemorabitur tui ad remissionem tui peccati· io subditur· et sicut in sereno et cetera· et pz et in fine concludit· quam male fame est· i· ualde male· qui derelinquit patrem et cetera· nam hoc est contra naturam· io [...] ab omnibus diffamatur ¶ Fili in mansuetudine· hec e pars incidentalis· ex hoc· n· q cepit de uirtutibus tractare et postea prosequitur· ponit hic unum quod e commune omnium uirtutum· s· debitum modum de quo tractat primo prout dz esse in agibilibus· 2o in speculabilibus ibi· altiora te· 3o in interioribus motibus ibi· cor durum· Circa primum dicit· fili in mansuetudine· i· in benigno et decenti modo· opera tua perfice· nã opera bona de genere frequenter deturpantur ex indecenti modo· et super gloriam hominum communium· diligeris· quia proni sunt respectiue qui bona opera habeant et bonum modum· stultorum· n· infinitus e numerus· eccles· i· et quia ad debitum modum habendum ualde facit humilitas subditur· quanto magnus es· i· pre aliis statu uel uirtute· humilia te in omnibus· gregorius omel· 21· tanto esse humilior debet ad reddendum deo propitior quisque debet esse ex munere quanto obligatiorem se esse conspicit in reddendis r̃ et coram deo inuenies gratiam· gratiam· n· de beneficio accepto reddit hominem ydoneum ad aliud accipiendum· quoniam magna potentia dei solius· propter quod potest dare semper gratias amplius· et ab humilibus honoratur· ideo deus dona eis multiplicat ¶ Altiora te· hic consequenter inducit ad debitum modum in speculabilibus· d· altiora te ne quesieris et cetera· sicut sunt diuinitatis secreta· sz que precepit tibi deus cogita illa semper· quia habent ad salutem necessaria· Unde legitur in uitis patrum quod quidam sancto presbiter nomine copres interrogatus de melchisedech quis fuisset cum de hoc cepisset cogitare percussit os suum· d· ue tibi copres quia que tibi mandauit deus facere dereliquisti et que a te nõ requirit illa scrutari presumis· io subditur· et in pluribus eius operibus ne fueris curiosus· nam in talibus e magis uanitas quam utilitas· Cetera patent ex dictis usque ibi· plurima· n· super sensum hominum ostensa sunt tibi· s· illa que sanctis prophetis sunt reuelata ad salutem hominum quibus e humiliter et firmiter assentiendum· multos· n· supplantauit suspitio eorum· quia presumentes de suo ingenio suspicantur ad quecumque ardua cognoscenda se posse pertingere et in uanitate detinuit sensus eorum· nam p hoc in errores et hereses ceciderunt ¶ Cor durum· hic consequenter inducit ad debitum modum in interioribus motibus· circa quod primo malitiam reprobat· 2o bonitatem commendat ibi· cor sapiens· Circa primum dicit· cor durum· quod resistit instinctui diuino ad bonum· sicut in metallibus durum dicitur quod nõ cedit tangenti· 4o metheororum· male habebit in nouissimo· nam sicut dicit augustinus in sermone de innocentibus· hac animaduersione percutitur peccator ut moriens obliuiscatur sui· qui dum uiueret oblitus est dei· et qui amat periculum· i· occasiones peccatorum· in illo peribit· sicut auicula uolitans circa laqueum· cor ingrediens duas uias· i· habens bonitatem in intellectu et malitiam in affectu· nõ habebit successus· prosperos· s· set aduersos· et prauum cor· i· habens tale cor· in illis scandalizabitur· grauius est enim scandalum de casu hominis litterati quam simplicis· cor nequam· i· iniquum· grauabitur in doloribus· i· eternis· et peccator adiciet ad peccandum· i· talis dum uiuit de malo in peius procedit et sicut e de singulari persona sic de congregatione mala· propter quod subditur· synagoge superborum nõ erit sanitas spiritualis que consistit in bona dispositione humorum· frutex· n· peccati· i· omnis excessus pullulans peccatum eradicabitur in illis· nõ omnia cu de sunt dei oculis· et nõ intelligetur· s· a peccatoribus qui nolunt diuina iudicia cogitare ¶ Cor sapiens· hic consequenter bonitatem oppositam ostendit· d· Cor sapientis intelligetur· i· cognoscetur in sapientia· i· in dictis et operibus sapientie p que cognoscitur bonum latens in mente· Cetera patent· Ignem ardentem· postquam auctor tractauit de exercitio uirtutum erga superiores et interposuit unum quod e commune omnium uirtutum· hic consequenter agit de uirtutum exercitio erga inferiores in speciali· 2o erga inferiores in sapientia 4o c· ibi· sapientia filiis suis· tertio erga inferiores in potentia 4o capitulo· Inferiores in statu sunt pauperes qui eis p elemosinam subueniendum· io primo elemosine uirtutem ostendit· 2o ad faciendum eam inducit in principio e· capituli· Circa primum d· Ignem ardentem extinguit aqua· hec e· n· experientia sua· et elemosina resistit peccatis· penam p eis debitam auferendo· propter quod daniel dicebat regi nabuchodonosor· dan· 4· peccata tua elemosinis redime et cetera· et deus prospector eius

qui reddit gratiam de bonis a deo sibi collatis · elemosinam faciens eius membris meminit in posterum augmentando eius bonum · et in tempore casus sui · i. sue mortis · inveniet firmamentum · quia sicut augustinus dicit · sola misericordia comes est defunctorum

Fili elemosinam IIII

Hic consequenter inducit ad elemosinam faciendam et primo proponit singulare · 2° conditionem ibi · congregationi pauperum · Circa primum dicit · fili elemosinam pauperis ne defraudes · tibi retinendo quod est commissum pauperibus et rogare vel de tuo denegans in casu necessitatis in quo pauperi debetur · et oculos tuos ne transvertas a paupere · ut si non potes exhibere manum saltem exhibeas animum et benignum aspectum · animam esurientem ne despexeris et cetera · nam afflicto non est danda afflictio · Cetera patent usque ibi · ab inope ne avertas oculos tuos propter iram · i. si de petito te turbaverit non dimittas propter hoc sibi benefacere · et non relinquas querentibus tibi retro maledicere · i. non des occasionem pauperi per tuam duritiam ut maledicat occulte et cetera et subdit causam · maledicentis enim tibi in amaritudine anime exaudietur et cetera · Sed contra hoc videtur quod non sit exaudiendus quia maledicere est peccatum · dicendum quod maledicere non accipitur hic pro imprecatione mali culpe que semper est peccatum nec pro imprecatione mali pene absolute sed pro imprecatione mali pene ut vertatur deo intentionem ei cui imprecatur et sic ex sua afflictione ad compatiendum aliis moveatur · Congregationi · hic consequenter monet elemosinam facere conditioni debitam · Congregationi pauperum affabilem te facito · alloquendo dulciter · et donum si potes conferendo et tunc erit duplex elemosina · s. ubi et sic et tanto melior quanto conditionem ceteris paribus quod bonum quanto communius tanto divinius · et presbitero humilia animam tuam et cetera i. senior exhibe reverentiam debitam et non dimittas propter eius paupertatem · liber enim iste primo fuit scriptus grece quam latine · presbiter autem grece idem est quod senex latine · unde primo de anima ubi translatio nova habet · si senex haberet oculum iuvenis videret utique ut iuvenis · antiqua translatio habet · si presbiter haberet oculum iuvenis et cetera · libera eum qui iniuriam patitur · In hoc enim est pauper · et ne acide feras · i. egre vel moleste · sicut fructus acidus molestat dentes · In iudicando esto pupillis misericors ut pater · solum tu iustitia · et pro viro matri illorum iudicium consolando · et eris tu velut filius altissimi · per gratiam adoptionis · et miserebitur tui magis quam mater quia misericordior est quam illa et potentior ad dandum meliora · Sapientia · hic consequenter inducit ad iuniores instruendos quod fit per doctrinam qua sublevantur ignorantes · et dividitur in duas partes / nam ostendit primo qualiter homo sapiens habeat a deo · 2° inducit ad communicandum eam proximo ibi · fili conserva tempus · Circa primum dicit · sapientia · s. increata · filiis suis vitam inspirat · i. appetitum et desiderium melioris vite per doctrinam suam · et suscipit exquirentes se · sapientie donum eis augmentando · et preibit in via iustitie · eam ostendendo · et qui diligit illam diligit vitam · nam est via per eam · et qui vigilaverint ad illam · per studium lectionis et orationis · et complectentur placorem eius · i. suavitatem et dicitur a placo · as · et qui tenuerit illam · corde et opere · hereditabit vitam gratie in presenti et glorie in futuro · et quo introibit sapientia increata benedicet deus · multiplicando bona sua · qui serviunt ei obsequentes erunt sancto · nam ipsa est deus qui est sanctus sanctorum · et eos qui diligunt illam diligit deus · proverbiorum 8 · ego diligentes me diligo · qui audit illam iudicabit gentes · quia spiritualis iudicat omnia · prima ad corinthios 2 · et qui intuetur illam permanebit confidens · de beatitudine in patria ubi plenarie habebitur et incommutabiliter · et erunt in confirmatione creature illorum · i. opera eorum erunt in bono quoniam ipsum dirigendo · et in primo eligit eum · i. inter electos qui sunt primi et precipui apud deum ascribit ipsum · timorem

offense · et metum gehenne · et probationem · i. tribulationem temporalem que probat homines sicut ignis aurum · et inducet super illum · i. permittet induci ad eius bonum · et cruciabit illum · i. permittet cruciari · in tribulatione doctrine sue quia talis vexatio dat intellectum · donec temptet illum in cogitationibus suis · i. manifestet aliis bonitatem sue mentis · sic enim temptavit abraham genesis 22 · ut manifestaret aliis obedientiam abrahe · et credat anime illius · i. credi faciat eius ubi usque procedit ex conceptu mentis · sic enim fuit de abraham post dictam temptationem · unde sibi dixerunt ethei genesis 23 · princeps dei es apud nos / ac si dicerent vobis tuis credimus sicut verbis dei · et confirmabit illum in bono et iter adducet directum ad illum · ypallage est / et est sensus adducet illum ad iter rectum · et letificabit eum · gaudio interioris conscientie · et denudabit absconsa sua illi · i. revelabit occulta sue sapientie · et thesaurizabit super illum scientiam et intellectum iustitie · ut sciat se et alios dirigere in via iustitie · Si autem oberraverit · per maliciam suam · deus derelinquet eum et cetera · sicut contigit sacerdotibus et scribis iudeorum qui a veritate quam de christo cognoverunt per scripturas prophetarum evanuerunt per invidiam quam contra christum conceperunt / eo quod predicabat contra eorum vitia / propter quod tradidit eos deus in manus romanorum / qui eos penitus perdiderunt propter cognitionem veritatis / et in manus inimici permisit eos per obstinationem detineri · Fili conserva tempus · postquam auctor ostendit qualiter homo sapientiam habet a deo · hic consequenter inducit habentem sapientiam ad communicandum eam proximo / et dividitur in duas partes · quia primo agitur de veritatis doctrina · secundo de doctoris prudentia in principio capituli · prima adhuc in duas quia primo inducit doctores ad communicandum · 2° discipulos ad recipiendum capitulo 6 · ibi fili a iuventute · prima in duas · quia primo doctores inducit ad docendum veritatem · secundo ad restringendum superfluitatem capitulo 5 · ibi · non attendas · prima adhuc in duas · i. in partem principalem et incidentalem / que incipit ibi · non confundaris · Circa primum inducit ad docendum veritatem cum debitis circumstantiis quarum una est opportunitas temporis · quia sicut dicitur ecclesiastes 3 · tempus tacendi et tempus loquendi / ideo dicitur · fili conserva tempus · doctrina vero veritatis impeditur per malam vitam doctoris · ideo subditur · et devita a malo · gregorius omelia 12 · Cuius vita despicitur restat ut eius predicatio contempnatur · impeditur etiam vera doctrina eo quod doctor timet vel erubescit tangere vitia maiorum ideo subditur · pro anima tua · i. pro vita temporali exponenda ne confundaris dicere verum · et subditur ratio · est enim confusio adducens peccatum · s. illa qua doctor desistit dicere verum ne a maioribus confusionem patiatur in conspectu hominum · et est confusio adducens gloriam et gratiam · s. illa que sustinetur patienter propter veritatem · ideo impeditur vera doctrina per acceptionem personarum · ideo subditur · ne accipias faciem · s. hominis · contra faciem tuam · i. contra animam tuam que est facies ad veritatis contemplationem de qua facie dicitur · 2 ad corinthios 3 · nos vero revelata facie domini gloriam speculantes et cetera · nec adversus animam tuam mendacium · dicendo falsum sicut in favorem alicuius potentis · non reverearis proximum tuum · i. amicum · in casu suo · malum ipsius palliando · nec retineas verbum · cessando a doctrina veritatis · in tempore salutis · i. convenientis doctrine · ne abscondas sapientiam tuam in decore eius · verbis curiosis obumbrando veritatem · et subditur ratio · In lingua enim · videlicet loquentis · agnoscitur sapientia et cetera · quia faciliter capitur ab auditoribus · proverbiorum 14 · doctrina prudentium facilis est · et firmamentum ab operibus iustitie · quia doctrina bona confirmatur per opera bona docentis · et quia vane glorie cupidi doctis aliorum etiam minus vel magis probabilibus libenter contradicunt quod cedit in veritatis impedimentum ideo subditur · non contradicas et cetera · et de mendacio ineruditionis tue confundere · s. intra ipso · de futuro tua maiori reprehensione · Non confundaris · hec pars est incidentalis in qua tractat de veritate vite et iustitie / eo quod immediate tractavit de veritate doctrine · Et dividitur in duas partes · quia primo ponit aliqua ad utrumque

veritatem pertinentia. Secundo concludit aliqua que sunt
impedientia ibi. noli esse sicut leo. Circa primum dicit
non confundaris confiteri peccata tua. et qui scit et potest
remedium adhibere hoc enim pertinet ad veritatem vite. et
ne subicias te omni homini. pro peccato supple remediando
sed tantum illi qui scit et potest remediari. noli resistere contra fa
ciem potentis. scilicet dei. nec coneris contra ictum fluminis. id est iusticie
divine, cui resistit in peccatis obstinati. Consequenter ponit quod pertinet
ad veritatem iusticie dicens. pro iusticia certa pro anima tua. id est pro salute a
nime tue. et usque ad mortem certa pro iusticia. eligibilior enim
est mors bona quam transgressio iusticie. et deus expugnabit pro te ini
micos tuos. spirituales semper et corporales frequenter. noli citatus esse
in lingua tua. id est preceps, proferendo sententiam. nec remissus in operibus tuis.
id est in exequendo sententiam iuste latam. ¶ Noli esse. hic consequenter excludit
impedientia quorum unum est crudelitas quam excludit dicens. noli esse
sicut leo et cetera. Secundum est cupiditas circa quam primo ponit iterum
secundo prosequitur apostolus in prima ad Timotheum capitulo ultimo. et quoniam cupiditas est radix omnium
malorum Timotheo 6. ideo dicit. non sit porrecta in promptu manus
tua. ad capiendum munera iniuste vel inhoneste, et ad dandum
collecta. id est clausa.

Noli attendere. V. CA

Hic prosequitur intentum de cupiditate dicens. noli
attendere ad possessiones iniquas. id est inique ac
quirendas. et ne dixeris est mihi sufficiens vita. id est mihi restat lon
ga vita. ideo multa mihi sunt acquirenda. nichil enim proderit in tem
pore vindicte. divine. et obductionis. id est clausionis scilicet vite
que fit in morte. non sequaris in fortitudine tua concupiscentiam
cordis tui. per potentiam tuam aliena rapiendo. et ne dixe
ris quomodo potui. Sic supple potens ero in futuro. aut
quis me subiciet. quasi dicat nullus. Sed hoc removetur cum subditur. deus
enim vindicans vindicabit. Cuius potestati nemo resistere potest.
ne dixeris peccavi et quid accidit mihi triste. quasi dicat ita bene
vel melius est mihi. sicut non peccanti, et hoc frequenter contin
git quia habet bona temporalia, ideo subditur peccato dicendo. altissimus
est enim patiens redditor. nam aliquando expectat per totam vi
tam et tunc infert gravissimam penam. de propiciato peccato. id est
per penitentiam remisso. Noli esse sine metu. quia nescis si pe
nitentia sufficiens fuit, et si fuit sufficiens ad remotio
nem culpe, non tamen totalis pene. neque adicias peccatum. per reciti
vum. super peccatum prius dimissum, quia sic quodammodo per ingra
titudinem redit. et ne dicas miseratio dei magna est et cetera. de dei mi
sericordia nimis presumendo, et subditur ratio. misericordia enim patiens
et ira. puniens. ab illo cito proximat. secundum quod homo peni
tet de peccatis. vel indurat in illis. ideo subditur. non tardes con
verti ad dominum. per penitentiam veram. et redit auctor ad impietatem
cupiditatis. dicens. noli anxius esse in divitiis iniustis. acquiren
dis male, vel retinendis. Cetera patent ex dictis. ¶ Non
ventiles te. Auctor supra induxit ad docendum veritatem. hic
consequenter inducit ad vitandum inderentiam ad superfluitatem dicens. non
ventiles te in omnem ventum. varie et presumptuose docendo
et non eas in omni via. id est omnem opinionem, recitando nunc uni nunc
alteri adherendo. sic enim peccator probatur in duplici lingua.
modo veritatem docendo, modo contrarium veritati asserendo, quod solent
facere doctores vacillantes in fide. ideo subditur. Esto firmus in
via domini. quantum ad fidem. et in veritate sensus tui. id est dictaminis
rationis naturalis quantum ad mores. et prosequatur te verbum pacis
et iusticie. in agibilibus huius vite. et quoniam ad doctorem pertinet
de questionibus respondere. ideo subditur. Esto mansuetus ad audiendum
verbum dei. dulciter audiendo quere de fide vel moribus tibi fac
tam. ut intelligas. querentes intentionem. et cum sapientia proferas
responsum verum. secundum enim philosophum opus est sapientis non mentiri de
quibus novit. ideo subditur. Si est tibi intellectus veritatis. circa
questionem. responde proximo. sin autem sit manus tua super os tuum
tacendo et subditur ratio. ne capiaris et cetera. et patet littera. et quo
niam aliquando aliquis doctor vane glorie cupidus verecundatur non
respondere nec audet in palam quia nescit veritatem. ideo respon
det occulte et male. propter quod subditur. non appelleris su

surro. id est male loquens in silentio. unde dicitur susurro quasi ab
auris sono, eo quod loquitur in aure. et lingua tua capia
ris et confundaris. coram deo et coram hominibus aliquando. Sequitur
talia ad hominem notitiam deducuntur. super furem enim est id est pe
ior fure qui facit fraudem in re possessa. et iste fraudem
facit in veritatis doctrina quam deterius. ideo subditur. con
fusio et penitentia. quia talis se videns confusum penitet de
responsione sua. et denotatio pessima. ideo. ostensio et
sibilus super bilinguem. quia sic reddet ignorans sicut sa
cus. ideo subditur. susurratori autem odium et cetera quia mentitur
illi mala. Aliter autem potest exponi littera ab illo loco. non
appelleris susurro. de ignaro doctore qui nesciens docet
veritatem bonam alterius in palam impugnare, et invidia motus
in occulto nititur eam depravare. potest etiam exponi de quo
libet occulto detractore, in fine concludit de vero docto
re iustificat pusillum et magnum similiter. non declinando a via ve
ritatis doctrine propter varium statum hominum et fortunam, que nec vita
est stabilis, nec sequitur fortune variabilitatem.

Noli fieri. VI. CA

Supra actum est de veritatis doctrina. hic
agitur de doctoris prudentia que maxime con
sistit in hoc quod acquirat et conservet dei et hominum ami
citiam. nam maior est summum dei donum prima Corinthiorum 13. ma
ior autem horum est caritas, propter quod primo retrahit ab in
imicicia   Secundo inducit ad perfectam amicitiam ibi. Ver
bum dulce. Circa primum dicit. Noli pro amico inimicus
fieri proximo. nam cuius proximus est ex amicitia diligendus
propter quod inimicitia contraria est deo et bonis hominibus odienda
propter quod subditur. improperium enim in finali iudicio in quo Christus
improperabit malis et maxime peccatoribus ex certa scientia qua
lis est doctor malus. et contumeliam. in inferno a diabo
lo et angelis eius. erit omnis peccator. sciens et intelli
gens de quo hic agitur. in invidia fame aliorum. et bilin
guis. nam aliquando sonat locus contra veritatem ad depravandum
aliorum doctrinam, et quia hoc procedit ex superbia subditur.
non te extollas in cogitationibus anime tue velut taurus. sic
ratione bonos impetens tuis cornibus. ne forte elidatur virtus
tua. id est subtilitas ingenii tui. per stulticiam. id est per abusum scientie
et folia tua. id est verba tua ornata. comedet. id est destruet
hec stulticia. fructus tuos perdet. id est bona que fieri poterant
per ingenium et scientiam tuam. et relinquaris velut lignum ari
dum. id est carens humore devotionis. et fructu bone operationis
anima enim nequam. que scienter impugnat equitatem. disperdet
qui se habet. id est habentem talem animam et in gaudium inimicis. id est
diaboli. dat illum. diabolus enim magis gaudet de subversione
hominis litterati quam simplicis. et deducet in sortem impiorum. id est in ge
hennam que est sors impiorum, sicut beatitudo sors iustorum.
¶ Verbum dulce. hic consequenter ponitur inductio ad augmen
tum amicitie. Et dividitur in duas partes, in quarum prima ponitur hec in
ductio. secundo amicitie distinctio ibi. Est enim amicus. Circa primum
dicit. verbum dulce multiplicat amicos. sicut legitur de beato
clemente qui propter dulcedinem eloquii erat dilectus non
solum a christianis sed etiam a gentilibus et iudeis. hoc patet de gede
one iudicum 8. qui viros effraym concitatos contra se mitiga
vit per verbum dulce. et lingua eucharis. id est bene grati
osa in bono homine habundabit. quia studet dicere verba gra
tiosa. multi pacifici. id est amicabiles. sint tibi et consiliarius
sit tibi unus de mille. non enim est cuilibet secretum cordis sui
et maxime de contemplatione melioris propositi revelare, quia
frequenter ab amicis carnalibus impeditur. Si possides amicum
id est possidere desideras amicum verum. in temptatione posside illum
id est in adversitate proba illum. adversitas enim hoc bonum facit quia
veros amicos a fictis distinguit et non facile credas illi
te ipsum. revelando scilicet secretum tuum ante quam probaveris ipsum.
¶ Est enim. hic consequenter ponitur amicitie distinctio ut videatur
de quo amico sit confidendum. Et primo ponitur distinctio et
secundo veritatis amicitie commendatio ibi. amico si permanserit

Circa

vide mora. 2 q.

Circa primum ponitur distinctio quadrimembris cum dicit. Est
enim amicus secundum tempus suum etc. i. secundum tempus aptum ad lucrum
suum quod est tempus prosperitatis amici propter quod adversitate
superveniente recedit ab amicitia. et est amicus qui convertitur
ad inimicitiam. et hic est homo invidus qui superexcres-
cente amico suo prosperitate per invidiam incipit dolere et ei
contrarius esse. et est amicus qui odium et iram et convicia de-
nudabit. hic est homo fallax qui tamen aliquo fingit amici-
tiam ut sciat suum secretum ut sic melius possit impugnare
. Sicut in legenda beati tiburcii dicitur de torquato quod intravit
ad christianos ut eos gravius impugnaret. est autem amicus socius
mense. hec est amicitia que fundatur in bono delectabi-
li quo deficiente solvitur amicitia. ¶ Amicus. hic autem ponit
amici veri commendationem cum dicit. amicus si permanserit fixus
tecum. i. in amicitia que est secundum deum. erit tibi quasi coequalis
. i. diliges eum sicut te ipsum secundum caritatis preceptum. et in
domesticis tuis fiducialiter aget. i. in privatis negociis
tuis fideliter se habebit. Si humiliaverit se contra te. i. in omnibus
bonis tibi consenciens et a facie tua absconderit se.
procurando bonum tuum in absencia tua magis quam in presencia
unanimem habebis etc. i. cum eo sis unum cor et una anima
ab inimicis tuis separare. loco non tamen anima cor. i. diligite
inimicos vestros etc. et ab amicis tuis attende. qui sunt
veri amici secundum condiciones premissas. amicus fidelis
protectio fortis. tempore tribulacionis. qui autem invenit the-
saurum. i. quia valde preciosum quia rarum et optimum. a-
mico fideli nulla est comparatio etc. i. rebus temporalibus quantumcumque
preciosis. amicus fidelis medicamentum vite et immortalitatis
nam amicus fidelis ex caritate et sic sollicitus est de ami-
co quantum ad bona gratie que vivificant spiritualiter et perducunt
ad immortalitatem glorie. et qui metuunt dominum. timore filia-
li. invenient illum. per amorem mutuum. qui timet deum
timore filiali. eque habebit amicitiam bonam. s. dei. tamen
non ibi equalitas quantitatis nam dilectio ex parte dei
semper est maior. sed est ibi equalitas proportionis quia qui magis di-
ligit deum magis diligitur ab eo. ideo sequitur qui secundum il-
lum. i. secundum essenciam divine magnificentie. erit amicus illius.
. Sciendum quod si hoc magis determinet actum divine dilectionis in-
trinsecum non est ibi magis nec minus nam uno actu simpli-
cissimo diligit omnia. Si autem determinet effectum extrinsecum
. s. bonum quod vult diligentibus se. nam diligere est velle
alicui bonum. sic magis diligit unum quam alium volendo
ei maiorem gratie et glorie gradum. ¶ Fili a iuventute. Su-
perius actor induxit doctores ad scientie communicationem. hic conse-
quenter inducit discipulos ad eius receptionem. Et dividitur in
duas partes. nam primo ad sapientie receptionem inducit. secundo
a quibus accipienda sit ostendit ibi. in multitudine presbiterorum. prima
adhuc in duas. nam primo inducit ad dictam receptionem.
. secundo ad eius continuationem ibi. audi fili. Circa primum dicit. fili a
iuventute tua excipe doctrinam. quia sic melius retinetur. secundum illud quod
nova testa capit inveteratam sapit. et usque ad canos
. i. usque ad senectutem. invenies sapientiam. nam in ea potest
homo semper proficere. quasi is qui arat etc. quere illam cum magna
diligentia. et sustine. i. expecta. bonos fructus illius. qui
sunt gratia et gloria. in opere enim illius exiguum laboris. secundo boni
sequentis. et cito edes de generationibus illius. nam hiis sa-
pientie principiis incipit esse dulcis quod prius non sapiebat ideo
subditur. quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus. sicut
cui cibus sapidus infecto gustui videtur amarus. et non
permanebit in illa excors. i. homo sine corde. quia negligens
est in acquisitione sapientie. quasi lapidis virtus. i. ponderis. probatio
illum. sicut enim sustinens lapidem ponderosum eicit
illum. sic illi quibus gravis est sapientia eiciunt illam repellen-
do laborem qui est in acquisitione eius. Sapientia enim doctrine secundum nomen
est eius. i. hic nominatur etc. dicit enim sapientia a sapore quamvis stul-
tis ut predictum est insipida videatur. quibus autem agnita est
non tamen speculative sed etiam practice. permanet usque ad conspe-
ctum dei. deducendo eos ad statum glorie. ¶ Audi fili. hic
consequenter inducit ad dicte receptionis continuationem. dicens.

Audi fili. aurem cordis et cordis. et accipe consilium intellectus. i.
que intra te legis bonum ad prosequendum et malum ad
fugiendum. inice pedem tuum. i. affectum. in compedes illius. s.
sapientie ei inseparabiliter adherendo et torques illius collum
tuum. i. verba tua que frequenter in gutture sapientis proferendo.
Subice humerum tuum etc. i. laborem in eius acquisitione li-
benter porta et sine tedio. In omni animo tuo accede ad il-
lam. intellectum tuum et affectum ei totaliter applicando.
et quia cum hoc requiritur bonum opus exterius subditur
Et in omni virtute tua etc. et continens factus. i. tenens sapientiam
ne derelinquas eam. Sicut salomon in senectute deprivatus
per mulierum indebitum amorem. 3. Reg. xi. capitulo. In novissimis
enim tuis etc. i. post hanc vitam in patria etiam vita in dulce-
dine sapientie delectantur. propter quod etiam philosophi circa finem vite
sue dimissis occupationibus aliis vacabant contemplationi se-
cundum philosophiam ut dicit thomas de aquino super librum de causis
et erunt tibi compedes eius. i. inseparabilis adhesio cum sapientia
in protectione fortitudinis. nam innitens sapientie non frangitur
adversitatibus. et torques illius. i. doctrina sapientie que formatur
in gutture. In stolla glorie. nam per eam acquiritur
duplex stolla. s. gloria corporis et anime. Decor enim vite est in
illa in patria. i. in patria per gratiam et per gloriam in futuro
. Cetera patent ex dictis. ¶ In multitudine. hic consequenter o-
stendit a quibus sit accipienda sapientie doctrina. s. ab illis
quorum sapientia nota est et approbata. ideo dicit. In multitudine
presbiterorum. i. seniorum ut dictum est supra. prudentium. per
hoc excluduntur senes decipientes et etiam moribus de-
ficientes. nam prudencie connexe sunt alie virtutes
morales ut habetur 6. ethicorum. potest hoc etiam exponi de sacer-
dotibus bonis qui tenentur legem scire et eam docere. ideo
sequitur. ut omnem narrationem dei. i. contentam in lege divina
possis audire. i. intelligere. nam melius sciencies possunt
clarius docere. et proverbia laudis non effugiant te. i. verba
notabilia laude digna. et si videris sensatum evigila ad
illum. i. sis sollicitus ipsum frequentare et ipsum audire. Co-
gitatum habe in preceptis dei quia sunt de necessitate salutis. et in
mandatis eius assiduus esto. ea opere adimplendo. et
ipse dabit tibi cor intellectus et operandi.

Noli facere. VII

mala. Superius dictum est de debito usu scientie et sa-
pientie. hic consequenter agit de debito usu potestatis
. qui quidem usus frequenter impeditur per maliciam ipsius habentis potestatem
. ideo primo removetur hoc impedimentum. secundo accedit ad propositum ibi
noli facere mala. contra deum. et non apprehendent te. per pe-
nam infligendam tibi secundum iudicium divinum. discede ab iniquitate quam
proximum tuum cui debes equitatem servare. et deficient
mala abs te. s. mala culpe et gehenne. ne semines ma-
la in sulcis iniusticie. i. non des exemplum male agendi ho-
minibus ad hoc pronis. sicut sulcus paratus ad receptionem se-
minis. et non metes ea. in pena tibi inferenda. in sep-
tuplum. i. multiplex. nam quod hominibus est aliquis cum culpe
tot penis est puniendus secundum ordinem iusticie ¶ Noli querere
. hic consequenter accedit ad propositum. Circa quod primo docet de
bitum potestatis usum in regimine subditorum. secundo in distributione
honorum suorum in principio. xii. capituli. prima in duas quia primo docet
usum potentie presidendo. secundo in iudicando. x. capitulo. prima ad-
huc in duas. s. in partem principalem et incidentalem que incipit
ibi. noli discere a muliere sensatam. Circa primum notandum
quod virtutes in excellenciori gradu debent esse in princi-
pibus ecclesiasticis et temporalibus quam in subiectis. sunt enim utrique
ministri dei a quo est omnis potestas in regimine populi quod philosophus
. A. ethicorum. virtutes in excellenciori gradu nominat he-
roycas et divinas. Presumptuosum est autem quod aliquis
se reputet sic esse virtuosum propter quod virtuosum est appetere
absolute vel querere principatum. Suscipere tamen in casu neces-
sitatis est ut bonum. s. quando imponitur canonice pro communi utilitate
. unde dicit augustinus ocium sanctum querit caritas negocium

iustum quia susapit necitatis cura iustus quia sacruam si nulla
ipone contemplandi, iu ina uacandum est. si aut ipoit iustine
da eopter cura iustis nicitate. Et in actor hui libri abiito
ne pernapaci primo repuit. Sed suscepium dirigit ibi
noli querere ab homine ducatum. i. q sias dux alior i spu
alibus uel tpalibus ratione dicta. neque a rege cathedram
honoris. i. p. alios iudicandi. non te iustifices ante
deum. i. non studeas ad hoc q homines te iustum credant
coram deo sicut faciunt ypocrite ut ascendant ad maiora
quia agnitor cordis ipse est. et sic uidet tale fictionem et pu
niet. et penes regem noli uelle uideri sapiens. non dicit
uelle esse sapiens quia hoc est semper bonum. sed uelle uideri tm
Cum n. ex hoc aliquis idignus pmouetur ad maiorem
statum apparet eius deffectus qui prius erat incognitus sicut si
mia qui summum ascendit turpitudinem suam plus ondit. Noli querere. hic consequenter i principatu debite suscepto di
rigit. et primo i inuadis. sed i agendis ibi memento ire
Prima in tres. quia primo dirigit i inuadis respectu ppli. secundo
respectu sui ibi noli esse pusillanimis. tercio respectu utriusque
ibi. non irrideas. Circa primum dicit. noli fieri iudex. i. re
cipe pt iudicandi. nisi ualeas uirtute irrumpere iniq
tates. i. eas punire secundum ordinem iusticie. ne forte extimes
cas faciem potentis. ppter hoc dimittendo ordinem iuris. et
ponas scandalum i agilitate tua. i. scandalizes pplm ex tu
a leuitate et incostancia. non pecces i multitudine ciuitatis agendo
iniuste ppter timorem multitudinis. nec te mittas i pplm. et
consentiendo i malum sicut pilatus uolens satisfacere
pplo dimisit barrabam et ihm tradidit crucifigendum
ut ih. nec alliges duplicia peccata. s. tuum peccatum cum peccato
ppli. non n. i uno eris immunis. s. a pena. s. p. utroque
puniens. quia iudex tenetur in talibus facere ppli ipe
tum. Noli esse. hic consequenter dirigit potentem respectu sui pp
d. noli esse pusillanimis i aia tua. sic q dicat non
sis tam sollicitus de ppli regimine q negligas salutem
aie tue facere orationes et opera tue. Ita tamen q hec
non sufficiant ni a peccatis caueatur. ideo subdit. ne di
cas i multitudine munerum meorum respiciet deus. In tantum
q non puniet mea peccata. nam hoc est sicut agit qui
elemosinam uel uestimentum pauperi largitur et tamen oie uel
tactu iniquitatis polluitur que sua sunt dat deo et se ip
sum dyabolo. Non irrideas. hic consequenter dirigit potentem
te respectu utrorumque. s. sui et ppli. d. non irrideas et sed di
cit. est n. qui humiliat et exaltat. nam deus qui uidet omnia
cito pt humiliare derisorem et erigere lugentem. Noli a
mare mendacium aduersus fratrem tuum. hoc est mendacium p
niciosum quod est pessimum. et quia nullum mendacium pt
fieri sine culpa subdit. noli uelle mentiri omne mendacium. eciam
iocosum et officiosum. assiduitas n. illius non est bona. quia
mala. tamen quia de se uiciosa. Cum quia ad p
mendacium inductiua. noli uerbosus esse in multitudine presbiterorum. i. seniorum. uel eciam presbiterorum ipse doctorum. nam iuuenes
tales debent iuniores tacere et sapientiam eorum audire. et
non iteres uerbum in oratione tua. hic oratio potest dupliciter
accipi. uno modo p peticione uel interrogacione a sapi
entibus que sic intelligibiliter et perfecte debet fieri q e
am non oporteat iterari. Alio modo p peticione a deo q non
debet fieri in multiloquio credendo q p hoc exaudiatur. ideo dicit
saluator. mt. vi. orantes nolite multum loqui sicut ethnici fa
ciunt. putant n. q p hoc exaudiantur. non oderis labo
riosa opera et cetera. contempnendo uinitores et agricolas et hu
ius modi nam eorum laboribus alii sustentantur optimique magis
sunt. non te reputes i multitudine indisciplinatorum. sequendo
societatem et mores eorum. Memento. hic consequenter instru
it potentem in agendis. d. memento ire. i. uindicte ire
diuine. quia non tardabit. immo frequenter repente uenit
et hec consideracio potentem dirigit i agendis et quia
potencia frequenter est occasio superbie que est principium omnis
peccati subdit. humilia ualde spiritum tuum. Sicut dicit supra
iii. c. Quanto magnus es humilia te i omnibus. quoniam

uindicta carnis impii. qui per superbiam crudeliter exarsit.
ignis et uermes. s. ignis gehenne et uermes conscie
ntia. unde ysaie ultimo ignis eorum non extinguetur et uermes eorum
non morietur. et quia homo crescens in potencia frequenter ob
liuiscitur amicorum pristinorum ideo subdit. Noli preuaricari
i amicum pecuniam differentem. i. noli rumpere amici
ciam eius pristinam si differat tibi pecuniam comodare
nam amicicia multo preciosior est q pecunia. Aliter eciam
manus ideo bonum non est contempnendus p minori. sed magis
eius. neque fratrem carissimum auro spreueris. i. ppter aurum
quia melior est tibi q quodcumque aurum. Noli disce
dere. hec est pars incidentalis in qua ponitur tria informa
cia et ibi. honora patrem tuum. tum. s. c. primi
uero incidens est. Ex hoc n. q dictum est de usu po
tentie i ppli regimine occasionaliter hic tractatur de usu potentie
in regimine ppe domus et familie et primo quantum ad
uxorem cum dicit. noli discedere. animo uel loco. a muliere
sensata. in regimine familie. et bona. i. casta et ho
nesta. quam sortitus es i timore dei. i. ad prouidam exi
a plem i timore dei et eius cultu nutriendam. gratia enim
uerecundie illius super aurum. preciosum n. ornamentum
est in fronte mulieris uerecundia. Unde p oppositum dicit
de muliere iuerecunda. frons mulieris meretricis facta
est tibi noluisti erubescere. Secundo quantum ad familiam seruientem
cum dicit. non ledas seruum operantem i ueritate cum eius
sit magis nutriendus. neque mercenarium dantem animam
suam. i. exponentem uitam suam in seruicio tuo. seruus se
sensatus. et cetera. non defraudes illum libertate. post debitum ser
uicium sibi concedenda. nec inopem derelinquas illum e
mittendo illum uacuum. precipitur n. deuteronomio. xv. q seruus
libertati dimissus non recedat a domino suo uacuus. pe
cora tibi sunt. et cetera. nam eorum nutricio multum ualet ad
sustentacionem domus et familie. si sunt sterilia uel morbi
da et tunc se dicit dominus de ipsis expedire. tercio quantum
ad prolem cum dicit. filii tibi sunt erudi illos. quia pater
tenetur filiis prouidere de nutrimento et documentis
et curua illos. sub disciplina a pueritia sicut
ramus tener de facili curuatur. non aut postquam induruit
filie tibi sunt. serua corpus illarum. ut non diffamentur
euagando et sic corrumpantur sicut dyna filia ia
cob gen. xxxiiii. et non ostendas hylarem faciem tuam ad
illas. ne ex tali blandimento insolescant. trade fi
liam. s. nuptui et grande opus feceris nam p hoc
de custodia eius eris expeditus. et homini sensato da
illam. Unde dicit tullius malo filie mee uirum q
egeat q pecuniam q uiro egeat. ultimo redit ad
uxorem a qua incepit. d. mulier si est tibi secundum animam tuam.
i. uoluntatem racionabilem. non proicias illam. aliqua oc
casione turbatus contra illam. et odibili non credas te i to
to corde. reuelando ei secretum cordis tui sicut samp
son dalide p quod fuit excecatus. iudicum xvi. Honora
patrem tuum. hic ponitur secundum incidens ex hoc n. q a
liquis crescit in potestate posset credere q non tenetur patres
honorare qui sunt inferioris gradus q est falsum. nam
talis honor est de iure naturali et diuino. et ideo primo i
ducit ad honorandum patrem carnalem. d. honora patrem tu
um. non solum reuerenciam exhibendo sed eciam si indigeat nutrimenta
ministrando. et gemitus matris tue. quos sustinuit i
tui parturitione. Cetera patent. In tota aia. hic consequenter
inducit ad honorandum patrem spiritualem et principalem qui est
deus et primo in se et suis ministris secundo in suis membris
ibi. et pauperi. Circa primum dicit. honora deum ex
tota aia tua. nam diligendus est super se et super oia
et honorifica sacerdotes. eius locum tenentes. et ppur
ga te de peccatis. cum brachiis. i. p oblaciones tuo
labore acquisitas. da illis partem. sicut mandatum est tibi in
leuitico. primiciarum q sacerdotibus debebantur. et purgati
onis. i. decime que debebantur leuitis. et de negligencia
purga te. cum paucis quia deffectu ppius non est reuelandum

multis. dona benedictionis tuorum .i. tuo labore acquisita et sanctifica sanctificatus .i. hostias perfectam. offeres domino ad impetrandum eius gratiam. Initium sanctorum .i. sanctificationes hominum supple sunt hec scilicet primitie decime etc. que dicta sunt. ¶ Et pauperi. hic inducit ad honorandum deum in membris suis indigentibus dicens. et pauperi porrige manum tuam. dando scilicet elemosinam. ut perficiatur propitiatio et benedictio tua .i. remissio peccatorum tuorum et collatio bonorum quod frequenter in scriptura benedictio notatur. gratia datur .i. dabitur. in conspectu omnis viventis. scilicet in iudicio generali. tunc enim pro pietatis operibus dicetur. venite benedicti patris mei etc. sequitur. esurivi et dedistis mihi manducare etc. math. 25. et mortuo non prohibeas gratiam. sed magis sepeli in propria et ora pro eo vel eius. Cetera patent usque ibi. Ex his etc. in dilectione dei scilicet et proximi firmabere. ultimo ponit quoddam directivum tocius humane vite. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua .i. mortem. sicut nauta sedet in ultima parte navis ut dirigat eam. ideo subditur. et in eternum non peccabis .i. numquam peccabis. sicut Joh. 13. dixit petrus non lavabis mihi pedes in eternum .i. numquam lavabis

Noli litigare. VIII

hic ponitur tertium induceus ad hoc. non datur potestas superioribus ut construeret pacem comunem et ideo quia supra dictum est de usu potentie hic ostendit huius agere de pacis conservatione. Et dividitur in duas partes. nam primo removet impedimentum pacis proveniens ex temeritate propria. secundo ex aliena ibi. cum audace. ¶ Circa primum sciendum quod contentio directe pacem impedit. propter quod eam removens dicit. noli litigare. i. iurgiis vel iudicio. cum homine potente .i. ecclesiastico vel seculari iudice. ne forte incidas in manus illius .i. sub iudicio eius et sic poterit te amplius gravare. non contendas cum viro locuplete .i. divite et dicitur locuples qui habet loculos plures. ne forte contra consistat .i. moveat litem tibi imponendo crimen furti vel aliquid huiusmodi propter eius pecuniam non possis te deffendere. ideo subditur. multos enim perdidit aurum et argentum .i. concupiscentia auri et argenti. et usque ad cor regum extendit supple se ista concupiscentia et per consequens ad iudices inferiores. et convertit scilicet iudicium a veritate in iniquitate et sic multi mortes condempnati sunt in rebus et in corporibus per pecuniam divitum. noli litigare cum homine linguato .i. rixoso. et non struas .i. apponas in ignem illius ligna .i. materiam incendii eius furoris per tuas contentiones et quia non solum linguati sed etiam stulti solent male loqui subditur. non communices indocto homini. cum eo familiariter conversando. ne male loquatur. sicut sichimite de abymelech. iudicum 9. ¶ Ne despicias. scilicet secundum principale retrahit a contemptu proximi secundo doctrine ibi ne despicias. Circa primum dicit. ne despicias hominem avertentem se a peccato. cum hypocritam vel papalardum nominando sicut faciunt multi. memento quoniam omnes in correptione sumus .i. ad correptionem deducimur eo quod ex elementis contrariis composita sumus. ideo subditur. ne spernas hominem in sua senectute .i. in qua appropinquat morti. et enim ex nobis senescunt .i. ex iuvenibus quales sumus debemus. et quam contemptus irrationabilis sit contrarium gaudium de eterno adventu subditur dicens. noli de mortuo inimico tuo gaudere. et subditur causa. sciens quoniam omnes morimur .i. morituri. nolumus venire. quod nolumus quod gaudeat de nostra morte. nec per consequens debemus de morte eorum gaudere. ¶ Ne despicias. hic ostendit retrahit a contemptu doctrine dicens. ne despicias narrationem presbiterorum sapientium .i. legis dei scientium. et in proverbiis illorum .i. notabilibus ipsorum conversare. audiendo et retinendo et

subditur causa. ab ipsis enim disces doctrinam intellectus. ad serviendum deo et etiam principibus ideo subditur. et sine magnatibus etc. et quia non solum audiendi sunt presbiteri sed etiam senes in quibus est sapientia ex longi temporis experientia. ideo subditur. non te preterat narratio seniorum. etc. et post. ¶ Non incendas. Tertium pacis conturbativum est indiscretio propter quod retrahit primo ab hiis in discretis dicens. non incendas carbones carbones peccatorum arguens eos. scilicet qui sunt obstinati vel in passione positi quia tunc non meliorantur sed deteriorantur. hoc tamen est intelligendum de correctione fraterna que ordinatur ad emendationem correcti sed non de correctione iudiciaria que ordinatur ad bonum multitudinis. multitudo enim melioratur per asperam punitionem et punitionem passionis et obstinati qua tenentur alii. ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. quia correctionem tuam non ferentes provocabunt te ad iram. ideo subditur. neque contra faciem stes contumeliosi. .i. ad convitia promptu ne sedeat quasi insidiator oris tui. ut rapiat inde unde possit te ad iram provocare. secundo retrahit ab indiscretis factis dicens. noli fenerare .i. commodare. homini fortiori te sequente impetum fortitudinis sue. ideo subditur. quod si feneraveris quasi perditum habe. quia non poteris per violentiam recuperare. non spondeas .i. promittas deo vel homini supra virtutem tuam. hec enim est indiscreta promissio. quod si spoponderis quasi restituens cogita. quia teneris facere tuum posse. non iudices contra iudicem impugnando eius sententiam iustam hoc est enim impugnare cuius locum tenet iudex in dirimendo iuste. ¶ Cum audace. postea retrahit ab hiis que pacem turbant et hoc principaliter ex temeritate propria. hic ostendit retrahit ab hiis que eam turbant et hoc principaliter ex temeritate aliena. et primo ex parte irascibilis. secundo rationalis ibi. cum fatuis. tertio concupiscibilis. Circa primum dicit. cum audace .i. temerarie ex impetu ire moto. non eas in via. et post modum. cum iracundo non facias rixam. nam ex ubis procedit ad iram. et cum audace. qui sequitur impetum ire. non eas in desertum .i. extra societatem hominum. quoniam quasi nihil est ante illum sanguis .i. effusio sanguinis innocentis. ¶ Cum fatuis. hic ostendit retrahit ab hiis que pacem turbant ex deffectu rationis in alio dicens. cum fatuis ne consilium habeas et subditur causa. non enim poterunt diligere nisi que illis placent. scilicet fatuus. qualis enim est unusquisque talis finis sibi videtur. secundo etiam consilium per consequens consulet nisi fatua. Coram extraneo ne facias consilium. nescis enim quid pariet. quasi dicit. forte consilium tuum adversariis tuis aperiet. ideo subditur. non enim homini cor tuum manifestes. sed soli amico vero et probato. ne forte inferat tibi gratiam falsam .i. amicitiam fictam ut sciat deffectum tuum latentem. et convitietur tibi. coram aliis in palam ad maiorem tuam confusionem.

Non zeles. IX

hic ostendit retrahit ab his que turbant pacem ex parte concupiscentie. dicens. non zeles mulierem sinus tui .i. non sis nimis suspiciosus de castitate uxoris tue propter hoc eam arctius includere. ne ostendat super te malitiam doctrine nequam. machinando in mortem tuam. sicut docentur tales mulieres a vetulis malis et quia sicut uxor propria non est nimis arctanda. ita nec nimis laxanda. ideo subditur. non des mulieri potestatem anime tue .i. ut dominetur tibi. ne ingrediatur in virtute tua .i. usurpet sibi quod est proprium viri. et confundaris tamquam effeminatus et vilis. Consequenter retrahit a muliere alia non coniugata. dicens. ne respicias mulierem multivolam .i. illuc nunc istuc nunc concupiscentem. ne forte incidas in laqueos illius. per signa lascivie sibi ostensa. Cum saltatrice ne assiduus sis. nam talis discursio membrorum muliebrium luxurie provocat attentum virginem ne conspicias. quia non licet intueri quod non licet concupisci. non des fornicariis .i. meretricibus animam tuam

in nullo. i. consensum tuum in aliquo. ne perdas te. quantum ad bona nature. et hereditatem tuam quantum ad bona fortune. sicut dicitur de filio prodigo luce. 15. noli circumspicere in vicis civitatis. etc. nam oculus est nuncius cordis, et impudicus oculus impudici cordis nuncius et occasio ruine. averte faciem tuam a muliere compta. talis enim apparatus est ad capiendum homines laqueus. ideo subditur. propter speciem mulieris etc. exemplum de sampsone et de salomone. et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. scilicet ex aspectibus et colloquiis et nutibus impudicis. Omnis mulier que est fornicaria quantumcumque nobilis genere. quasi stercus in via conculcabitur. quia libidini plurium supponitur. Cetera patent usque ibi. et non alterius cum ea in vino. potando cum ea et confabulando per vinum. iio. luxuriosa res vinum. et sanguine tuo propter illam effuso. sicut frequenter contingit pro adulterio laboris in perditionem quantum ad corpus et animam. Ne derelinquas. hec est pars incidentalis. per deceptores enim mulierum homo frequenter deserit amicitiam bonorum et committit in iniuriam. ideo postquam docuit deceptiones mulierum vitare. hic consequenter hortatur ab amicitia et quietu bonorum non discedere. et primo ponit primum. 2o. 3m ibi. viri iusti. Circa primum dicitur ne derelinquas amicum antiquum. quia probatus est in amicitia. novus enim non erit similis illi. scilicet quamdiu manserit novus. quia non est adhuc probatus. vinum novum amicus novus quia sicut de vino novo nescitur quale finaliter erit. sic de amico novo nescitur qualem fidelitatem habebit. veterascet. i. in amicitia firmabitur. et cum suavitate bibes illud. i. eius amicitia erit tibi suavis et bona. et quia amicitia frequenter per cupiditatem perditur ideo subditur. non zeles. i. non concupiscas. gloriam et opes peccatoris. quia ducunt ad mortem gehenne et frequenter ad mortem nature. propter quod subditur. non enim scis etc. et quia talia per iniurias acquiruntur subditur. non placeat tibi iniuria iniustorum. ipsam imitando. sciens quoniam usque ad inferos non placebit impius. etc. et non ante placebit sanctis in pena, sicut displicuit eis in culpa. psalmo. 57. letabitur iustus cum viderit vindictam manus suas levabit in sanguine peccatoris, applaudens iustitie divine. longe abesto ab homine potestatem habenti occidendi. i. a tyranno crudeli. et non suspicaberis timorem mortis. i. te elongando ab eo. auferes ab eo timorem mortis. et si accesseris ad illum. necessitate compulsus. noli aliquid committere. scilicet mali. ne forte auferat vitam. ex modicum [illegible]. communionem mortis scito. supple esse habitam cum tyranno. quoniam in medio laqueorum ingredieris. nam tyrannus semper tendunt laqueos subiectis ut habeant occasionem rapiendi bona eorum. et super dolentium [illegible] ambulabis. i. tyrannorum qui semper sunt in dolore. nam propter mala que fecerunt aliis in omni cibo et potu timent intoxicari. et in omni loco sibi insidiari. propter quod necesse est eos continue anxiari. et quia tyranni habent delatores ad gravandum innocentes subditur. secundum virtutem tuam cave te a proximo tuo. i. quantum potes cave tibi ab eo qui non te loquitur pro tyranno. et cum sapientibus et prudentibus tracta consilia et negocia tua. ¶ Viri iusti. hic consequenter hortatur ad tenendum convictum iustorum. dicens. viri iusti sint tibi convive. nam in conviviis relaxant homines ad loquendum. et quoniam ex habundantia cordis os loquitur iustus loquitur de bonis et honestis. iniusti vero de contrariis. et in timore dei filiali sit tibi gloriatio. nam gloria magna est esse dei filium adoptivum. et in sensu sit tibi cogitatio dei. i. sensum tuum applica ad cogitandum de deo. et omnis narratio tua in preceptis altissimi. i. doctrina tua non sit de vanis et curiosis, sed de utilibus ad salutem. In manu artificum opera laudabuntur. ypallage est. Et est sensus quod artifices laudantur ex operibus manuum suarum que sunt artificiose facta. et princeps populi in sapientia sermonis sui. supple laudabitur. sicut salomon de sua sapientia probatur. 3. Reg. 3. de iudicio huius infantium vivi etc. et in sensu vero seniorum verbum. i. verbum dictum a sapiente per se commendabitur quam narratio magna ab alio dicta. terribilis est in civitate sua homo linguosus. nam ipse est seditiosus qui est

pessimum in civitate que civium unitas dicitur esse. et temerarius in verbo suo odibilis erit. quia pro nichilo habet alios offendere. [Gallicus.]

Iudex sapiens. X

Postquam tractatum est de usu potentie in presidendo. hic consequenter tractatur de usu eius in iudicando. ad hoc autem requiritur sapientia et bona vita. et primo tractatur de sapientia cum dicitur. iudex sapiens iudicabit populum. de ministris suis secundo. ideo subditur. et principatus sensati terribilis erit. hominibus malis. secundum iudicem populi sic et ministri eius. qui student exequi voluntatem illius. rex insipiens perdet populum suum. ut patet de roboam. 3. Reg. 12. quod per fatuum responsum perdidit populi sui decem partes. et civitates inhabitabuntur per sensum prudentium. sicut patet de david et salomone. et quia potestas a deo derivatur subditur. In manu dei. i. in eius dispositione. potestas terre. secularis et ecclesiastica. et execrabilis omnis iniquitas gentium. scilicet scelus ydolatrie. nam gentiles erant ydolatre. et utilem rectorem in tempore suscitabit super illam. quod impletum est tempore christi et apostolorum, per quorum predicationem gentiles ab ydolatria revocati sunt ad fidem et unius dei veri culturam. et super faciem scribe. i. sapientis in lege. imponet honorem suum. nam talis ducit homines ad honorem divinum. ¶ Omnis iniurie. hic consequenter agit de potentis bonitate. et primo quantum ad animum. secundo quantum ad ... xi. capitulo ibi. priusquam intelliges interroges. Tertio quantum ad factum ibi. fili ne in multis. Circa primum primo retrahit animum a motu malignitatis. secundo a motu cupiditatis ibi. avaro autem. Circa primum dicit. omnis iniurie proximi ne memineris. ad vindicandum quando positus es super eum. et nichil agas in operibus iniurie. i. nulli facias iniurias propter tuam potestatem. et quoniam hoc procedit ex superbia subditur. odibilis coram deo et hominibus est superbia. ut patet de senacherib rege. 4. Reg. 19. et secundo macha. de anthiocho epiphane. 9. et quoniam deus superbos et iniuriantes destruit subditur. regnum de gente ad gentem transfertur etc. sicut patet de monarchia assiriorum translata ad babilonios, et de babiloniis in persas et medos. dan. 5. et ab illis in grecos. 1. macha. primo, et a grecis in romanos. luce. 2. ¶ Avaro. hic consequenter retrahit potentis animum a cupiditate. et quia ex divitiis homo superbit. secundo retrahit ipsum a superbie vanitate ibi. Initium superbie. Circa primum dicitur. avaro nichil est scelestius. hoc dicitur non quia avaritia sit peccatum maius genere suo, sed quia divitie per avaritiam congregate prestant fomentum omnibus viciis. sicut radix arboris omnibus eius ramis. propter quod dicit apostolus. 1 thi. 6. radix omnium malorum est cupiditas. quid superbis. ex tuis divitiis terra et cinis. i. cito in cinerem redigende. nichil est iniquius etc. exponatur modo predicto. hic enim et animam suam venalem habet. pro pecunia exponens eam dyabolo. quoniam in vita sua proiecit intima sua. i. interiores possessiones bonas, quorum radix est cupiditas ut dictum est. et quia tam potentia temporalis quam pecunia plurium sunt appetenda, cognito transeunt. ideo subditur. omnis potentatus brevis vita. nam potentes inordinate vivunt continue suas concupiscentias sequentes, ut dicitur primo ethicorum. et quia multi machinantur in mortem eorum. aliqui ex ambitione ut habeant eorum statum. aliqui ex odio eo quod ab eis reputant se gravatos. et quoniam cupiditas et superbia invecte de difficili curantur. Sequitur. languor prolixior gravat medicum. nam difficilior est ad curandum. brevem languorem. i. recentem infirmitatem. precidit medicus. i. cito curat. sic supple peccatum de facili curatur ante quam inveterascat per consuetudinem. non autem post ea. sic et rex hodie est etc. hoc refertur ad illud quod premittitur. omnis potentatus brevis vita. ad ostendendum quod regia etiam potestas que est maxima, et sic [est] sive regi qui per excellentiam, eo quod cito transit non est multum appetenda. Sed quia posset aliquis dicere. homo post mortem

hic

habet consilem dignitatis. sicut ante, propter quod potestas est appetenda sicut crediderunt aliqui gentiles. ideo remo
uet hoc dicens. Cum enim morietur homo. abutens sua potestate
hereditabit serpentes. idest demones quantum ad animam
et bestias. idest animos bestialiter uiuentes quantum ad libera
et uermes. quantum ad corpus, et est diuisio competenter facta
quia cuilibet sufficit portio sua, et de aliis duabus non
curat. ¶ Initium. hic consequenter retrahit animum peccatoris a mo
tu superbie et uanitatis, ostendens primo quod est detestanda.
secundo proponit contra eam remedia ibi semen hominum. Circa
primum dicit Initium superbie hominis. idest humane nature. a
postatare a deo. idest nolle subesse eius precepto. hoc enim pec
catum incepit ab eua, quam temptando dixit serpens. Cur
precepit uobis deus ut non comederetis de omni ligno paradisi.
quasi dicat. cum sitis innocentes non debetis tali precepto restringi
maxime cum omnes fructus arborum tanquam suppositi debeant subiacere
uestre uoluntati. et tunc mulier prorupit in quandam elationem
et displicuit restrictio precepti, ex qua displicentia se
quuta est error quo credidit serpenti ulterius dicenti. nequaquam
moriemini etc. et sic transgressa est preceptum comedendo fruc
tum uetitum. et sic patet quod nolle subesse precepto diuino
fuit initium transgressionis comedendo. Tamen illud nol
le subesse precessit elatio mentis, ut dictum est. ideo sequitur. quoniam
initium peccati est omnis superbia. insurgendo in omnis tamen peccati
qui tenuerit illam. scilicet superbiam. adimplebitur maledictis
diuinis scilicet et humanis. et subuertet eum in finem. scilicet super
bia que confundit finaliter ipsam habentem. propterea ex
honorauit dominus. idest confundit. conuentus malorum. idest superborum
ideo sequitur. sedes ducum superborum destruxit deus. sicut
patet de saule quem propter superbiam deiecit. et pro ipso dauid
mansuetum regnare fecit. radices gentium superbarum
idest diuitias quibus nitebantur et in quibus confidebant. a
refecit deus. eis substrahendo. et plantauit humiles ex
ipsis gentibus. sicut patet de balthasar superbo, cuius regnum
et diuitias dedit dario medo. daniel v. terras gentium e
uertit dominus etc. sicut patet de sodoma et gomorra gen. xix.
perdidit deus memoriam superborum. inter bonos. et reliquit
memoriam humilium sensu. idest puram se reputantium, non est creata
hominibus superbia sed magis humilitas eo quod formati sunt de uili
materia. neque iracundia nationi mulierum. idest omnibus natis de mu
lieribus. nam homo est animal mansuetum natura. propter quod in eius corpore
non sunt ferocitatis signa ut cornua dentes et ungues magni
etc. huius que sunt in animalibus aliis. Ex predictis patet superbi
am esse detestandam. ¶ Semen hominum. hic consequenter ponit contra
superbiam quedam remedia. et primum est timor dei qui est quasi
quoddam pondus reprimens hominem ne per superbiam eleuetur
et sic honorabilis coram deo redditur qui se timentes hono
rificat. ideo dicitur. semen hominum honorificabitur etc. et per oppositum
subditur. semen autem hoc exhonorabitur. idest confundetur. quod pre
terit mandata dei. relinquens timorem. In medio fratrum rec
tor illorum in honore. idest honoratus est coram hominibus qualiscumque
sit. et qui timent dominum erunt in oculis eius. scilicet honorati et
et placentes quod est melius. gloria diuitum honoratorum
et pauperum timor dei est. idest tam diuites quam pauperes
qui sunt uirtuosi et per omnes honorandi. et ethicorum. glo
riantur de timore dei. nam per hoc filii dei sunt adoptiui
et ad hoc sequitur non despicere hominem pauperem iustum
qui est dei filius adoptiuus. et non magnificare uirum
peccatorem diuitem propter diuitias suas. et subditur ratio. magnus est
iudex inter homines et potens. in honore humano. et
non est maior eo qui timet dominum coram deo. primo minor
et per omnes minus est est honorandus secundum ueritatem. ¶ Seruo
statu. hic ponitur secundum remedium contra superbiam quod est humili
ationis. Circa quod primo ponitur humiliationis actus. secundo
fructus in principio xi capituli. Circa primum dicitur. seruo sensato liberi fa
ciunt. qui per superbiam insolescunt, et sic aliquando hereditate
paterna seruis sensatis uenditur, et hoc exemplum est humiliatio
nis industrium. et uir prudens et disciplinatus. idest humi
lis. non murmurabit correctus. sicut dauid correctus

a nathan non murmurauit. sed statim peccatum suum humiliter re
cognouit dicens. peccaui domino. ii. Re. xii. et inscius quod correc
tionem non suscipit non honorabitur. sed magis confundetur
et ex illis exemplis concludit. noli te extollere in faciendo
opere tuo. quia quicquid est ibi boni totum est a deo. et noli
contari. idest pigritari. In tempore angustie. tunc enim magis indiget
est operatori bone. melior est qui operatur et in opere sufficien
ter. et habundat in omnibus. idest in uictu et uestitu sufficienter
statui suo. quam qui gloriatur de genere suo. iactando se. et
eget pane. idest uictu cotidiano. ideo subditur. fili in mansue
tudine. que tenet debitum modum et restringit excessi
ua animam tuam. in securitate uirtutis. et da illi honorem. secundum
meritum suum subueniendo ei, sicut decet carnem et apparen
tis. peccantem in animam suam iustificanti ei carnem. quis iusti
ficabit. quasi dicat. nullus quia facit de ancilla dominam et eos
quod est iniustissimum. et quis honorificabit etc. quasi dicat. talis
non est a deo honorandus nec ab hominibus. pauper gloriatur
per disciplinam et timorem suum. idest humilis qui pauper est
sed eo quod est disciplinatus in moribus et timens deum glori
ficandus est a deo et ab hominibus. et est homo qui glorificatur
propter substantiam suam. idest propter diuitias, et non propter uirtutem
et hic honor est falsus. quia sicut dicitur. iiii. ethicorum. Solus
bonus est uere honorandus. qui autem glorificatur in paupertate
etc. idest qui uane gloriatur pauper ex his arguitur
est quod plus uane gloriaretur si habundaret. et qui gloriatur
in substantia. superbiens de diuitiis. paupertatem uereatur
quia frequenter pauperes in diuitias et econuerso transmutantur
. luce primo existentes impleuit bonis etc.

Sapientia humiliati XI

in. Postquam in duxit ad humiliationis actum. hic conse
quenter inducit ad humiliationis fructum dicens.
Sapientia humiliati exaltabit caput illius etc. sicut
patet de daniele qui positus in captiuitate propter sapientiam
suam fuit exaltatus, non solum inter populares, sed etiam
inter principes et potentes dan. vi. et similiter ioseph
in egypto gen. xli. non laudes uirum in specie sua etc. idest
non iudices de ualore hominis secundum exteriorem apparentiam
corporis. nam frequenter ille qui est minoris apparentie est
melioris existentie, et inducit exemplum ad hoc cum
dicit. breuis in uolatilibus apis. habet enim corpus ualde paruum
et tamen facit meliorem fructum quam miluus habens
corpus magnum, et si non est gloriandum de statura corporis
multominus de decore uestis que est quid extrinsecum. ideo
subditur. In uestitu etc. nec in die honoris tui. idest sub
limationis tue temporalis. extollaris. per superbiam. quoniam mi
rabilia opera altissimi. superbos subito deiciendo et
humiles exaltando luce. ii. deposuit potentes de sede
et exaltauit humiles. ideo subditur. multi tyranni sederunt
in throno. qui postea sunt deiecti propter suam superbiam. et
insuspicabilis portabit dyadema. tyrannis deiectis sicut
patet hester. vi. et vii. de aman suspenso, et mardocheo
honorem illius adepto, de quo tamen facto nullus ante sus
picabatur. Unde adhuc subditur. multi potentes etc. quod patet
in pluribus exemplis ueteris ac noui testamenti et etiam
in hystoriis antiquorum. ¶ Priusquam interroges. Super
ius ordinauit iudicem quantum ad animum. hic consequenter co
ordinat ipsum quantum ad uerbum dicens. priusquam interroges. ueri
tatem diligenter inquirendo. ne uituperes quemquam. ipsum con
dempnando. et cum interrogaueris. idest ueritatem diligenter inqui
sieris. corripe iuste. contra ueritatem nihil procedendo. priusquam
audias. complete. loquentem ne respondeas uerbum.
quia non responderes ad eius intentionem cuius intentio ex
fine locutionis dependet. et in medio sermonum ne adi
cias loqui. interrumpendo sibi loquentis eadem ratione a
lia sim. Et in medio seniorum adicias loqui. ubi magis
tacere debent iuniores. de ea re que te non molestat
ne certaueris. nam hoc est fatuum et inutile. et in iudicio

peccatorum · qui puniuntur iudicium · ne consilias · eorum
sententiam approbando uel ei consentiendo ¶ Fili ne in multis
postquam ordinauit iudicem quantum ad actum et librum · hic
consequenter ordinat quantum ad actum / Et diuiditur in duas partes
quia primo ipsum retrahit ab his que bonum actum impedi
unt · secundo monet ad ea que pro bono actu expediunt ibi ·
Sta in testamento · Primum uero quod impedit bonum actum
iudicis est confusio negociorum · scilicet qui multa inchoantur
ante quam aliquod eorum terminetur quia sic unum per aliud
impeditur · ideo dicit · fili ne in multis · similiter et confuse · sint actus
tui ¶ Et si diues · secundum quod impedit actum bonum iudicis
est cupiditas munerum que excecant etiam sapientes
et subuertunt uerba iustorum · exo · 23 · a qua retrahit du
pliciter · primo propter dilusionem acquisitionis · secundo propter
defraudationem seruitoris ibi · et qui locupletatur · Cir
ca primum dicit · Et si diues fueris · id est diuitiarum cupidus
inmoderate · sicut accipitur math · 19 · facilius est camelum
per foramen acus transire quam diuitem hominem intrare in
regnum celorum · ideo subditur · non eris inmunis a peccato · et
subditur ... · Si enim secutus fueris diuitias · inmoderate
querendo · non apprehendes · id est non assequeris intentum · scilicet ha
bere sufficienter propter quod diuitie queruntur · sed per eas non
habetur cupido sed magis indigentia · nam quanto plura sic
acquirit ad habendum pluriora plus sitit · et non effu
gies · scilicet indigenciam · Si precurreris · cupiendo diuitias
a parentibus tuis · nam si fueris cupidus non eris contentus
sed ad habendum maiora anxius ut dictum est · Et si fueris
prodigus ... consumes · et indigens fies · et de cupido ponitur
exemplum · Est homo laborans · mente et corpore · et festinans ad
diuitias · et dolens · de aliorum prosperitate · impius · egrediens
... et proximum · et tanto magis non habundat · id est indiget
· nam auaro tantum deest quod habet quam quod non habet ut dicit
Ieronimus in epistola ad paulinum / et per oppositum est de non cupi
do · ideo subditur · et est homo marcidus · id est debilis uiribus
egens recuperatione uirtutis corporee · plus deficiens
uirtute · scilicet corporali quam alii communiter · et habundans pauper
tate · quia illud modicum quod habet sufficit sibi secundum illud
apostoli · 2 · cor · 6 · quasi nichil habentes et omnia possidentes · et
oculo dei respexit illum · in bono spirituali propter suam
pacienciam · et etiam aliquando in bono temporali / propter quod sub
ditur · et erexit illum ab humilitate ipsius · id est a statu infimo
ipsum temporaliter exaltando · et mirati sunt in illo multi
eo quod sit exaltatus absque sollicitudine sua · et honora
uerunt deum · de bono sibi collato · exemplum habetur in iob qui
post maximam paupertatem adeo fuit mirabiliter exaltatus
iob ultimo · et subditur predictorum ratio cum dicit · bona et ma
la · id est prospera et aduersa · uita et mors · scilicet corporalis ·
et paupertas uel et honestas id est sufficientia bonorum · a deo
sunt · id est hominibus dispensantur · et his omnibus iusti bene utun
tur / propter quod subditur · datio dei permanet iustis · ad
meritum · et profectus illius · id est cumulatio uirtutum · suc
cessus habebunt in eternum · non eis succedet premium
gloriosum ¶ Et qui locupletatur · hic consequenter retrahit a
cupiditate diuitiarum propter defraudationem seruitoris · que
seruitio frequenter subtrahitur per celerem mortem habentis
ideo dicit · est qui locupletatur parce agendo · id est parci (?)
nichil tribuendo aliis / et hec est pars mercedis illius · scilicet
quod bona congregata comedat et bibat solus · et nescit quod
tempus · scilicet uite sue preteriat / et sic non potitur uita · sicut luce
12 · de illo qui dicebat sibi · anima mea habes multa bona
reposita in multos annos quiesce · comede · et bibe ·
epulare · et sequitur · dictum est autem ei · stulte hac noc
te repetent animam tuam a te · que autem congregasti cuius erunt
Sta in testamento · hic consequenter inducit ad ea que expediunt
pro bono iudicis actu / et primo facit propositum · secundo ostendit
assequendi modum ibi · confide · Circa primum dicit · Sta
inmobiliter in testamento tuo · id est in mandato dei / quod tibi
statutum est ad seruandum exo · 18 · et in illo colloquere
secundum illud subditos iudicando · et in opere mandatorum

suorum · id est mandatorum tibi impositorum · ueterasce · id est perseue
ra usque in finem math · 10 · qui autem perseuerauerit usque in
finem hic saluus erit · ne mireris in operibus peccatorum
eis consentiendo / et si ex humana fragilitate conse
seris cito penitens resiliendo · ¶ Confide autem · hic
consequenter ostendit assequendi modum · scilicet per diuinum adiu
torium · et primo inducit ad dei confidenciam · secundo substra
hit confidentiam falsam ibi · ne dicas · Circa primum dicit ·
confide autem in deo · de optinendo per ipsum actum me
ritorium in presenti / et premium in futuro · et mane in lo
co tuo · scilicet per amorem in deo qui est locus anime quietatiuus
Augustinus / inquietum est cor meum domine donec requi
escat in te · facile est enim oculis dei subito honesta
re pauperem · transferendo ipsum ad gloriam ideo subditur
benedictio dei · que est per gratiam · in mercedem iusti festinat
ut ipsum ad gloriam transferat · et in honorem · id est reple
tio est eiusdem similiter ad maiorem assertionem ¶ Ne di
cas · hic consequenter substrahit confidenciam falsam / et primo
... proximi ibi · non omnem confidenciam · falsa ... est quia
quis confidit de sua sapientia potentia et huiusmodi / et hoc
maxime faciunt illi qui tantum credunt uitam presentem
· ideo dicit · quid est mihi opus · scilicet confidere de alio qua
sufficio propter dicta · et que erunt mihi ex hoc bona · id est
post hanc uitam · quasi dicat · nulla · ne dicas · sufficiens
sum ad hanc uitam transeundum · et quis ex hoc · id est post
hanc uitam · pessimabor · id est mala sustinebo pro fac
tis meis · quasi dicat · nulla · hoc enim senciunt qui animam cum
corpore mori credunt · ideo subditur · in die bonorum · id est tempore
prosperitatis in hac uita · ne inmemor sis malorum · id est pu
nitionis in alia uita · et in die malorum · id est aduersitatis in presen
ti ne inmemor sis bonorum · id est remunerationis in uita futura · nam
hec memoria facit patienter tollerare aduersa ideo sub
ditur · quoniam facile est et cetera · malitia hore · id est afflictio breuis
obliuionem facit luxurie magne · id est absorbet uoluptatem
rem magnam preteritam et multo magis afflictio longa ·
Unde in persona afflictorum in inferno dicit sapientia 5 · quid profuit su
perbia et diuitiarum iactantia · quid contulit nobis transierunt
omnia illa ut umbra · et in fine hominis · id est in morte denudatio
operum illius / quia cognoscuntur certius quam ante propter quod subditur · ante
mortem ne laudes hominem quemquam · scilicet absolute et finaliter · Unde
dicebat beatus franciscus · nemo laudandus cuius incertus
est exitus · quoniam in filiis suis · id est in operibus suis que dicuntur hic
eius filii sicut et fructus · math · 7 · ex fructibus eorum cognoscetis
eos · cognoscitur uir et uirtuosus ¶ Non omnem · remo
ta falsa fiducia ... sui · hic consequenter remouet ... proximi non
ualde credendum est a confidentia de doloso ideo dicit · non omnem
hominem inducas in domum tuam · id est ad habendum tecum fa
miliaritatem · sed solum in fidelitate probatum · multe enim insidie sunt
dolosi · nam frequenter querit decipere sub pretextu amicicie
Sicut enim eructant et cetera totum istud usque ibi · et sicut
perdix · exponitur ab aliquibus de superbis et dolosis qui
ex malo conceptu cordis proferunt mala pessima / et fre
quenter capiuntur in laqueis suis sicut perdix ... Sed
michi uidetur melius exponi de diuersis secundum antecedencia
et subsequentia / ad cuius intellectum sciendum quod scriptura sacra sub
eodem contextu loquitur de diuersis · sicut ps · 77 · Cum occideret
eos querebant eum et cetera quasi non dicit · cum occideret eos · intelli
de paruulis obstinatis et propter hoc interfectis · et quod sub
ditur querebant de penitentibus territis punitione aliorum / sic
in proposito · Sicut enim eructant precordia fetentium · intel
ligitur de dolosis qui ex conceptu interiori proferunt uerba
dolosa · sicut homines habentes interiora corrupta eructant
per os fetidum odorem / quod autem subditur · et sicut perdix indu
citur in foueam · id est in rethe in quo capitur · et sicut capra (?)
et cetera · intelligitur de simplicibus deceptis per dolositatem predictorum
/ et quod subditur · Sic et cor superborum · refertur ad dolosos qui
dicuntur hic superbi · quia quos potestate subpeditare non
possunt querunt dolositate subuertere / de quibus adhuc subditur · et sicut
prospector uidens casum proximi sui · qui attente uigilat

ad uidend

ad inuadendum eum proximi sui ut inde gaudeat. bona eius proximi sui in mala conuertens. Deinde ea facta iterum mala. Insidiatur qualiter possit nocere proximo. et in elec tis oculis suis imponet maculas eis detrahendo. et quia illud licet in pluribus sit paruum tamen frequenter procedit ad magnum malum. subdit. ab una scintilla augetur propter quod subdit attende tibi a pestifero. id est ab homine doloso. fabricat enim mala. Requiris totam diligentiam. subditur prout et quia homines alienigenas ut frequenter sunt tales communius. sequitur ad te admitte alienigenam. et cetera quasi dicat dolebis si eum admittes ad secretum tuum. subditur. et te subuertet in turbine contra de bonis et abalienabit te.

Si benefeceris XII

Superius auctor informauit potentes de regimine subditorum. hic autem cum informat de distributione bonorum suorum. Dicens. Si benefeceris. tua largiendo. scito cui feceris. scilicet quis dignus sit recipiendo et erit gratia bonis tuis multa. quia talis largitio in triplum retribuitur. Secundo et quis sit dignus recipere. ostendit. Dicens. benefac iusto. indigenti et inuenies retributionem magnam. sicut dictum est. per oppositum de non largiente. non est enim bonum qui assiduus est in malis operibus dicit enim philosophus. 8. ethicorum quod malus amicitiam non habet ad se nec ad alterum. propter quod subdit concludit. igitur si sic misericordiam in malum est fugiendum est malis. intensse et elemosinam non danti. ponitur tamen quia et altissimus odio habet peccatores. In quantum huiusmodi. non tamen in quantum sunt eius creature. Et misertus est penitentibus. et quia deus conformari debet deo misericordi. id est misericorditer bonum quia ex sua mia fit aliis corpori. et ne suscipias peccatorem. scilicet obstinatum quia ex bonis tuis faciet vitam peius et impiis peccatoribus reddet vindictam. scilicet deus de quo non punitur. quoniam altissimus odio habet peccatores custodiens eos in diem vindicte. id est reseruans eos ad penam gehenne. Cetera patent ex dictis. ne in ipsis potentior te fit. Ex hoc patet quod loquitur de peccatoribus obstinatis. Similiter ex hoc quod subditur. nam duplicia mala inuenies per ista que fecerit et bona que fecerit substentans bonis suis. Cetera patent ¶ Non agnoscetur. In superioribus ondit auctor qualiter erga inimicos homo se debeat habere ad proximos suos quosdam aliqui sunt mali alii vero boni. Sequitur in isto ostendit qualiter se ad habere ad malos. se ad bonos circa medium 13 capituli ibi. Omnis homo. id est tua. Primo in duas. nam primo docet ad inimicos fouentem et fouere se cupidos et superbos in parte 13. capituli. Circa primum dicit. non agnoscetur in bonis. id est in prosperis amicus. sed vero quia tunc omnes se ostendunt amicos. vnde poeta. Si fueris felix multos numerabis amicos. tempora si fuerint nubila solus eris. et non abscondetur in malis. id est in aduersis. inimicus. quia statim incitat ad nocendum sicut canis ad mordendum canem pacientem. In bonis viri inimici illius. supple tristitia. tolle inde et si non facere. In tristitia et malitia illius id est aduersitatis. et amicus vero bonus agnitus est. non sibi computatur ereditor eta lius ipsum defendendo. non credas inimico tuo in eternum. id est numquam credas ei. quo probasti inimicum. sicut enim eris metuerit excrescat malicia illius. id est ubi signum odii resurget interius. licet terminum ondat exterius. Ideo subditur. Et si humiliatus vadat curuus. et magnum reuerentiam faciendo abuerte animum tuum. nullo modo ei credendo. non statuas illum penes te. id est fouendo tibi familiarem. ne conuersus stet in loco tuo. te supplantando et in nouissimo cognosces uerba mea. scilicet esse vera. si nimis tarde. propter quod subdit quis miserebitur incantatori a serpente percusso. quasi dicat nullus. quia sic erat ebrius quod debuit premunire sibi quis omnibus qui appropinquant bestiis scienter. nota igitur debes. et ab eis. Et similiter qui comitabitur familiaritatibus cum hominibus

malo. quia sicut philosophus dicit primo polliticorum homo malus a lege et iusticia destitutus est pessimum animalium. ideo subditur. et qui commiscetur cum uiro iniquo obuolutus est in peccatis eius. Psalmus. et cum peruerso peruerteris. Vna hora tecum permanebit. scilicet durante prosperitate. Si autem declinaueris. a prosperitate. non supportabit. id est non te adiuuabit. In labiis suis indulcat inimicus. id est verbis dulcibus fallendo. In corde suis lacrimatur inimicus. compassionem fingendo. qui credit passionem relevari. et si inuenerit tempus nocendi non satiabitur sanguine. Sicut patet de Ismael qui occidit venientes in masphat. Iere. 41. Si incurrerint tibi mala. in quibus possint tibi nocere. Inuenies eum illic priorem. id est peiorem quia nulla pestis grauior ad nocendum quam familiaris inimicus. et quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. id est finge non te adiuuare machinabitur ad maiorem casum tuum. caput suum mouebit primum te deridendo. et plaudet manu. manibus gaudendo. et multa susurrans. id est plura de te. Deinde vultum suum ab amicicia prius ficta ad inimiciciam manifestam ¶ Vallus. 1236.

Qui tetigerit XIII

hic autem docet aucto fouere fouentem cupidos et superbos. Et diuiditur in duas partes. nam primo facit quod dictum est. Secundo reuertitur docet ad diuitum subditionem ibi humiliare deo. Circa primum dicit qui tetigerit picem. inquinabitur ab ea. eo quod magne adherentie. et qui communicat superbo induet superbiam. nam homines sunt primi ad appetitum excelentie per excellens. magis et maxime cum similis superbie. propter quod de facili adheret huic. pondus super se tollit qui honestiori. id est potentiori se sociatur. quia sibi multa habere melius propter se et alii non potest bene resistere. Ideo subditur quid communicabit cacabus ad ollam terream. quia ei se collidunt confringet. scilicet que est fragil. Cetera applicat ad propositum. Deinde. diues iniuste egit et fremet. quia potens adhuc facit peius pauper autem lesus tacebit. nam si querelam moueat. peius habebit. Si largitus es fueris. scilicet munera diuiti. assumet te. id est honorabit te iuxta se ponendo. Et si non habueris. vnde facias sibi exenia. derelinquet te. non vocando te ad mensam suam. et euacuabit te. id est depauperabit per exenia a se facta. et ipse non dolebit super te. de tua paupertate. Si necessarius illi fueris. in aliquo negocio vel opere. supplantabit te. id est decipiet te. et subridens. id est blandiens. spem dabit tibi. promittens tibi facere bona. et dicet quid opus est tibi. quasi dicat de necessariis prouidebo tibi. et confundet te in cibis suis. vocando te ad mensas per exenia habenda donec te exinaniat. id est ad paupertatem reducat. bis et ter. quinquies et quinquies modis euacuantur pauperes a diuitibus. Vno modo bona pauperum violenter auferendo. Secundo mercedem debitam retinendo. Tertio pro suis duplicia decipiendo sibi male eis ponderando vel mensurando et hoc duplicitates. vno modo in paupertatem abiectam qui solidum dant diuitibus. alio modo in eorum prouinciam qui non audent contradicere. Et in nouissimis derridebit te. absque compassione. postea videns te de bonis denudatum derelinquet te. quia non potest ulterius de tuo habere. caput suum mouebit ad te. non tamen reuertere ad diuitum auxilium quod est sine fallatia et deceptione. Deinde. humiliare deo. de te nichil presumendo. et expecta manus eius. id est suae misericordiae quae potest sine fallacia ad deceptiendum corporem. ¶ Attende diligenter ne seductus in stulticiam humiliatus. id est ad stulticiam deuiantis per errorem. noli esse humilis. id est pusillanimis factus. In stulticiam seductus. diuites relinquens pro solis tibi vis compositus solotam. et quia homo confidens de dei adiutorio potest securius agere quam ante. Ideo autem ondit qualiter se habere possit cum diuite et potentiore. scilicet non se ingerendo nec se nimis elongando

loquēdo reuenter et caute se habendo/et hoc ē qd̄ dr̄ aduocatus a potenciore discede .i. aliqualiter excusa te ex hoc. tāto magis te aduocabit. si p̄us te uocauit bona intencōne. ne impedimentū sis. ingerendo te nimis. ne ipi grauis .i. repellaris uerecūde. et ne longe sis ab eo .i. diuite, nimis te elongando. ne eas in obliuionē .i. si dn̄s dederit s' grām largiendo non hēat de te memoriā ne retineas ex equo loqui cum illo .i. ut uelis cum eo loqui de pari. s; magis cum reuerentia loquere. ne credas multis uerbis illius .i. si multa tibi p̄mittat. ex multa .n. loquela temptabit te ut capiat experimentū de tua simplicitate. et subridens. qui tibi applaudens et omnia cōdonās. interrogabit te de absconditis tuis .i. si aliquid de suo acceperis in abscondito. immitis .i. crudelis animus illius cōseruabit uerba tua. ad reprehendendū te. et non parcet de malicia .i. pena tibi infenda. et de uinculis incarcerando te. p̄pter q̄d dr̄. Caue tibi de iniuria locucōe et attende auditui tuo .i. auditis ab eo ne p̄cipitanter respondeas contra te. qm̄ cum subuersione tua ambulas .i. in pīculo tue subuersionis. audiens uero illa q̄ dicuntur audiui te p̄ captione tua modo dicto. qi ī sompnis uide .i. simula te non intelligere. et uigilabis .i. i. ī h'c uigilanter et prudenter te habebis. in oī uita tua/ex clusa societate malorum. hic cōnt' inducit ad cōsociandū bonorum/et diuidit' in tres ptes. qr̄ p̄mo inducit ad cō iungendū se bonis. s'o ad retrahendū se a mal' ibi. qi cōmu nicabit. Tercio docet distinguere hos ab illis ibi. cor hoīs. Circa p̄mū sciendū q̄ cōmunicatio hoīum ad inuicē tūc est bona qñ dependet ex caritate diuina. iō dicit. In oī uita tua dilige deū. p̄pter quē p̄ximo ē diligendus. et inuoca eū in salute tua .i. p̄ salute tua t̄pali et eterna. et q̄ maxime p̄ximus ē in deo diligendus. sequitur. oīe aial dili git sile sibi ī ispe. sic et oīs hō p̄ximum sibi. supple dz diligere quia factus ē ad ymagine dei/et capax beati tudinis sicut ipse. oīs caro ad silem sibi s' cōiungetur uolatilia cū eis/dez sp̄eī simil' cohabitant/et siliter aiali a. et oīs homo sili sui sociabitur .i. debet s' sociari rōe ymaginis diuine in qua conuenit cum eo in se. et hec so cietas fundatur in bono rōnis recte/et legis diuine. ¶ Si cōmunicabit. hic cōnt' inducit ad retrahēd' se a malis et p̄mo ponit suā monicōnē. 2° remouet circa dicta falsam opinionē ibi. bona est. Circa p̄mū dicit. si cō municabit lupus agno ac'. quia malo hō sp̄ insidiatur iusto. que cōmunicatio sancto hoī ad canē .i. caninū hoīe, qual' est luxurioso iracundo et gulosa. qi dicit ulla ē cōmunicatio bona. aut que pars bona diuiti. s. cupido ad paupere. q.d. nulla. Et subditur cā. uenatio leonis ona ger in heremo. in quo leo insequit onagrū ad ipm̄ de uorand'. sic pascua sūt diuitum cupidorum. pauperes quorum bona rapiunt sine cā. et sicut abhoīato est superbo humilitas. eo q̄ cōtrariatur habitui supbie in quo delectatur. nam signū hītu generati ē delectatio in opere. 2° ethi. sic execratio diuitis. cupidi. diues cō motus .i. turbatus uel impulsus. Confirmat'. ab amicis s' peccatib'. p̄ticipātē ī ei' bonis. diuiti decepto multi re cuperatores. dāpni sibi illati. quia spōnte p̄ticipāt' s'. locutus est superba et iustificauerūt eum adulatores affirmantes q̄ sic debeat magnifice loqui. humilis de ceptus est .i. pauper dāpnificatus ē insup et coarguit' sine cōpassiōne de dāpno eius ut fatuus incipatur. locu tus est sēsate et nō ē ei datus locus. quia cōtēpnitur ab audientib'. diues locutus est. et oīs tacuerunt audiendo reuenter. et uerbum illius usq; ad nubes p̄ ducent. cōmēdando enim de sapia excellenti. pauper locutus est et dicunt quis ē hic. ipm̄ cōtēpnendo. et si offenderit subuertent illum grauiter puniendo. ¶ Bona est. hic cū p̄dicta remouet falsam opinionē. nam ex dictis posset aliquis extimare dz diuitē cē ma lū. et oīem pauperē bonū/qd̄ remouet. d. bona est

sba .i. diuicie. cui non ē pcām. in cōscīa. s. de mala acquisitione p̄ se uel p̄ parentes suos. nam diuicie hite iuste sūt mā exercēde uirtutis p̄ opa mīe et li beralitatis. ambros' sup lucha. Sicut diuicie ipedi mēta sūt reprobis/ita p̄bis sūt adiumēta uirtutis. et nequissima paupertas ī ore ipii/qui p̄ ipaciā p̄rūpit ī blasfemiam dei ¶ Cor hoīs. hic cōnt' docet distin guere bonos a malis. d. Cor hoīs imutat faciē illius siue ī bona siue ī mala. dispōsitio .n. cordis mag' appt' ī facie q̄ in aliis ptib' corp' quia uigent ibi oīs sēsus et potissime in oculis/eo q̄ uisu plures rerū diffias ondit. p̄mo metha'. p̄pter q̄ cogitatio cordis ī bonū siue ī malū a p̄itis hoīb' freq̄nter p̄cipit' in facie/et q̄ pauci sūt boni et uirtuosi respectu malorum. s'm q̄d dī ecctes' p̄mo. Stultorum infinitus ē nūs. iō sbdi' uestigiu cordis boni ac' .i. boni tes interiorē mētis et exterio ris cōuersatōis simul/inuenies ī hoīb' paucis.

Beatus uir qui — XIIII

non est lapsus uerbo. Supi'a p̄ncipaliter tercio ca' et circa actū ē de exercitio uirtutis in ordine ad p̄ximū. h' cōnt' agit de uirtutis exercitio ī ordine ad deū. Et diuidit' ī duas ptes. qr̄ p̄mo remouet' impedimenta. 2° accedit' ad p̄p' ibi. beatus uir qui in sapia. p̄mū aut' ipedimentū ē loqua citas q̄ h' peccatum annexū. p̄uls. 10. in multiloquio pcīn nō deerit/et p̄ oñs inde ordinatū ipedit. hāc igitur loquacitatē excludit d. beatus qui nō ē lapsus ac'. uerūtamē quia taciturnitas ē aliqñ uiciosa. s. qñ tacetur illud quod quis dicere tener'. ideo sbdit'. Et nō est stimulum. remorsu cōscīe. in tristicia delicti. dz aūt delictū qd̄ derelictū p̄ q̄ intelligit' obmissionis pcām tacendo quod debet dici/de quo dz hō p̄ piam contristari. Sc'dm ipedimētū ē accidia que reddit hoīe, tris tem et ponderosū ad opa bona p̄ que ordinat' quis in deū/et sic ipedit ordinē illū/q̄ excludi cū dz. fe lix qui nō habuit aī sui tristiciam. ī bonis operibus exequēdis/et nō excidit a spe sua. que ē certa expectā beatitudinis, a qua spe facit accidia decidere ¶ Viro cupido. hic remouet' 3m ipedimentū quod ē īmoderata cupiditas terrenorum que ē radix oīm malorum ut dz .i. thimo. 6. p̄pter q̄ ipedit ordinē ī deū. hoc igitur ipedimētū p̄mo remouetur. sc'do quoddā correlatiuū īferens ibi. fili si habes. Circa p̄mū dz. uiro cupido. male acquirēdo. et tenaci. male retinē do. sine rōne est sba .i. diuitie/quia nō p̄fruitur sibi quia auaro deest tā id qd̄ hz q̄ qd̄ nō habet ut dz ieron' in epla ad paulinū. Similiter/nec aliis qbus nichil dat. p̄pter q̄ nocent auaro q̄tū ad aīam/et corp'. et qm̄ ex auaricia nascit' inuidia. Sequit'. et hoī liuido ad quid aurum. q.d. ad malū suū. q̄ congerit ex aīo suo. iniuste acquirēdo. aliis congre gat ac'. nam freq̄nter illi diuiciarum p̄uat'/et ab aliis male consumunt'. iō sequit'. qui s' neq̄ ē. cui te acquirēdo. cui alio bono erit. q.d. nulli. nā p̄ hoc aliis nocet qui suis diuiciis abutitur. qui sibi in uidet. qualis ē auarus qui ex auaricia retrahit sibi necessaria. nichil ē illo nequius. quia torquet se ipm̄ q̄tū ad aīam et corp'. et si bn̄ fecerit. ignoranter et non uolens facit/sicut aliqñ contingit q̄ iudeus uidens alij noce, p̄ponet ei' bonū/sicut fres ioseph uidē tes eū uendere ī suū/occasionaliter fecerūt eū egyp ti dnm̄. Et ī nouissimo mānifestat maliciam suā. oste dens se dolere de p̄ximi p̄fectu. ideo subditur. neq̄ ē oculus liuidi ac'. quia nō pt̄ uidere bonū alterius facie recta. despiciens aīam suam. qr̄ continue affli git eam. Insaciabil' oculus cupidi. nam ex acquisitis nō minuit' ei' cupiditas s; augetur. iō subdit'. in parte iniquitatis .i. inique acquisitōis. nō saciabit

quia sp pl

quia sp plo appetit. donec cōsumat arefaciēs aīaz
suaz. i. uitaz suaz cupiditatis ardore. et nō sanabit
ppetue. nam ex auaricia nimia nō pt hnis uti. ¶ Fi
li si habes. hic ex dictis infert correlariuz. s. q ho
ex hmōi bonis utatur ad bonū uirtutis. d. fili si hēs
bona tēpalia. benefac tecuz. inde uiuēdo decenter
sm statum tuuz. et dignas deo oblatōnes offer. ad
sustētatōz ministroruz ecclie et paupum. memor esto q
mors non tardabit. Postqȝ nulla meritorie opari
poterit. et testamentū inferorum. i. ordinatō dei de morte
singulorum. hebre. 9. statutū ē hōi semel mori et dr
testamentū inferorum. nam tpre quo scpta fuit liber i
iusti descendebant ad limbuz. quia demonstratū est
tibi. dicente iacob. geñ. 34. descendam ad filium meū
lugens ī infernuz. testamētū n. huiꝰ mūdi. i. hēditas
mūdana filiis apparentibꝰ legatā. morte morietur. i.
cito deficiet. iō sequitur. ante mortē bn̄ fac amico tuo.
mitte radices . i. precepta decalogi et alia cerimonialia que fuerunt illi ppl'o data ut p eorum obseruanciam radicaretur i sapia diuina. ¶ Illumine . hic ostenditur ponit electionis p dicte confirmacio, que fuit facta p stabilitatem regni et hedificacionis templi tempore dauid et salomonis . premittit tamen hic sapiencie generacionem eternam et p hoc ostendatur tam sufficiens stabilitas in aliis . dicit igitur . ab inicio . p hoc non pt intelligi inicium temporis quia sequitur . et ante secula . etc. Sed intelligitur ipse pater qui est principium emanacionis personarum . et usque secula . i. eternaliter quia filius eternaliter procedit a patre . creata sum . i. ab eo accipiens esse p generacionem, que large loquendo pot dici creacio ut plenius dictum est sup. i. ca. Aliter exponunt aliqui . creata sum . i. preuisa carni secundum humanam naturam in unitate persone assumenda . licet autem hec exposicio contineat ueritatem . non tamen uidetur esse secundum actorem libri intencionem ut dictum est sup. i. ca. hoc eciam uidetur ex processu huius capituli in quo a principio usque ad finem ponitur progressio sapientie genite . Sic autem preuidera non est actualis progressio eius . quia conuenit omni creature quecumque minime . nam ab eterno preuisa est prodiri in tempore . et usque ad futurum seculum non desinam . i. eternaliter persistam . et in habitatione sancta . i. mentibus sanctorum . coram ipso deo . patre . ministraui . i. missione mea inuisibile per eam sanctimoniam impleui modo supradicto . Vel aliter . et i habitacione sancta . i. i congregatione iustorum . coram ipso ministraui . i. ministrare feci p aaron et alios sacerdotes bonos . Sicut dicitur gen. 22 . in psona dni . nunc cognoui quia timeas deum . i. alios cognoscere feci. ¶ Et sic in syon . hic ostenditur ponitur electionis dicte confirmatio . s. p hedificationem templi et confirmationem regni tempore dauid et salomonis et sic dicit sapia dei . et sic i syon firmata sum . Ista tamen firmacio non dicit aliquam mutationem i deo sed i creatura i qua firmius stabiliuntur dona diuina . dicitur autem dei sapia firmata i monte syon eo quod ibi fuit hedificatum templum . 3. Re. 6. i quo erat archa et propiciatorium que representabant sedem dei ut dictum fuit exo. 25 . habuerunt stabilem mansionem nec ultra fuerunt portata de loco ad locum . sicut ante fuerant p desertum et postea i terra promissionis ut pz i pluribus locis primi Re. et in ciuitate sanctificata . s. ihrlm ad dei cultum electa . 3. Re. 12. similiter requieui . p spalem humanorum eo quod uigebat ibi cultus dei . et in ihrlm potestas mea . quia facta fuit ciuitas metropolis et regia et hoc ex ordinatione spirituali diuina et radicaui . i. dona mea firmiter stabiliui . in ppl'o honorificato . i. i ppl'o isrl' qui fuit honorificatus a deo pre ceteris ppl'is eo quod disposuerat ab eterno ex illo carnem assumere propter quod dedit eis legem et prophas sacerdocium et regnum propter quod dicitur deutro. 4. que est gens sic inclita . et ps. 147. non fecit taliter omni nationi etc. et i partes dei mei hereditas illius . s. ppli honorificati . ad cuius intelligentiam sciendum quod licet mei pot esse genitiui huius pronominis ego . et sic est sensus In partes dei mei . i. i partes dei qui deus sum ego . hereditas illius . q. d. uita beata que est electorum hereditas uera est i partes meas . i. apud me . alio modo pot esse genitiuus huius pronominis meus . et sic est sensus . In partes dei mei . i. apud patrem qui est deus meus . hereditas illius . i. beatitudo ppli honorificati et utroque modo conuenit ueritate . nam electorum beatitudo consistit obiectiue i patre et filio . ioh. 17. hec est uita eterna ut cognoscant te solum deum et quem misisti ihm xpm . p hoc tamen non excluditur spus scus . sed magis includitur ut pz ex supradictis . Sed remanet questio quomodo pater dicitur deus filij . ad quod dicendum quod habendo respectum ad humanitatem est maior uerum unde dicitur ioh. 20. ascendo ad patrem meum et patrem uestrum deum meum et deum uestrum . habendo uero respectum ad naturam diuinam pater eciam uniuersaliter dicitur eius filius secundum naturam diuinam deus de deo . sicut dicitur in simbolo de ipso . lumen de lumine deum uerum de deo uero et sic ut uidetur in psona filij de patre pt dici . i partes dei mei . i. patris qui est deus a quo sum idem tamen deus mecum cum ipso distinctus tamen in persona . et in plenitudine sanctorum . i. i congregatione eorum . detencio mea . i. mansio mea p graciam . mt. 18. ubi sunt duo uel tres congregati i nomine meo in medio eorum sum //

¶ Quasi cedrus . hic ostenditur ponitur dicte confirmacionis fructificacio . et primo quantum ad fructum uite actiue . secundo contemplatiue . ibi . ego mater . prima in duas quia primo ponit dicta fructificatio . secundo fame diffusio ibi . sicut cinamomum . Circa primum sciendum quod terre nascencia diuersarum specierum magis fructificant in una terra quam i alia et sic ponitur hic exemplum plurium arborum uel terre nascencium i diuersis locis nobiliter fructificancium dicitur . exaltata sum i libano quasi cedrus . i. sicut cedrus nobiliter crescit i monte libani sic exaltata sum i ppl'o isrl' p augmentationem cultus diuini p quam dicitur diuina sapia exaltari non in se quia non pt augeri nec minui cum sit infinita . sed in donis et effectibus suis . Sicut dicitur deus magnificari cum deuote laudatur a nobis psalmo 33 . magnificate dnm mecum etc. hec autem diuini cultus augmentatio fuit maxime tempore dauid et salomonis ezechie et iosie ut pz ex libris Re. et paralipo. Eodem modo exponuntur exempla que sequuntur . quasi cypressus etc. i. sicut illa fructificant nobiliter in locis hic expressis sic sapia diuina exaltata est modo predicto . Sciendum tamen quod cum dicitur hic . quasi palma exaltata sum i cades . cades uero est locus deserti ubi manserunt filij isrl' p aliquod tempus ut dicitur deutro. primo . sedistis i cades barne etc. Sed est alia sita in sorte iude . et ad distinctionem alterius dicitur cades absolute . iosue 15 . alia uero cades barne . Sciendum autem quod hic ponuntur plura exempla ad exprimendum augmentum donorum quod est excellentius augmento corporali . sicut mater ad exprimendum amorem excellentem quem habet ad filium utitur pluribus nominibus uocans eum aliquando filium suum . aliquando cor suum . aliquando dnm suum et sic de pluribus aliis ¶ Sicut cinamomum . hic ostenditur ponitur dilatatio fame diuini cultus i ihrlm augmentati propter quod multi non solum de iudeis sed etiam de gentilibus ueniebant adorare deum i ihrlm ut hr. 3. Re. 8. et ioh. 12 . que quidem fame diffusio significatur hic p bonum odorem secundum quod dicitur cant. primo . Curremus in odore unguentorum tuorum et secunda cor. 2 . xpi bonus odor sumus i omni loco et ponuntur hic plures arbores et species aromatice . quarum proprietates explicare non est ad propositum . nam hic solum introducuntur ad designandum diffusionem bone fame p suauitatem et sui odoris sicut et arbores expresse i parte precedenti ad exprimendum augmentum cultus diuini et similiter ponuntur hic plura aromatica et odorifera ad maiorem expressionem diffusionis bone fame . Unum tamen uocabulum est hic exponendum cum dicitur . et ungula . que est species aromatica habens ungui similis propter quod latine nominata est ungula exo. 30 . nominatur onicha . onis enim grece unguis est latine et est una de quatuor speciebus ex quibus conficiebatur thimiama boni odoris ad cremandum coram dno i altari thimiamatis ut dicitur ibidem ¶ Ego mater . hic ostenditur ponitur fructificatio in uita contemplatiua tempore namque ueteris testamenti fuerunt aliqui qui in contemplatione diuinorum nobiliter eleuati sunt ut pz de moyse qui loquebatur cum dno sicut homo cum amico suo exo. 33 . et de aliis prophetis et hoc erat p sapie donum . ideo dicit sapia diuina . ego mater pulcre dilectionis . Contemplatiua namque uita melior et pulcrior est quam actiua que significatur p rachel que erat decora facie et uenusta aspectu . Actiua uero p lyam que lippis erat oculis gen. 29 . et timoris . filialis . et agnitionis . supernalis . et sancte spei . p expectationem future beatitudinis . ista namque dona et alia uirtutum pertinencia attribuuntur filio qui est sapia genita . In cuius etiam psona adhuc subditur . In me omnis gratia uite . i. a me procedit uita graciosa et uirtuosa . ideo subditur . et ueritatis i me omnis spes uite . gloriose et uirtutis . quia possum eam dare . transite ad me omnes qui concupiscitis me . nam omnibus possum satisfacere . ideo subditur . et a generationibus meis implemini . i. illuminationibus diuinis . spiritus enim meus . i. degustatio mee bonitatis . super mel dulcis . ipsam enim non adequat aliqua delectatio corporalis . et hereditas mea . que est uita beata super mel et fauum quia quietat totaliter appetitum . memoria mea i generatione seculorum . quia numquam delebitur de mentibus

santorum · qui edunt me · in pnti s spualit incorpo
rando · adhuc esurient · ut plenius habeant i celo · et
qui bibunt · etc exponuntur eodem mo · refectio eni
spualis et celestis exprimitur p cibum et potum eo
q in corporalibus fiunt ultimam refectionem pfectam · qui au
dit me · aure mentis · non confundetur · in conspectu summi
iudicis · et qui operantur in me · i · fm regulam doctrine
mee non peccabunt · nam e regula infallibilis · et qui e
lucidant me · occulta sapie misteria i lege et pphe
tis cotentis fideliter exponendo · vitam eternam habebunt
i premium ¶ hec omnia · hic ponitur commendatio pdictorum
p sacram scripturam cum dicit · hec omnia liber vite · supple
continet expresse · et dicitur sacra scriptura liber vite eo q
e instrumentum veniendi ad vitam beatam · illa no que dicta
sunt de processu eterno a verbo q adesse gre etc dona
hic dicta exprimuntur in genesi et aliis libris legalibus
et pphetalibus et agiographis ut patet intuenti · testamentum
altissimi et agnitio veritatis · hec n · sunt opera sacre s
cripture · s · q est liber vite et testamentum altissimi et agnitio veri
tatis · i · continua huius agnitionis · legem mandavit moyses ·
no auite ppia sed divina · in preceptis iusticiarum · na alia
precepta continet iusticiam moralem hoim ad proximum · et
hereditatem domui iacob · precepit n · filiis isrl intrare terram
promissionis sub iosue duce · et isrl promissiones · qr non
solum pmisit deus illam terram filiis isrl sed etiam multa alia
bona si fideliter ei serviret et sub pmissione illius terre
pncipaliter intelligebatur pmissio terre viventium qr sicut dixi
frequenter i superioribus libris bona tpalia non pmittit
tantum pncipaliter in pmium p opibus virtutum q sunt
meliora q tpalia bona · premium aut dignum ma
ius e mito hoim · et io sub pmissione bonorum tpali
um sp intelligunt alia bona pncipaliter pmissa que
sunt tpalibus meliora ¶ Posuit david · postq ac
tum e de sapie eternali generatione a patre · hic
consequenter agitur de tpali generatione ex virgine · et pmo
ponitur huius sapie dignitas · sdo sue doctrine pclari
tas ibi qui implet · Circa pmum dicit · posuit · i · statuit
vel pmisit ipse deus · david puero suo · i · s fuienti
humiliter et devote · excitare · i · pducere · regem for
tissimum ex ipso q intelligitur de xpo qui descendit
ex semine david fm carnem p virginem mariam · et · i · et
ipse est rex fortissimus · psalmo · 23 · quis e iste rex g
lorie dominus fortis et potens · dns potens i plio · in
throno honoris · sedentem · in sempiternum · sicut pdixit
ysa · 9 · puulus natus e nobis et filius datus e nobis et factus
e pncipatus sup humerum eius et vocabit nomen eius ad
mirabilis consiliarius deus fortis etc · Sequitur · super soli
um david et super regnum eius sedebit ut confirmet id
et corroboret in iudicio et iusticia amo usq i se
piternum et gabriel loquens marie luce pmo oste
dit hoc in eius filio ee complendum · d · hic erit magnus et
filius altissimi vocabitur et dabit illi dns sedem da
vid patris eius et regnabit in domo iacob i eternum
et regni eius non erit finis ¶ Qui implet · hic ostendit
describitur doctrine xpi pclaritas et pmo ad viventes
sdo ad dormientes ibi penetrabo · pma adhuc i duas
nam pmo ponitur doctrine xpi eminentia · sdo eminentie
ostensio ibi qui pficit · Circa pmum sciendum q ad osten
dendum affluentiam doctrine ponitur exemplum de iiii or fluvii
nibus paradisi qui i aquis valde habundant et p hoc
intelligitur secundum q doctrina iiii or evangeliis et de scrip
ta p cetera flumina et aque ducte hic posita itelli
git doctrina aplorum et aliorum sanctorum a xpo tamqm sinita
te derivata · sic g dr de xpo · qui implet q fison
sapiam · ea multiplicando p doctrinam sua · sicut fison
effundit aquam · et sicut tigris i diebus novorum · licet n ·
sit magnus fluvius tamen in vere qd e tps renovatio
nis terre nascentium magis habundat aquis · q adim
plet qi eufraten sensum · s · sacre scripture · nam ante doc

trinam xpi iudei solum intelligebant sensum litteralem · sed p doctrinam xpi a
perti sunt sensus mistici · s · moralis · allegoricus · anagogicus
isti sunt tres fluvii dicti de fluminibus paradisi ut patet
gen · 2 · qui multiplicat doctrinam · evangelicam · qi iordanis
i tpe messis · tunc n · ex resolutione nivium redundat vel
inundat sup ripas alvei sui ut hr iosue · 3 · qui mittit
disciplinam sicut lucem · i · claram et habundantem sicut lux
clara e et se diffundens p totum aerem et assistentes oibus i dif
ferenter sine psonarum acceptione · qi gion i die vindemie · h
e eciam paradisi fluvius qui licet sit habundans valde tm magis
habundat aquis vindemiarum tpe ¶ Qui pficit · hic ostendit
describitur habundantie dicte ca que e ex hoc q patris
et filii una e sapia pptera q sapia filii e infinita inde
pptera q pt habundanter doctrinam influere · sicut primus q pficit
· i · pfecte facit · scire illam · s · sapiam · nam ante xpm
sapia fuit hoibus comunicata sub velaminibus et figuris i lege
et pphis · sed ipse p doctrinam suam habundanter et lucide de
claravit veritatem · et infirmior non investigabit eam · ho
n · purus et infirmus non potuit hoc facere · mt · xi · nemo
novit filium n pr neq patrem quis novit n filius et cui vo
luerit filius revelare · a mari n · habundat cogitatio eius · i · eius
notitia est habundantior marique notitia xpi divina e sim
pliciter infinita notitia vero eius humana et si n sim q infinita i quantum
se extendit ad omnia que cognoscit deus notitia visionis
ut sciunt · et consilium illius in abysso magna · qr non e comphensibile
a pura creatura · Ex quo sequitur q habundanter effundere pot
sapie dona pptera q sbdit in eius pona · ego sapia effudi flu
mina · sapie · ego qi trames aque · i · cursus fortis · et est
eadem similitudo repetita pluribus exemplis ad maiorem affirmationem
et qi aque ductus exivi de paradiso · i · a patre i quo e oe
bonum et omnis dulcedo Joh · 16 · exivi a patre et veni i mun
dum · Rigabo ortum plantationum · i · ortum militantis ecclesie
in quo apli fuerunt plantule pme pcurrentia d [illegible]
q sinagoga · has g plantulas rigavit xpus frequenter sua
doctrina ut patet in evangeliis · et inebriabo partus mei
fructum · i · cetum aplorum et aliorum credentium i die penthe
costes habundanter mittendo spus sci donum q habundantia
ebrietatis noie aliquando designatur in scriptura cant · 5 ·
Inebriamini carissimi · Unde et tunc reputati fuerunt
ebrii act · 2 · ut patet · et factus e in habundans · i · diffusio
doctrine p pdicationem aplorum · et fluvius meus · i · doctrina
mea · appropinquavit ad mare · i · ad multitudinem gentium
et pplorum · na mare e congregatio aquarum · et apoc 17 · dr
aque multe ppli multi · hanc aut pdicationem iniunxit xpus a
postolis act · pmo d · eritis mi testes in ihrlm et omni iuda
atq samaria et usq ad ultimum terre · qm doctrinam qi
ante lucanum · i · auroram que lucet ante solem · illu
mino omnibus · sine psonarum acceptione · et enarrabo
illam · p apostolos aliosq discipulos · usq i longinquum ¶ Pe
netrabo · hic ponitur doctrine xpi claritas ad defunctos
nam aia xpi a corpore xpi separata deitati tm cuncta
descendit ad inferos et illuminavit patres illic de
tentos et ad hoc dicitur · penetrabo iferiores partes ter
re · et i fine mundi oes mortuos suscitabit ad iudicium
et quantum ad hoc sbdit · et inspiciam omnes dormientes ·
et quia soli iusti tunc illuminabuntur lumine glie sbdit · et
illuminabo omnes sperantes i dno · iniusti vero i infernum te
nebris retrudentur ¶ Adhuc doctrinam · hic solvitur [illegible]
qo qr scriptor huius libri immediate locutus e de iudicio finali
posset aliquis dubitans querere · Intendis tu hic librum tuum
finire ad q rndet · d · adhuc ergo pdictis doctrinam qi
pphiam · i · doctrinam certam et veram · sicut e pphia cui
nulla subest falsitas cum sit a deo revelata et sic po
ista continuat pcedentibus sequentia · et relinquam illam · i scrip
querentibus sapiam · i sub · n · et no aliis pficitur liber sa
pientiales · et non desinam eos instruere · p scriptum · neq
i e vum sactum · i · seculum futurum · tunc n · cessabit omnis
humana doctrina fm q scribitur Jere · 31 · et non docebit
ultra vir pximum suum · et vir fratrem suum · d · cognoscite

dñm oẽs .i. cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum ait dñs. et uidete .i. consideratе uos studiosi quoniam nõ soli mihi laborauit &c. q. d. in hoc uos hortor ad consilia facienda

In tribus. XXV

Supius a pri[n]cipio tercii capituli actiua e de extra uirtutum hic agitur de statibus in quibus competit hoc exercitium. Et diuiditur in tres partes secundum tres status fidelium. nam primo agitur de statu actiuorum. Secundo de statu prelatorum .32. cº. et 3º de statu contemplatiorum cº 39. prima in duas. nam actor primo premittit quoddam preambula ad propositum. 2º prosequitur intentum ibi. omnis plaga. prima adhuc in tres partes quia primo ponit quedam ad statum actiuorum expedientia. secundo quedam impedientia ut opposita iuxta se posita magis elucescant ibi tres spes. Tertio quedam pertinentia ibi. noue insuspicabilia. Circa primum sciendum quod actiuus habet agere cum consanguineis specialiter et cum proximis generaliter et cum uxore sua singulariter. et sic dicit In tribus placitum est spiritui meo. inquam expedientibus ad statum actiuorum. que sunt placita .i. approbata coram deo et hominibus. tamquam bona. concordia fratrum .i. consanguineorum quia dicuntur fratres in scriptura gen. 13. ne quaeso sit iurgium inter me et te. fratres .n. sumus. hoc dixit abraham ad loth qui tamen erat nepos suus. et amor proximorum secundum dñi preceptum diliges proximum tuum sicut te ipsum. et uir et mulier sibi consencientes. in bona domus dispositione ¶ Tres spes. hic contrarium ponit tria impedientia quia nõ euitatur malum nisi cognitum. Tres spes odit anima mea. quamuis una sit diligenda. uicia tamen sunt odienda. et aggrauor ualde anime illorum .i. malicie eorum que grauiter est puniendo. pauperem superbum. quia non habet materiam superbiendi. sed magis se humiliandi. et diuitem mendacem. qui promittit et nõ soluit cum tamen bene possit. et senem fatuum et insensatum. et nõ loquitur hic de sene propter nature deffectum desipiente sed propter deffectum diligencie ignorante quia neglexit addiscere. ideo sequitur. In iuuentute tua nõ congregasti .s. sapientiam addiscendo. et quomodo inuenies in senectute tua. q. d. nullo modo quia tunc sensus interior et exterior debilitatur et per oppositum de sene sapiente dicit. quam speciosum canicie iudicium .i. iudicium discretionis est ualde speciosum. in canicie .i. in cano capite. et a presbiteris. qui legem debent scire. cognoscere consilium .i. habere consilium certum et bonum. quam speciosa &c. repetitio est eiusdem sine admiratione et eis conuenientis. corona senum multa peritia .i. habundans scientia. et gloria illorum timor dei. sine quo scientia inflat et per quem hedificat quia timor filialis annexus est caritati ¶ Nouem. hic breuiter per modum prelationis ponitur .x. status in actiuorum pertinentia que plenius in sequentibus explicantur. dicat igitur noue insuspicabilia .i. de quorum bonitate nullum est dubitare. magnificaui .i. magna bona reputaui. et decimum dicam in lingua .i. intellectu et aperte hominibus ratione utentibus. homo qui iocundatur in filiis uiuens. quia uidet eos bene moregeratos per doctrinam suam hoc est primum. et uidens subuersionem inimicorum rei publice. nam per hoc boni remanent in quiete hoc est secundum. beatus qui habitat cum muliere sensata. nam per sic delectabiliter et secure uiuit in domo propria. hoc est 3um. et qui lingua sua nõ est lapsus. nam hoc est ualde perfectum. iacobi 3. quod non offendit in uerbo. hic perfectus est uir. hoc est 4m. et qui nõ seruiuit indignis se .i. peccatoribus in aliquo malo consentiendo hoc est quintum. beatus qui inuenit amicum uerum. nam amicitia uera est preciosior quacumque re possessa. hoc est sextum. et qui enarrat iustitiam. tamquam doctor. auri audienti .i. homini corde retinenti et opere adimplenti. hoc .n. totum redundat in bonum magistri. hoc est septimum. quam magnus qui inuenit sapientiam .i. sapidam noticiam de diuinis. hoc est octauum. et scientiam .i. noticiam inferiorum per quam recte dirigitur. hoc est nonum. sed nõ est super timentem dñm. q. d.

timor dñi filialis est maius bonum. ideo subditur. dñi super omnia se superposuit. quia alia predicta excellit et hoc est decimum de quo adhuc subditur. beatus &c. s. in spe et si nõ adhuc in re. qui tenet illum. firmiter usque in finem. cui assimilabitur. q. d. similis ei raro inuenitur. timor dñi initium dilectionis eius. nam timor filialis refugit separari a deo et per consequens est initium maioris unionis cum ipso per augmentum caritatis. fidei autem initium agglutinatiuum est ei. s. timori quia timor subicit hominem deo et similiter fides que captiuat intellectum in dei obsequium ¶ Omnis plaga. premissis preambulis hic consequenter actor prosequitur intentum de statu actiuorum ad quem sicut dictum est expectat communicatio proximis et consanguineis. inter quos plures tenet primum locum. igitur primo agit de uxore. secundo de pueris cº 30. tertio de filiis cº 30. de propriis 30 cº ibi. melior est pauper. prima in duas. nam primo tractat de uxore mala. secundo de bona cº 26. prima in duas quia primo agit de mulieris malignitate. secundo de eius presumptuosa temeritate ibi. ascensio harenosus. Circa primum. primo proponit intentum d. omnis plaga tristitia cordis est &c. et sicut tristitia cordis siue dolor excedit eius omnem plagam corporis siue dolorem. sic malitia mulieris excedit omnium hominum maliciam. quod autem dolor cordis excedat omnem dolorem corporis patet ex hoc quod homines boni sustinent magnas plagas et dolores corporis ne incurrant dolorem per offensam sui creatoris ut de martiribus patet. Et omnem. hic consequenter declarat propositum. s. quod malicia mulieris excedit maliciam aliorum. quia primo declarat ex eius latentia. nam malicia aperta potest caueri nõ sic autem latens et sic est peior. malicia autem mulieris ceteris est latentior communiter. et hoc est quod dicit. omnem plagam et nõ plagam uidebit cordis. negatiue sic legitur. et omnem plagam. s. corporis. uidebit. supple medicus quia potest illam uidere. et nõ plagam cordis. que est tristitia quia nõ est sic uisibilis. et omnem nequitiam &c. q. d. similiter omnem nequitiam potest homo percipere preter nequitiam mulieris quia magis ipsam palliat apparenti amicitia ad uirum suum. ideo subditur. et omnem obductum &c. i. omnem palliationem malitie potest homo percipere preter palliationem predictam odientium sicut amasa nõ percepit odium ioab qui sub signo salutationis et osculi interfecit eum. 2 Re. 20. q. d. sic est de muliere mala que signis amicitie operit odium quod habet ad uirum. et omnem uindictam &c. i. omnem uindictam potest homo ante percipere preter uindictam inimicorum latentium. Sicut amon non percepit odium absalon contra ipsum latens sub occisus in conuiuio in uindictam stupri cum thamar sorore sua commissi. 2 Re. 13. q. d. sic mulier que amicabiliter cum uiro comedit et bibit in eius mortem aliquid machinatur. ideo subditur. nõ est caput nequius colubri. qui uenenum congregat in capite ut mordendo magis noceat. et nõ est ira. supple periculosior supple super iram mulieris. coluber .n. mordendo sibillat pre ostendens iram suam. sed mala mulier intoxicat uirum suum pretendens amicitiam. propter quod subditur. commorari leoni et draconi placebit. s. magis quam habitare cum muliere nequam quia leo et draco antequam noceant ostendunt iram suam. ipsa uero ostendit amicitiam. ideo subditur. nequicia mulieris immutat faciem eius. nam per inimicitiam pretendit amicitiam. ideo subditur. et obcecauit uultum suum tamquam ursus. qui excecatur per patellam accensam coram oculis eius positam. sic mulier excecatur a cognitione boni et eius operatione per libidinis ardorem. et quasi saccum ostendit. s. uultum suum. in medio proximorum .i. in aspectu uiri sui et domesticorum. saccus .n. sic ostenditur quod illud quod est interius nõ uidetur. sic in facie mulieris nequam amicitia pretenditur ad uirum cum interius lateat odium. propter quod adhuc subditur. Ingemuit uir eius. ex infirmitate superueniente a cibo uel uxoris intoxicatione. et audiens uxor eius nequam. suspirauit quasi uiro compatiens. sed quoniam hoc suspirium nõ est bonum neque uerum sed fictum subditur. modicum. Et ideo concluditur. breuis omnis malitia &c. sors peccatorum cadat super illam .i. pena gehenne que est peccatorum. sicut uita glorie sors est iustorum ¶ Ascensio

hic cõiter describit mulieris male presumptuosa temeritas / et primo ponitur hec presumptio. 2° eius repressio
ibi. non des aque. Circa primum ondit eius presumptionem ex
loquacitate primo cum dicit. ascensus harenosus in pedibus
veterani. cui graue est ascendere montem propter corporis debilitatem. sed quando mons est harenosus et pons lubricus grauior
est sibi ascensus. sic mulier linguata grauis est uiro quieto
/ que loquacitas prouenit ex presumptione / et quia ex pulcritudine corporis solent mulieres in presumptionem eleuari subdit. ne
respicias in mulieris speciem etc. et quia mulier presumptuosa de
facili contra uirum nascitur sequitur. mulieris ira et irreuerentia
ad uirum suum confusio magna est. supple uiro suo, cum dicatur Gen. 3. sub uiri potestate eris mulier. si primatum habet in domo
ex sua presumptione. contraria est uiro suo. ... verbis et factis propter
quod concludit ex predictis. cor humile. id est deiectum interius. et
facies tristis. exterius. et plaga mortis est mulier uiro
suo. manus debiles. ad bonum operandum. et genua dissoluta. id est ad adulterii concubitum parata est supple. mulier que
non beatificat uirum suum. id est que ipsum non uilificat nam
minus dicendo plus significat. a muliere initium factum est
peccati ut patet Gen. 3. et per illam omnes morimur. nam mors
est pena primorum parentum Gen. 3. ¶ Non des. hic consequenter
ponitur presumptuose mulieris repressio cum dicit. non des
aque tue exitum nec modicum etc. quasi dicat, sicut si aque in cisterna collecte uel in uase contente detur modicum foramen per quod possit exire euacuatur tota successiue. sic mulier mala a bono euacuatur tota si laxentur ei habene. si non ambulauerit ad manum tuam
id est secundum tuum regimen. confundet te in conspectu inimicorum. qui
deridebunt te. ideo subdit. a carnibus tuis abscinde illam
quod fiebat per repudium tempore ueteris testamenti et per separationem
a thoro tempore noui. et loquitur de muliere incorrigibili, ideo subditur ne semper te abutatur. supponendo se alteri / eam namque retinere est patronum suo fauere

Mulieris XXVI

bone. hic de muliere
bona consequenter agitur. et secundo ad loquendum de
mala sermo conuertitur ibi. a tribus. 3° ad
tractandum de bona reuertitur ibi. gratia mulieris. Circa primum dicit. mulieris bone beatus uir. In conuersatione domestica. numerus enim annorum illorum duplex. prolongatur enim quo ad bonum
uita ex dilectione mutua. et ad idem facit quod subditur
mulier fortis oblectat uirum suum. quia facit eum delectabiliter uiuere. et annos uite illius in pace implebit usque in finem cum eo pacifice conuersando. pars bona communis mulier bona est supple. et in parte bona timentium deum. id est pro bona parte inter timentes deum dabitur uiro a deo. pro factis bonis. id est pro suis meritis. Unde dicit consequenter quod uxor bona est speciale dei donum. diuitis et
pauperis cor bonum. si habeat uxorem bonam nam pauperi
sufficit quod habet in aliis eo quod uxor bona est maius
bonum / et diues persuadente uxore bona bene utitur diuitiis. ideo subditur. in omni tempore. prosperitatis et aduersitatis
uultus illorum hylaris. eo quod habent sanctas uxores ¶ A tribus
hic interponitur de muliere mala, ut opposita iuxta
se posita magis elucescant. sicut enim communiter procedit in
hoc libro ut ex precedentibus et sequentibus satis patet.
Et diuiditur in duas partes scilicet principalem et incidentalem
tangitur ibi. in filia. dicit igitur. a tribus timuit cor meum
et in quarto facies mea metuit. quasi dicat tantum est malum quod timor de ipso non potest latere in corde quin appareat in facie, subdit illa. delaturam ciuitatis. id est eius proditorem et collectionem populi. id est conspirationem ... et calumpniam mendacem. id est falsum crimen imponentem. super mortem. omnia illa tamen grauia / et
ponit consequenter quod est grauius. dolor cordis et luctus
continuus mulier zelotipa. supple est uiro suo a quo fraudari suspicatur, et sic contra eum continue machinatur

io subditur. In muliere zelotipa flagellum lingue. communicans omnibus. id est aliis uiris se exponens.
Sicut boum iugum quod mouetur continue propter motum
boum. sic et mulier nequam continue mouetur ad malum
qui tenet illam. sectum in domo. quasi qui apprehendit scorpionem. qui forte blanditur et cauda pungit. sic mulier nequam blanditiis allicit et usque ad mortem pungit.
Sicut patet de Dalida Iudic. 16. que Sapsonem per blanditias
in manus Philistinorum tradidit / et quia talis mulier de
tota cura singularis et ebrietati se exponit subditur. mulier ebriosa ira magna. id est causa ire magne uiro suo. nam consumit
eius bona et reuelat eius secreta. quia nullum secretum
est ubi regnat ebriositas Prou. 31. et est etiam adultera.
et contumelia. quia litigat cum uiro suo. et turpitudo illius non teget. id est omnibus apparebit / et quia talis est inuerecunda subditur. fornicatio mulieris in extollentia oculorum. casta namque oculos habet inclinatos ad terram. et in palpebris illius agnoscetur. nam inhoneste loquitur. ¶ In filia. hec
est incidentalis in qua loquitur de filia custodienda. Cum communiter conformatur ideo dicit. In filia non auertente se. a communibus dissolutis et aspectibus inhonestis. firma custodiam. et subditur causa. ne inuenta occasione. id est oportunitate. abutatur se fornicatori consentiendo. ab omni irreuerentia oculis illius caue. id est ne habeat oculos irreuerentes
et uagos. nam hoc est pessimum signum in puella. et ne
mireris si te neglexerit. id est contempserit non refrenes eius irreuerentiam et euagationem. ideo subditur sicut uiator sitiens
ad fontem os aperiet. statim cum inuenit. et ab omni aqua
proxima bibet. id est quam de proximo inueniet, etiam si sit turbida bibet eam ad sitis refrigerium. et contra omnem palum
id est in locum fornicatori aptum sedebit filia dicta ut satisfaciat sue libidini sicut uiator sue siti. et contra
omnem sagittam aperiet pharetram. id est reuelabit sua pudenda omni petenti. Scriptor huius libri fuit hebreus apud
quos uirilis sagitta communiter nominatur. donec deficiat. id est
usque ad mortem suam ¶ Gratia mulieris. hic reuertitur auctor ad loquendum de bona muliere. dicit. gratia mulieris sedule. id est diligentis erga domum et deuote circa deum
delectabit uirum suum. uidentem eius bonum in quo delectatur sicut in proprio bono, quia uir et uxor sunt una
caro. et ossa illius impinguabit. quia sicut spiritus tristis exsiccat ossa Prou. 17. sic spiritus letus medullas
impinguat. et disciplina illius. in bonis moribus. datum
dei. id est donum dei est speciale. mulier sensata, corde. et tacita
ore. non est immutatio erudite anime. id est uiri eruditi qui
pro nulla re uellet eam commutare. gratia super gratiam mulier sancta et pudorata. id est uerecunda. nam uerecundia decorat. omnis autem ponderatio etc. hoc dicit ad reddendam
rationem de hoc quod dictum est quod uir eruditus nollet uxorem
sanctam commutare, quia non posset pro ea rem equalentem habere
/ et accipitur hic anima pro toto composito. totum a parte nobiliori denominando. sicut Exo. 1° omnes anime que exierunt de
femore Iacob etc. Sicut sol oriens mundo etc. mundum illuminat. sic mulieris. quia uirum et familiam dirigit ad
uirtutem. lucerna splendens super candelabrum sanctum. illuminat
et species faciei super etatem stabilem. id est perfectam et maturam
ipsam ualde decorat. sic supple mulier bona domum suam.
columpne auree etc. id est sicut columpne auree situate super
bases argenteas sunt pulcre et firme. sic pedes mulieris stabiles in uirtute et que non est discursiua de domo in domum
est exemplum pulcritudinis spiritualis et exterioris honestatis. fundamenta
eterna etc. et sicut fundamentum situatum super petram solidam immobilitantur. sic mandata dei in corde mulieris sancte firmiter
radicantur. Gallicus

In duobus XXVII

contristatum
est cor meum. Postquam actum est de stationariorum quantum ad uxorem. hic consequenter agitur de

ipso in 2ᵘ ad proximum. Et dividitur in duas partes quia primo
ostenditur qualiter activus habere se debeat ad proximum generaliter.
Secundo qualiter ad amicum specialiter ibi · qui denudat. Prima
in duas quia primo ostendit quod proximo compatiendum sit in infortuni-
is. Secundo quod cum eo agendum est iuste in negotiis ibi due species. Cir-
ca primum dicit. In duobus contristatum est cor meum. per compassio-
nem. et in tertio iracundia mihi advenit. per maiorem tristitiam
eo quod est maius infortunium. vir bellator. qui fideliter pug-
navit pro re publica. et deficiens. per inopiam victus et vestitus
qui sibi deberentur a communitate pro suis laboribus propter quod compatiendum
est sibi si deficiat a talibus. et vir sensatus contemptus. quia sibi debetur
honor et ideo condolendum est si contrarium sibi fiat. et qui transgre-
ditur a iustitia. in qua diu vixit ad peccatum. hoc est enim ma-
ius infortunium quanto iustitia a qua cadit est maius bonum
quam divitie perdite et quanto peccatum est maius malum quam privatio ho-
noris et victus. et ideo magis est dolendum. ¶ Due species. hic consequenter
ostenditur quod cum proximo est iuste agendum. Et dividitur in duas par-
tes. nam primo ponitur quedam per que faciliter a iuste declinatur.
Secundo subduntur alia per que conservatur ibi. si non in timore domini. Circa
primum dicit. due species. id est duo modi vivendi. difficiles ad ser-
vandum iustitiam et periculose propter eius transgressionem. et subditur
que sunt ille dicens. difficile exuitur negocians a negligentia
sue salutis quia nimis inhiat terrenis lucris. et non
iustificabitur caupo. id est tabernarius a peccatis labiorum. nam ex fre-
quenti iuratione incurrit periurium. propter copiam que frequenter
potantur impatienter. multi perierunt. in alia convertentes se ad
latrocinia rapinas et similia et aliquando in carcere. nam aliquando ca-
piuntur et suspenduntur. et qui querit locupletari appetitu
inordinato avertit oculum suum a iustitia. sicut in medio compagi-
nis lapidum palus figitur etc. id est sicut palus in medio conge-
riei lapidum fixus hinc et inde pondere lapidum compri-
mitur. sic etiam inter medium venditionis et emptionis an-
gustiabitur peccator. scilicet vendens qui nititur vendere ultra iu-
stum pretium et emens diminuere de pretio iusto. et conteretur
cum delinquente peccatum. nam in morte peccator conteritur. et
actus peccandi terminatur. quia tunc cessat tempus merendi ¶ Si
non in timore. hic consequenter ponit aliqua per que iustitia
conservatur et confirmatur. Et dividitur in tres partes quia primo
ponitur iustitie conservatio. secundo conservationis probatio ibi. vasa figuli.
Tertio iusti decoratio ibi. Si quis. Circa primum dicit. Si non
in timore domini tenueris te instanter. id est fortiter et diligenter. ci-
to subvertetur domus tua. id est edificium virtutum. propter pro-
nitatem ad malum gen. 8. sensus et cogitatio humani cordis
prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Est enim homo sicut
navis in flumine currente que nisi fortiter funibus impellatur
seu teneatur statim descendit per impetum fluminis / sic homo labi-
tur ad vitia nisi fortiter per timorem domini se teneat contra impulsum
fomitis / et sic patet quod timor iste est conservativus iustitie. Sed quia
posset aliquis dicere de peccato non est mirum nimium quia statim transit
actus peccandi, ideo subditur. Si in percussione cribri. id est in foraminibus
eius. remanebit pulvis. id est res immunde et accipitur hic
pro quia. nam ibi remanent lapides festuce et similia. sic a-
poria hominis. id est angustia peccatoris. in cogitatu illius. nam
in eius conscientia remanet remorsus peccati qui dicitur vermis
conscientie quamvis transierit peccati actus. vasa figuli. hic ostenditur des-
bitum iustitie probatio cum dicit. vasa figuli probat fornax. nam
illa que sunt bona ibi solidantur. que vero reproba crepant
et dissipantur. et homines iustos temptatio tribulationis. nam per eam
electi in bono confirmantur et reprobi per impatientiam franguntur.
et quia peccata latens in corde manifestatur in sermone subdi-
tur. sicut rusticatio de ligno. id est labor rustici circa lignum
ad cuius radicem fodit et mittit fimum ut magis fructi-
ficet. ostendit fructum illius. id est facit apparere in effectu. sic
verbum iustum prodit ex cogitatu hominis iusti. Sed quia inten-
tio loquentis non apparet plane ante finem sermonis subditur
causa. hec enim temptatio hominis. id est probatio eius per hoc quod apparet
sua intentio ¶ Si sequeris. hic consequenter ponitur iustitie decoratio
qua decoratur iustus sicut preciosissimo ornamento cum dicit. Si
quis iustitiam. in illa te exercendo. apprehendes illam. habitum

[Margin:] sile. ex perm. di. i. crᵒ nabucodonosor

consequendo. nam habitus acquiritur per exercitium actuum. et indues
quasi poderem honoris. et dicitur a pos quod est pes. nam est vestis lon-
ga attingens usque ad pedes. et inhabitabis cum ea.
id est ipsa tecum habitabit in omni opere et proteget te in sempiternum
id est a morte eterna. et in die agnitionis. id est extremi iudicii
in quo manifestabuntur omnia occulta. invenies firmamentum
id est firmum iustitie premium. volatilia ad sibi similia conve-
niunt. hec est enim proprietas nature ipsorum. et ultimas vite et i
iustitie. ad eos qui operantur illam revertentur. quia xᵘˢ qui est vita
et ultimus eis in premium dabitur. econtrario operantibus
iniustitiam pena reddetur eterna. ideo subditur. leo vena-
tioni insidiatur semper. quia vivit de carnibus aliorum
animalium. sic peccata. id est demones ad peccatum inducentes. operantibus
iniquitatem insidiantur donec ducant ad gehennam. Sed quia ho-
mines sancti firmiter stant contra temptationes diaboli sequitur
homo sanctus in sapientia manet sicut sol cuius lumen non minu-
itur. nam stultus ut luna mutatur. de volito in nolitum
et de peccato in peccatum. In medio insensatorum serva verbum tempori
congruo ad docendum. nam insensati non sunt doctrine bone
receptivi. In medio autem cogitantium. scilicet legem dei hoc est le-
gem dei in aliquibus libris ponitur sed non est de textu sed
intelligitur tamen et fuit primo quedam glosa interlinearis et
per ignorantiam scriptorum inserta fuit textui. narratio peccanti-
um odiosa. quia loquitur de malis eo quod ex habundanti-
a cordis os loquitur math. 12. et risus illorum in delictis pec-
cati. quia letantur de malis. utrumque enim delectabile est
quod consonat eius habitui. loquela multum iurans horri-
pilationem capiti statuet. incutit horrorem enim bonis au-
dientibus et per consequens horripilationem. et irreverentia ipsius
nam ibi est nominis dei abusus. obturatio aurium. boni
enim horrent hoc audire et sic aurium aures suas vel
obturant et sic loquentes extimantes se contemptum in-
sequuntur contra bonos subditur. effusio sanguinis in rixa
superborum. et maledictio eorum auditus gravis. In rixa
namque sua frequenter proferunt dei blasfemias quas au-
dire piis est auribus valde grave ¶ Qui denudat. hic
consequenter ostenditur qualiter activus se habeat ad amicos.
Et dividitur in duas partes quia primo inducit auctor ad con-
servationem amicitie. secundo ad opera misericordie. 29. capitulo. prima ad-
huc in duas. nam primo inducit ad amicitiam conservandam.
Secundo ad vindictam evitandam cap. 28. prima adhuc in duas
quia primo ostendit quod amicitia non est solvenda per verba.
secundo quod nec per alia signa ibi. annuens oculo. Circa primum
dicit. qui denudat archana amici perdit fidem. id est fidelitatem
cum amico. et non inveniet amicum ad animum suum.
nam alii timentes sic per eum scandalizari merito refugi-
unt ipsum. Ex quo patet quod fidelitas in secreti conservatione cu-
stos est amicitie. ideo subditur. dilige proximum et con-
iungere fide cum illo. id est fideliter. quod si denudaveris absconsa
illius non persequeris post eum. id est non assequeris perfecte recuperationem
amicitie. ideo subditur. sicut enim homo qui perdit amicum
in morte ipsius quia non potest ipsum recuperare aphᵒ. sic qui perdit
amicitiam proximi sui per denudationem sui secreti quia non
recuperatur perfecte et subditur exemplum de avicula de
manu dimissa et patet littera usque ibi. quoniam vulnerata est anima
eius. scilicet amici ex revelatione sui secreti. ultra enim non poteris
colligare ipsum tibi vinculo amicitie perfecte. et male-
dicti est concordatio. quia non solum lesi sic male dicunt
sibi ipsi si perfecte reconcilientur suum secretum revelanti sed
etiam alii homines idem dicunt. maledicatur talis si ultra re-
velanti suum secretum sit familiaris ideo subditur. denu-
dare autem misteria amici. id est secreta consilia. desperatio
autem anime infelicis. id est hominis secretum prodentis. quia non
debet sperare pristine amicitie reformationem perfectam. per-
fectam ¶ Annuens oculo. hic consequenter agitur de solutione
amicitie per signa cum dicit annuens oculo fabricat iniqua
contra illum qui credit illum amicum verum. ideo subditur. et
nemo abiciet. quia credens eum suum amicum tenere eum
secum. in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum

loquens

loquetur tibi placentia. et super sermones tuos admi
rabitur. i. admirari se finget tanquam dixeris verba sapie
profunde ut sic magis decipiat te. novissime autem per
vertet os suum. ad contrarium. et in verbis tuis dabit scanda
lum. interpretando ea tanquam stulta et mala que prius vide
batur reputare ardua et bona. multa audivi scilicet
mala et in hoc loquitur actor. et non coequavi ei. i.
malicie illius non reputavi aliquem equalem. et quia tales
proditiones solent redire super capita proditorum subditur
qui in altum mittit lapidem. directe super se. super caput
eius cadet. sic enim aliquando contingit. et plaga dolosa. i.
dampnum quodcumque a doloso paratum alteri dividet
dolosi vulnera. i. multiplicabit super eum mala. et qui
foveam fodit etc. repetito est eiusdem sententie et patet sententia
usque ibi. et non agnoscet ipse dolosus. et non adveniet il
li. nam hoc fit contra ex divina prudentia preter
opinionem hominum. illusio et improperium superborum. i. que a
superbis humilibus et pauperibus inferuntur in verbis. et
vindicta in factis. sicut leo insidiabitur illis. ad
penam gehenne. laqueo s. dyaboli. peribunt qui oblec
tantur casu iustorum. casu scilicet sive spirituali. nam talis letitia
est directe contra caritatem proximi. dolor autem consumet
illos ante quam moriantur. hoc enim aliquando contingit sicut patet
de anthiocho epiphane i. macha. 6. et de herode act.
12. ira que est per iniuriam. et furor qui est excessus nobilis
re. utraque execrabilia. nam homo est animal mansuetum
natura. et vir peccator continebit illa. i. continebit i
tra se ut iniquitatem suam cum toto cumulo malicie.

Qui vindicari XXVIII

capitulum. hic
ponitur actor inducit ad evitationem vindicte.
Et dividitur in duas partes. quia primo inducit
ad vitandum vindictam. secundo ad vitandum aliqua que sequuntur
ad ipsam ibi. abstine te. Circa primum dicit. qui vindicari
vult. de aliquo propter iniuriam. hoc enim malum est si fiat zelo
vindicte. si autem aliquis hoc velit zelo iusticie et cum
debitis circumstantiis non est malum. loquitur autem hic scriptura
de primo tamen quod subditur. a deo inveniet vindictam. i. recipiet
et peccata illius servans servabit. per suam iustitiam. gravi pune
da. relinque proximo tuo nocenti te. s. offensam que sp est
remittenda. remittere autem iniuriam non est mutus. S. sup ag
gravationis. et aliquando non expedit eam remittere. quia ex illa [illegible]
accipit audaciam maiorem iniuriandi et alii occasionem [illegible]
faciendi. scriptura tamen loquitur hic de offensa et patet sententia us
que ibi. memento novissimorum. i. mortis. et desine inimi
cari. inimicitia enim sp est mala quia contrarius proximi caritati
minus enim proximus est ex amore diligendus. et ex hoc patet quod
dictum est. s. quod scriptura loquitur de remissione offense.
nam retinens offensam retinet inimicitiam. tabitudo
eius. i. defectus in bono. et mors. i. pena mortis. non in
minet in mandatis dei. si magis timeo quam [illegible] quia mandata cum
materia inducunt ad perfectum in bono. negatione non ad declu
nandum a malo. [illegible] timore dei. et non irasceris proxi
ximo. non que est per iniuriam. non enim dei est quoddam frenum
ab ipsa retinens animum. memorare testamentum altissimi. et de
spice ignorantiam proximi. i. offensam tibi illatam da
do eam oblivioni. et [illegible] non quies illius. nec memo
eius in iniuriam tuorum. ¶ Abstine te. hic ostendit i
vindicte que sunt consentio in aperto et detractio in oc
culto. Igitur primo inducit ad vitationem primi. secundo ibi
ibi susurro. Circa primum dicit. abstine te a lite et mi
nues peccata. nam hoc est super exaggerationis ut dicitur
e supra. homo enim iracundus. i. ad iram pronus. incendit li
tem. ipsam movendo et commotam augmentando. et vir
peccator. i. discordiarum seminator qui dicitur proprie absolon
qui antonomasice loquendo de peccatis quod sunt contra proximum co
que amicitia est maximum bonum. turbabit amicos

que est detestabilis apud deum quia materie similis [illegible] per
im. sicut enim ligna silve sic ignis exardescit plurali
plurali. enim lignorum fuerit maius incendium. et sicut
virtutem hominis. i. excellentiam eius ab eo estimatam. sic
iracundia illius erit. dicit enim philosophus 2° rethoricorum quod per
ipensionem virtutum suum extimatorum puniputendi est ira ne
propter quod quilibet excellens in aliqua re sicut virtutem vel suam
extimationem magis irascitur si puniputendatur in illa ut mi
les in militia, clericus in literatura et sic de aliis. et sicut
suam substantiam et quantitatem opulentie sic exaltabit iram su
am. deducendo eam ad effectum per vindictam. nam ira
est appetitus vindicte. certamen festinatum. i. contentio ci
to prorumpens ad iniuria et opprobria. incendet ignem
iracundie et furoris. et lis festinans. i. prorumpens ad ver
bera. effundet sanguinem per vulneratorem. et lingua
testificans. s. vindictam te [illegible]. adducit mor
tem. ex talibus enim verbis aliquis producit ad mortem
alterius qui liberatione fuisset contentus. et si sufflave
ris. i. verba ad extimationem iram protuleris. quasi ignis ex
ardebit. i. non magis inflammabit. et si expueris super illa
s. linguam contristate vel extimate. extinguentur. que sunt ma
la. extinguentur. s. lingua iracundie et furoris. utraque
ex ore proficiscuntur. s. verba irata et verba venenosa et verba [illegible]
[illegible] venenum et tinam ex corde prodeunt.
¶ Susurro. hic ostendit modo vitiis ad detractores et su
gerunt detractoris [illegible] ipsi detrahentis
et primo ex parte detrahentis. secundo ex parte audientis ibi
sepi aures. primum facit cum dicit susurro qui detrahit
alteri latenter. et bilinguis qui dicit verum in presentia
et contra in absentia. maledictus erit a deo et hominibus
multos enim turbavit. pacem habentes inter ipsos di
scordias seminando. lingua tertia que seminat dis
cordias. est enim tertia seu media inter linguas illorum
quos dissociat. multos commovit. s. ad dissensionem non
[illegible] aliquem totum. civitates et aliquando
totum [illegible] sive gentes. et dispersit illas a gente
[illegible] dissensiones plures fugiunt de
[illegible]
[illegible]
[illegible] in civitatibus lombardie n
bi domus [illegible] qui de [illegible] fugitur a terra
tibus diminuit. virtutem per [illegible]. i. ad ni
chilum reducit. lingua tertia. mulieres mediatrices. ad
[illegible] mulieres viriles. i. honestas. et de [illegible]
[illegible] qui timens iracundia. alii
bi habent viduatas. i. bonis viros. et etiam de dom
o [illegible] sequendo adulterium. et privavit illas
laboribus suis. i. bonis domesticis in quibus laborave
rant. qui respicit illam. i. qui attendit ad linguam
tertiam. non habebit requiem. quia lingua tertia dissol
vere nititur vera amicitia. ideo subditur. nec ha
bebit amicum in quo requiescat. i. in quo confidere
possit. propter quod subditur. flagelli plaga livorem facit
exterius in cute. plaga autem lingue comminuit ossa.
i. graviorem est quia vulnerat intrinsecus in corde. multi
ceciderunt in ore gladii. i. mortui sunt per gladium
multi. sed non sicut qui interierunt per linguam suam
quia illi mortui sunt morte gehenne que est peior
morte corporali et ad hoc moriuntur si non peniteant mor
te gehenne. propter quod subditur. beatus qui tectus est a
prudentie a lingua nequam ipsam repellendo. qui in iracun
dia illius non transivit. i. pravam quod est ire dei que pro
catum quod dicit eam iracundia lingue neque. i. que ipsa du
cit ad peccatum. et qui non attraxit iugum eius. supponen
do se persuasionibus illius. iugum enim illius iugum ferreum
est. i. durum quia ducit ad infernum. ideo subditur mors
illius mors nequissima. nam mors gehenne est pessima
Unꝰ hedificans. hic remouetur quedā falſa cauillatō qua poſſet aliquis dicere q̄ defraudās aliena recōpēſat deo p afflictōnes ſui corporis i ieiuniis et huiuſmōi. uel p orōnes religioſorū quibꝰ b̄nfacit. et utrūq̄ remouet̄/ et p̄mo ſcḿ cū dr̄. Uno hedificante et uno deſtruēte. q̄ hedificatū ē ab alio. quid ꝓdeſt illi ni labor. q̄ nullā inde reportāt utilitatē. ſȝ tm̄ afflictōnē et applicat ad ꝓpoitū. d. unꝰ orans. p raptore. ſ. ille cui b̄n facit. et unꝰ maledicēs. raptori. eo q̄ bona ſua abſtulit. cuiꝰ uocē exaudiet dn̄s. q. d. nulliꝰ. nam exaudicio primi ipeditur ꝑpter maliciā ipiꝰ p quo orat. ſilit̄ ſcḿi p pcō ꝓprio. nam maledicēdo ꝓximo pc̄at. ꝑter q̄ dicit ſaluator mt̄. v. Orate p pſequētibꝰ et calūpniātibꝰ uos. tamē talis raptor p malediccōē ſuā a dn̄o puniet̄. Cōſ remouet primū. d. qui baptizat a mortuo. i. emūdatur a tactu mortui p aquā expiatōnis de qua hētur nūi. xix. et iterū tangit mortuū. quid ꝓdeſt lauatō eiꝰ. q. d. nā. nam īmūdꝰ efficitur ſicut ante. Sic homo qui ieiunat i pc̄īs ſuis. i. p pc̄īs ſuis remittendis. et iterū eadē faciens. quia de pc̄itis nō nō ē ue penitens. quid ꝓficit humiliando ſe. i. ſe affligendo p ieiunia et huiuſ. q. d. iſta n̄ faciūt ad remiſſionē culpe ꝑſeuerante. orōnē illiꝰ quis exaudiet. q. d. deꝰ nō exaudiet.

Qui cōſuat XXXV

hec eſt uia diligendi ſacr̄ ſcript̄.

ibunt

liberum. hic ostenditur sacrificium debitum applicari. Et dividitur in duas partes, quia primo agit de eius applicatione; secundo revertitur auctor ad reprobationem oblationis iniuste [illegible] li offerre. Circa primum dicit: qui observat verbum domini multiplicat orationem. nam orat mente [illegible] que quidem [illegible] disponit ad sacrificandum debite. ideo subditur: Salutare sacrificium est attendere mandatis. scilicet dei, ne contingat circa illa transgressio. et discedere ab omni iniquitate. cordis et operis et oris. et propitiationem litare sacrificii super iniustitias. id est pro iniustitiis remittendis que facte sunt contra proximum et de peccato propter peccatis contra deum perpetratis recedere ab iniustitia per debitum in contritionem facit sacrificium pro peccatis oblatum deo acceptum et similiter orationem pro peccatis factam exaudiri. retribuet gratiam. id est exhibebit deo gratum obsequium. qui offert similaginem. id est purissimam tritici farinam de qua fiebant panes propositionis in templo tempore huius auctoris. et qui facit misericordiam offeret sacrificium deo. [illegible] non apparebis ante [illegible] domini. id est in templo [illegible] hec enim omnia propter mandata dei [illegible]

[illegible]

Miserere XXXVI

mei deus. hic ostenditur agitur de oratione [illegible] specialiter. nam [illegible] sapientis huius libri qui [illegible] deos fuit doctor magnus et platonis. nam apud eos doctores [illegible] pro [illegible] prius perditur. nam hec oratio preponitur. secundo conclusio inferetur ibi: quam [illegible]. prima in duas. nam primo orat pro iudeis et gentilibus generaliter. secundo pro iudeis specialiter ibi: miserere plebi tue. prima adhuc in duas, quia primo orat pro iudeis et gentilibus convertendis. secundo pro obstinatis in idolatria puniendis ibi: innova signa. Circa primum orat primo pro populo iudaico dicens: miserere nostri deus omnium. id est tu qui es deus omnium pro curam. miserere nostri. Cuius es deus specialiter per latriam et legem in datam. respice nos. oculo tue clementie. et ostende nobis lucem miserationum tuarum. erant enim tunc iudei in tenebris tribulationis. quia ptolomeus [illegible] rex egypti [illegible] specie sacrificandi intravit iherusalem in die sabbati sciens quod tunc non arriperent arma iudei et multa millia iudeorum captivos duxit quorum multi erant in carceribus tenebrosis. reliqui vero in tenebris tribulationis et gravis [illegible] petebat populum suum liberari. immitte timorem tuum super gentes que non exquisierunt te [illegible]

[illegible]

babilonium iudei fuerunt idolatre dediti ut pre-
lie. et sic post pro. sed postea non fuerunt ydolatre nisi
aliqui pauci in comparatione temporis et adhuc plures eorum
hoc faciebant in monte e [illegible]. sic in conspectu meo ma
gnificatus sum in eis. i. magno apparebis. ut cognos
cant te per actum hoc et debitum cultum. sicut et
nos. [illegible]. Innova signa. hic orat pro genti
bus obstinatis in ydolatria dispendentibus cultum
tuum reducendis et punitis pro iudeis detentis apud
eos liberandis, et hoc orat non ex zelo uindicte
sed ex zelo diuine iustitie. d. innoua signa quibus egip
tios obstinatos flagellasti renoua super obstinatos
in ydolatria. et immuta mirabilia. una plaga post ali
am inducendo sicut fecisti in egypto. glorifica manum
tuam iustitie super eos. et brachium dextrum. i. dex
teram clementie tue super nos. excita furorem. i. pu
nitionis eorum grauitatem. et effunde iram. i. eius mul
tiplicitatem. hoc n. importat nomen effusionis. extolle ad
uersarium. i. ex iure tolle eum. festina tempus. sue pu
nitionis et nostre liberationis. et memento finis. apud
hebreos dicebatur et adhuc dicitur apud modernos
aduentum messie. unde dicit Ra. sa. super zacharia
quod similiter prophete non sunt locuti nisi ad dies messie
ita quod eorum ubi ad aduentum messie sicut ad finem
sunt ordinata et expectabant. n. iudei et adhuc ex
pectant modernum in aduentu messie a seruitute gen
tium liberari et si auctor huius libri qui longo tempore pre
cessit aduentum christi eadem sensit, non est mirum. quod discipuli
christi post resurrectionem querebant ab eo si tunc restitueret regnum
iudeorum, ut patet acti primo. et enarrent mirabilia tua
liberationis ab ydolatria potentia. Ira flamme come
datur deuoretur. in futuro. qui saluatur. i. non punit
in punitione ydolatris. et qui pessimant plebem tuam.
i. pessime tractant. inueniant perditionem eternam. contere
caput principum et inimicorum. i. ipsorum qui illi donum
dicentium. ex magna superbia et infidelitate. non est ali
us deus preter nos. Sic. n. dicebat nabuchodonosor ex ali
tione quia precepit omnes deos terre exterminari ut
solus deus diceretur iudith. 3. et senacherib consili
loquebatur. e. 18. Vel aliter. non est alius preter nos. s.
populus alicuius ualoris aut momenti. congrega omnes tri
bus iacob. que ex tunc erant multum disperse per terras et
regna. et cognoscant quia non est deus nisi tu. s. inter. ut
narrent magnalia tua. de liberatione sua. et here
ditabis eos in initio. i. hereditas. hebrei. n. non hunc
modum optant. sed per eo ultime finitimo iudium inimici
Sicut ab initio. qui terram promissionis intrauit tem
pore iosue. Scienudum autem quod congregatio filiorum israel
plus promissa intelligit de uenire ad fidem christi
secundum dies, sicut quod declarat beatus iohannes euangelista in e
uangelio suo xi. ca. quod christus mortuus erat non tantum pro gente
s. iudeorum sed ut filios dei qui erant dispersi per mundum sub
diuersis cultibus ydolorum congregaret in unum. i. in unam
eciam ex iudeis et gentibus congregatam sicut dicit
saluator. ioh. x. alias oues habeo que non sunt ex hoc
ouili et illas oportet me adducere et uocem meam audient
et fiet unum ouile et unus pastor. ¶ Utrum autem scriptor
huius libri hoc prophetice cognouerit uel non ignoro. sal
uo tamen meliori iudicio probabilius in uidetur quod non
cognouerit. Tum quia nec a iudeis nec a grecis
nec latinis reponitur inter prophetas. tum quia iudei cre
dentes in christum post eius resurrectionem ascensionem ad celos et
spiritus sancti missionem in die penthecostes, mira
bantur de hoc quod gratia spiritus sancti dabatur gentibus
sicut et ipsis act. x. et xi. ¶ Ex quo uidetur quod adhuc
ignorabant unam ecclesiam ex iudeis et gentibus fo
re constituendam. propter quod magis uidetur esse sen
dum quod actor iste orabat pro congregatione iudeorum
in iudea per reditum ipsorum de terris in quibus erant
dispersi et imprimis detenti. ¶ Miserere. postquam ora
uit pro iudeis et gentibus generaliter. hic orat
pro iudeis specialiter. d. miserere plebi tue. quam elegisti
a ceteris in datione legis. super quam inuocatum est
nomen tuum. licet n. dicantur dei omnium. specialiter tamen uno mo iu
deorum eo quod erat nasciturus ex eis [illegible]. Vel aliter
super quem inuocatum est nomen tuum. quia gentes ydola
inuocabant ad suum auxilium. hebrei uero deum uerum.
et israel quem coequasti primogenito tuo. nomine enim pri
mogeniti tuum exo. 4. miserere ciuitati sanctificationis tue
ierusalem. que dicitur ciuitas sanctificationis eius eo quod ibi uo
cabatur nomen domini. ciuitati requiei tue. nam ibi erat
templum in quo dicebatur deus habitare modo speciali.
reple syon inenarrabilibus uirtutibus tuis. quod fuit
impletum christo ibi miracula faciente ut habetur in euangelio
et spiritum sanctum mittente super apostolos alios quod discipu
los ut dicit ieronimus in epistola ad paulinum. et gloria tua. resu
matur reple populum tuum quod fuit impletum in oblatione
christi in templum sicut predixerat aggeus propheta. ueniet
desideratus cunctis gentibus et replebo domum istam glo
ria. licet. n. auctor iste et alii iudei ignorarent modum
implendi misterium christi quantum ad conditiones predictas
tamen credebant in quodam generali quod multa mira
bilia in ad
uentu messie fierent in iudea et sic orabat iste de
eorum impletione. da testimonium. quia ab initio elec
to populo israel. creature tue. sunt speciales filii israel quod fuit
impletum quando in humana natura inter eos existens et de ipso
nato sicut mane faciebat miracula sua deitate testi
ficantia et quod erat uerus christus promisso in lege et prophetis
ioh. 5. opera que ego facio testimonium perhibent de
me. et suscita. per impletionem. predicationes quas locuti sunt
in nomine tuo prophete priores. qui aduentum christi prima
uerunt per modum deprecationis. ysa. 16. Emitte agnum
domine dominatorem terre et in multis aliis locis dicunt prophete
similia. da mercede sustinentibus te. i. expectantibus
tuam redemptionem in aduentu messie. ut prophete tu
fideles inueniantur in impletione eorum que predixerunt
secundum benedictionem aaron da populo tuo. que benedictio
continetur num. 6. ubi dicitur loquere aaron et filiis eius
sic benedicens filiis israel et dicens eis benedicat tibi
dominus et custodiat te ostendat deus faciem suam tibi et
misereatur tui. Conuertat dominus uultum suum ad te et det
tibi pacem. et dirige nos in uiam iustitie. per lumen
tue gratie tam nos. quia tu es deus inspector seculorum
intuens principaliter non solum presentia sed etiam prete
rita et futura. non eternitas que nescit est diuine cog
nitionis ambit omnia tempora. ¶ Omnem escam. hic ita
predicta infert quedam correlaria. nam ea quod posi
ta sunt de bono sancti actionum et platorum indigent
nimio discretione, propter quod ponit hic quedam discre
tionis impedimenta ut caueant. sed quedam iuuamenta
ut teneant ca. 36. ibi. sed tamen uiro sancto
impedimenta uero sunt quinque. s. indulgere de effectu. a
more uxoris excessiuus. uagus discursus. amicus ficto
et malo consiliarius et secundum hoc diuiditur in quinque
partes que patebunt prosequendo. Circa primam primo po
nit indulgere deffectum in uno uiro dicitur. omnem escam
manducabit uenter. s. famelicus, propter possessionem
famis non distinguens cibum utilem a nociuo quando uis
sit ubi distinguendo. sed solidum. et est cibus cibo melior.
q. d. aliquis est assumendus et alius reiciendus. faux
ces famelici contingunt cibum. ipsum assumendo sed
non masticant sufficienter. quod causatur sine de
bita masticatione et platione. et cor insipiens ci
ba mediata. statim recipit sine discretione uero
uirum a falsis. cor prauum. quod dicitur est quod inspiratum dabit
tibi suam. i. orationem tristitie bonis. et homo peri
tus resistet illi. per suam sapientiam. Consequenter ostendit de
fectum indulgere in muliere. d. omnem masculum

excipiet

excipiet mulier · i· gratanter accipiet in partu quia semper vel
let parere masculum et tamen aliquando magis expediret
sibi parere femellam ideo subditur · et est filia melior fili
o ¶ Species · hic ponitur secundum impedimentum quod est
amor uxoris excellentis cum dicitur · species mulieris
exhilarat faciem viri sui · et frequenter leticia
movet eum ideo subditur · et super omnem concupiscentiam
hominis superducet desiderium · i· attrahet cor viri ad dili
gendum ipsam super omnia · etiam aliquando super deum
si est lingua curationis · i· reprehensionis in viro orna
tum excellentem uxoris vel levem eius modum · et mi
tigationis · si videat eum turbatum statim ei blandien
do · sicut dicitur · iii· esdre · iiii· si arrisit ei ridet · nam si in
dignata fuit ei blanditur donec reconcilietur in gratiam
non est vir illius secundum hominem · i· virilis et discretus · sed mol
lis et infatuatus · iii· esdre · iiii· multi de mentes facti sunt
propter uxores suas · et quia contrarium est de bona uxore
subditur · qui possidet tamquam dominus mulierem bonam · i· hu
milem et modestam · inchoat possessionem · i· incipit esse
dives · etiam si non haberet amplius · adiutorium secundum
illum est · i· secundum voluntatem viri ad bona procuranda
et columpna · ad sustentationem domus cum viro · et requies
nam pacifica est cum viro et familia · ubi non est
sepes · id est · patet ad furtum · et ubi non est mulier bona inge
miscit egenus · quia negatur sibi elemosina · mu
lieres enim sunt communiter viris misericordiores ¶ Cui cre
ditur · hic ponitur tercium distinctionis impedimentum quod est
discursio vagus cum dicitur · qui credit non habet nidum · i· sta
bilem mansionem · q· d· non credit alicui sapienti propter
hoc quod deficit in discretione boni et mali · et deflectens
ubicumque obscuraverit · i· diutens ubi latere poterit
quasi succinctus latro · i· paratus ad male faciendum · exili
ens de civitate in civitatem · i· vagus et profugus super
terram sicut cayn gen · iiii· et per consequens maledictus a domino ·

Omnis XXXVII

amicus · hic ponitur quartum
impedimentum proveniens ex amicitie fic
tione · ex qua frequenter homines circumdati sunt
et in factis suis impediuntur · dicit igitur · omnis amicus di
cet · tam verus quam fictus · et ego amicitiam copulavi · i· fir
miter statui · hoc magis dicit fictus quam verus qui diligit
facto · fictus vero verbo · ideo subditur · sed est amicus solo nomine
amicus · et non re · nonne tristicia inest usque ad mortem
ex tali amicitia · q· d· sic quia nulla pestis efficacior
ad nocendum quam familiaris inimicus · Sodalis autem · i· socius
mense et dicitur a sede quasi sedalis quia sedet cum alio in men
sa · et amicus · fictus · ad inimicitiam convertetur · frequenter
enim contingit quod simul sedentes in mensa ante quam rece
dant ad invicem rixantur et pugnant · o presumptio ne
quissima unde creata es · q· d· a nullo · nam omnis creatura
bona est et a deo · peccatum autem est deffectus nec habet
causam per se positivam · dyonisius · iiii· capitulo de divinis nominibus
· non nullo intendens ad malum operatur cooperire amicitie
simulatione · arida malicia · i· sine humore boni · soda
lis amico coniocundabit in oblectatione · i· prosperitatis
tempore · et in tempore tribulationis erit · deffi[ciens] [?]
quam fingebat se amare · Sodalis amico condolet · i· si
mulat condolere · in eius fatuitate · in ventris · i· comes
tionibus · i· si hoc aliquando facit ex gula et non ex ura
... et contrarium inducit de vero amico · d· non ob
liviscaris amici tui veri in animo tuo · ita quod non diligas
eum tantum opere · sed etiam corde et opere · propter quod subditur
et non immemor sis illius in operibus tuis · sed diligas eum in
effectu ¶ Noli consiliari · hic ponitur quintum impedi
mentum discretionis quod est malum consilium · Et primo agit
de consilio malo per fraudulentiam · secundo per ignorantiam · ubi
tamen aliam ibi cum viro · Circa primum dicit · noli consilia

ri cum socero tuo · s· de hiis que pertinent ad restrictionem
uxoris tue quia semper stabit pro filia sua contra te ad minus
ex carnali affectione · et a zelantibus te · i· invidentibus
tibi · absconde consilium · ne illud revelent ex invidi
a vel impediant · omnis consiliarius · infidelis · prodit consilium
· i· apponet sibi spe illius qui querit consilium · sed est consiliarius
in semet ipso · i· intendens propriam utilitatem et non illi
cui dat consilium · et hoc frequenter contingit in consiliari
is principum et prelatorum ideo subditur · a consiliario · s· infide
li · serva animam tuam · i· caveas tibi · prius scito · per diligen
tem inquisitionem · que sit illius necessitas · quia si ad illam
dirigit suum consilium signum est quod non consulit pro te sed pro
se ideo subditur · et quid ipse in animo suo cogitabit · s· de sibi
veniendo sue necessitati · et non tibi · ideo subditur · ne forte
mittat sudem in terram · consulens tibi aliquid periculosum
et dicit tibi · bona est via tua · mittens te ad prosequendum
suum consilium in opere · et stet contrario corde videre quid tibi
eveniat · ut per hoc habeat intentum si possit ¶ Cum viro
hic consequenter agit de consilio malo per ignorantiam · et aliquas
alias causas dicit · cum viro irreligioso tracta de sancti
tate · ironice loquitur · et est sensus positivus · q· d· male consulet
tibi · et cum iniusto de iusticia · similis est locutio ut pa
tebit ex fine huius partis · et cum muliere de hiis quam emula
tur et odit · q· d· mulier consulet · cum timido · de bello quia
numquam vellet bellum videre · cum negociatore de trainec
tione · i· de mercium transportatione ad forum qui vellet quod
nullo haberet ibi merces nisi ipse ut carius venderet · cum
emptore de venditione · i· de precio rei vendende qui semper quantum pot
minuit precium iustum · cum viro livido · i· invido de gratiis
agendis · i· de dando aliis gratis qui semper hoc impedit · similiter
quod sequitur · cum impio · etc · usque ibi · cum operario agra
rio · qui non facit nisi de opere rurali · de omni opere · ut de mi
litie studio · etc · huius · cum operario annuali · i· conduc
to ad annum · de consumatione anni · i· de opere consumando
infra annum qui diceret infra duos annos hoc non posse fi
eri quod posset tamen in medietate anni · cum servo pigro · ad op
andum · de multa operatione · quam semper refugit et sic ma
le consulit · ideo de omnibus predictis concluditur · non attendas
hiis in omni consilio ¶ Sed cum viro sancto · Remotis impe
dimentis discretionis · hic ponuntur eius promotiva · et
ponuntur hic · iiii· s· consilii sanitas · ubi veritas · sapientie
claritas · repressa sensualitas inter que primo ponitur con
silii sanitas ut fiat quedam continuatio ad immediate predictum
cum dicitur · sed cum viro sancto · i· in bonitate stabili et fir
mo · assiduus esto · cum eo morando et de tuis factis trac
tando · quemcumque cognoveris · per opera observantem timorem dei
ne transgrediatur · eius mandata · cuius anima est secundum animam
tuam · i· qui diligit te sicut se ipsum et econtrario · de talibus enim
dicitur quod sunt unum cor et una anima · quicumque titubaverit in
tenebris · ignorantie vel culpe · non condolebit tibi · ve
raciter nec ex corde · nec tibi per consequens bene consulet in tua
necessitate · et cor boni consilii · i· voluntatem ipsum sequendi · sta
tue tecum · firmiter · non est tibi · enim · aliud plus illo · i· me
lius · et quis possit tale consilium dare subditur · anima
viri sancti enunciat aliquando vera · etc · est enim ideo eleva
ta et per consequens ab eo illuminata ad enunciandum veritatem · be
ne precipue quia deus est principalis actor directionis humane
subditur et in hiis omnibus deprecare altissimum etc ¶ Ante
omnia · hic ponitur secundum discretionis promotivum · quod est vi
veritas cum dicitur · ante omnia opera verbum verax precedat
te · in promissis et responsis · et ante omnem actum consi
lium stabile · s· sapientum et sacre scripture · verbum nequam
quod est verbum mendax · immutabit cor · de bono in malum
ex quo · s· corde partes quatuor oriuntur sicut rivuli
a fonte · bonum et malum · de genere · et vita · genere et mors
culpe · vita tamen genere non procedit ab eo sed dispositive · sed
a deo effective · mors vero culpe econtrario sic procedit
a corde humano quod nullo modo est effective a deo · ut dic
tum est supra · iiii· etc · et dominatrix illorum est assidua lin

lingua .i. assiduitas bone monitionis que reprimit ma
lum ex genere et amouet morem culpe promouet a
utem bonum de genere et uitam gratie. io sequitur. Vir peritus
in sacra scriptura. et iniquitas sue suauis est. per augmentum
tamen mali. qui sophistice loquitur .i. deceptorie. odibilis
est deo et hominibus. in omni re defraudabitur. quia sibi plus
nocet quam aliis. non enim est illi a domino gratia data naturaliter
et utiliter loquendi. omni enim sapientia uera defraudatus est
licet aliquando ab insipientibus sapiens uideatur. Est sa
piens. hic ponitur tercium discretionis promotiuum. quod est
sapientie claritas. unde dicitur. est sapiens anime sue sapiens .i. ille
uere sapiens est qui primo cogitat de salute anime sue
quia caritas est ordinata. et fructus sensus illius .i. sapientie lau
dabilis. coram deo et angelis et quia bonum est sui ipsius
diffusiuum sequitur. Vir sapiens plebem suam erudit de sa
lute anime sue. et fructus sensus illius .i. doctrine eius fideles
sunt .i. digni fide. tamen quia a uirtute prima procedunt qui
a ad ipsam finaliter dirigunt. Vir sapiens implebitur
benedictionibus dei. et hominum. nam deus multiplicat illi
sua dona et homines ipsum amant secundum bona. io sequitur. et vi
dentes laudabunt illum. quoniam talis laus non est horaria
sed diuturna. uita uiri in numero dierum .i. breuis est quia
dies eius pertransiunt facilius nimium. dies autem israel innumerabi
les sunt .i. diuturne. licet enim per singulares moriantur
et nascantur secundum successores remanet tamen unitas populi. sicut
in fluuio. aque sunt in continuo fluxu remanet tamen
ydemptitas fluuii. salus in sapientis non solum durat
illi tempore sed transit ad posteros propter quod est diuturna et
maxime in populo suo qui magis nouit eius opera io sequitur
sapiens in populo etc. et post. Fili in uita tua. hic ponitur
quartum discretionis promotiuum quod est passionum sedatio.
unde dicit philosophus. sedendo et quiescendo fit anima
sciens et prudens quia sedatis et quietatis passioni
bus fit clare uidens. sic ergo dicitur. fili in uita tua tempta
animam tuam .i. diligenter considera eius complexionem ex ap
petitiuo procedentem. et si fuerit nequam .i. inclinans ad ma
lum. non des illi potestatem. laxando secundum habenas. sed magis
eam reprime per orationem. non enim omnibus omnia expedi
unt etc. si essent licita de se. nam magis prauis ad ma
lum indigent maiori restrictione etiam ab aliquibus
licitis ne ad illicita procedant ex illis. et non omni
anime omne genus delectationis placet. sed secundum principium
diuersitatem. nam prauo ad auaritiam placet congregatio
pecunie. prauo ad prodigalitatem placet eius effusio
et sic de aliis. et quoniam multa ualde sunt praua sunt ad
concupiscentiam cibi quo cotidie indigemus sub
ditur. noli auidus esse etc. et post et io sequitur. In multis
enim escis. erit infirmitas. ratione sup
fluitatis et auiditatis appropinquabit usque ad co
leram. ipsam commouendo. propter crapulam multi obierunt
quia suffocat uitales uirtutes. qui autem abstinens est adi
ciet uitam .i. prolongabit. nam abstinentia est summa
medicina etc. Capitulum.

HONORA XXXVIII

Honora medicum. Postquam ac
tum est de prelatorum officio. hic consequenter agitur
de honore eis exhibendo quia medici sunt et
populi et deum. et quoniam ex sensibilibus et magis notis
procedendum est ad spiritualia que sunt minus nota et prelatus est
spiritualis medicus io primo agitur de honore medici
corporalis. secundo spiritualis ibi. fili in tua infirmitate. Circa primum
dicitur. honora medicum corporalem propter necessitatem. Et ipsum
enim. et enim illud creauit altissimus non solum in quan
tum est homo sed etiam in quantum medicus. nam deus est actor
principalis artis medicine. io sequitur. ab eo enim est omnis
medela. hic tamen non accipitur creatio proprie que est de ni
chilo sed large. sicut rex dicitur creare qui promouet ad
dignitatem regni. et a rege accipiet donationem. nam

potentes huius seculi communiter sunt magis solliciti de sa
nitate corporali quam spirituali. io sequitur dicitur. Disciplina me
dici .i. ars eius. exaltabit caput illius etc. Altissi
mus de terra creauit medicinam. quia de terre nas
centibus .s. herbis et radicibus et huius conficiuntur me
dicine. et adhoc inducit exemplum dicens. nonne a ligno .i.
per lignum. indulcata est aqua. quasi dicat sic ut patet exodi xv.
ubi dicitur quod dominus ostendit lignum moysi quod cum missis
set in aquas amaras in dulcedinem uerse sunt ad
agnitionem uirtutis illorum peruenit ad experientiam. ex hoc
enim quod talis herba sanauit socratem et platonem et plu
res alios accipitur uniuersale propositio uniuersalis que principium ar
tis et scientie ut dicitur primo methaphisice. et dedit hominibus
scientiam altissimus. nam aliquando reuelat uirtutes her
barum et radicum sine tali experientia. Sicut factum
fuit salomoni .3. Regum .4. et disputauit super lignis a ce
dro que in libano est usque ad ysopum quod egreditur de pa
riete. honorari in mirabilibus suis .i. ut honoretur
ab hominibus propter uirtutes mirabiles quas dedit
creaturis. In his curans medicus mitigabit dolorem
infirmi. et unguentarius .i. apothecarius. faciet ex
terre nascentibus pigmenta suauitatis. nam in talibus
species aromatice frequenter ponuntur. et unctiones conficiet
sanitatis .i. ad conferendum et conseruandum sanitatem
et non consummabuntur opera eius .i. non habebit terminum ef
fectum per ipsum medicum uel apothecarium. nam ad hoc
requiritur actio dei qui est medicus principalis. io sequitur
pax enim dei super faciem terre .i. requies a dolore in
firmitatis est a deo in hominibus qui habitant super terram
Fili. hic consequenter agitur de honore impendendo medi
co spirituali. Et diuiditur in tres partes. secundum tres causas ipsum
honorandi. secunda ponitur ibi. sapientiam scribe. tertia ibi.
tenet creatum. prima in duas .s. in partem principalem et
incidentalem que incipit ibi. fili in mortuum. prima causa
honorandi medicum spiritualem est languis anime que me
lior est corporis sanitate et per consequens prelatus magis est ho
norandus quam medicus corporalis. io dicitur. fili in tua infirmitate
spirituali. non despicias temet ipsum. negligendo quo
rere remedium sicut negligunt aliqui. sed ora dominum
deuote. et ipse curabit te. unguento sue gratie. auerte
a delicto cor tuum et dirige manus tuas .i. opera
tua ad deum. et ab omni delicto munda cor tuum. per ue
ram et puram contritionem. da suauitatem .i. fac ob
lationem deo de speciebus aromaticis quibus conficiebatur
thimiama suauis odoris. et memoriam similagi
nis .i. oblatione farine tritici delicatissime. et im
pingua oblationem. offerendo oleum de lignis oliua
rum purissimum ad continuandas lucernas. et da
locum medico honorando sacerdotem per te orantem. ut
in leuitico ubi agitur de oblationibus uariis pro peccato
semper additur in fine et orabit pro eo sacerdos et dimit
tetur ei. et enim illum dominus creauit .i. ad officium sacer
dotii promouit. et non discedat a te .i. a corde tuo quia
semper debes eum diligere et uenerari quia opera eius
sunt necessaria .s. offerre sacrificia et orare pro peccatis populi.
Est enim tempus etc. quia sine peccatis non transitur presens
uita. ipsi uero dominum deprecabuntur. Ex hoc apparet quod
non loquitur hic de medicis corporalibus qui non curant
infirmos per orationes. sed de sacerdotibus. ut dirigat
requiem eorum. non requiem corporis. sed requiem cor
dis ipsorum quia gaudent de curatione peccatorum. et sanitatem
.s. anime tue propter conuersationem eorum et propter bonitatem ui
te ipsorum propter quam orationes eorum exaudiuntur. Qui delin
quit in conspectu eius qui fecit illum incidet in ma
nus medici .s. spiritualis ad quem pertinet cura delicti
Fili in mortuum. hec est pars incidentalis in qua primo ex
hoc quod induxit ad honorem prelati propter eius excel
lentiam status hic occasionaliter et quasi per oppositum indu
cit ad fletum mortui propter uite presentis desitionem

et sõ in pa mortui loques inducit ad bonũ ibi
memor esto. Circa primũ dicit. fili in mortuũ .i.
sup mortuũ produc lacrimas confessionis. et scdm
iudiciũ contege corpus illius .i. sepeli. propter delaturam
autem eius .i. propter detractionem uitandam ne dicatur contra
te quod odisti uiuentem si non lugeas defunctum. et conso
lare propter tristiciam. ne nimia tristicia tibi noceat. io
sequitur. a tristicia .n. festinat mors. est .n. tristicia
passio mortifera. et cooperit uirtutem .i. suffocat
uirtutem naturalem. et tristicia cordis flectit ceruicem. nam
debilitata uirtute naturali caput flectitur sicut per for
titudinem erigitur. in abductione .i. deuiatione a
bono. permanet tristicia. ita quod non nocet solum corpori
sed etiam anime inducens aliquando ad desperationem et alia mi
ala. et uita inopis scdm cor eius. quia si habet cor gau
dens et uirile est diues. et diues languidus et tristis
dicitur pauper. prouer. xv. est quasi diues cum nichil habeat. et est quasi
pauper cum in multis diuiciis sit. io subditur. ne dederis
in tristicia .s. nimia. cor tuum. propter mortuum. et sub
ditur causa cum dicitur. et memento nouissimorum .i. mortis tue
et omnium aliorum a qua nullus reuertitur ad uitam pre
sentem. io subditur. neque .n. est conuersio. et huic nichil
proderit .i. per afflictionem tuam ipsum mortuum non re uoca
bis. et te ipsum pessimabis. nimio dolore affectus
propter quod dolor de morte amici debet esse moderatus. sic
cum fecit dauid .ii. Re. xii. audita .n. morte filii sui s
rexit ab afflictione luctu dicens. cum adhuc uiueret
puer ieiunaui et fleui. dicebam .n. quis scit si for
te donet eum michi deus et uiuat. nunc autem quia mortuus
est, quare ieiunio numquid potero eum reuocare. amplius ego
uadam magis ad eum. ¶ Memor esto. hic ponitur 3m ma
deus oc.... dictorum ex parte mortui exhortans ad bo
memor esto iudicii mei .i. mortis mee que dicitur iudicium
hominis quia qualis in morte reperitur talis in iudicio putabitur.
Sic .n. erit et tuum. quasi dicat festines operari bonum dum
uiuis quia post mortem non poteris. michi heri .i. de preterito
et tibi hodie .i. in presenti quia nullus habet aliquid certum de fu
in requie mortui .i. in sepulcro eius ubi requiescit corpus
suum. requiescere fac memoriam eius .i. pone aliquid sta
bile ad memoriam eius. unde primo macha. xiii. dicitur quod simon
machabeus sup sepulcrum patris sui et fratrum suorum fecit he
dificium altum uisu, et circumposuit columpnas magnas
et sup columpnas arma ad memoriam sempiternam .s. quod pater
et fratres sui mortui fuissent in exercicio armorum pro def
fensione populi sui. et consolare illum in exitu spiritus sui. di
cendo ei bona uerba de futura uita ad quam transeunt
morientes. ¶ Sapientiam. hic ponitur .2. cum honorandi prelati
siue doctores. nam ad eorum officium non solum pertinet do
cere presentes uerbo. sed etiam absentes et futuros scripto, propter
quod ei dicitur. sapientiam scribe .i. libros sapientiam continentes. in
tempore uacuitatis .i. in tempore quo uacans ab aliis operibus
necessitatis. Alio modo tempore uacuitatis .i. ieiunius a cibo et
potu, quia tunc magis uiget intellectus ad scribendum ardua
de quibus est sapientia. uel aliter. tempore uacuitatis .i. paup
tatis. unde dicit scdm philosophus quod paupertas est sciencie repertrix.
unde uidemus quod a longo tempore religiosi mendicantes plu
ra scripserunt in theologia que est uera sapientia, quam alii, et aliquando
concurrunt iste tres conditiones in eodem scriptore. et qui
minoratur actu .i. se retrahit quantum potest bono modo ab ex
terioribus actibus. sapientiam percipiet. et hic poterit eam
docere uerbo et scripto ¶ Qui tenet. hic ponitur .3. con
ditio honorandi prelati que est sollicitudo ipsius circa re
gimen populi, ad bonum .n. ciuitatis requiritur sollicitudo
de diuersorum artificum artibus suis, sine quarum usu non
posset ciuitas bene stare ut carpentariorum lathomorum
panificum et huiusmodi, et multo fortius requiritur dilige
cia regentis ciuitatem in temporalibus uel spiritualibus. primo
igitur ponitur exemplum de artificibus incipiendo ab agricol
.a. qui tenet aratrum et qui gloriatur in iaculo .i. in uirga

longua in cuius extremitate est stimulo ad pungendum boues
et narratio eius in filiis taurorum .i. in bobus quos frequenter
nominat excitando ad opus. cor suum dabit sollicitudine
apponendo. ad uersandos sulcos. quia fiunt per euersionem
terre cum ferro aratro. uigilia eius in sagina uacca
rum. sollicitus est .n. ut bene impinguentur. Sic omnis faber
.i. carpentarius uel lathomus et huiusmodi qui dicitur generaliter
faber. sed distinguitur per materiam circa quam operatur. ut faber
lignarius. faber ferrarius et sic de aliis. et architectus
.i. principalis operarius ab archos quod est princeps. qui nocte tamquam
diem transigit meditando de nocte que operaturus est in
die. qui sculpit signacula .i. ymagines aliquid signantes
uel representantes. et assiduitas eius qui in opere uari
at picturam. apponendo diuersos colores. cor suum dabit
in similitudinem picture .i. sollicitus erit quod pictura ymagines
assimilentur bene ei quem representant. Sic faber ferra
rius sedens iuxta incudem. dum ferrum calefit. et conside
rans opus ferri. qualiter debeat fieri. uapor ignis ex
urit carnes eius. et tamen ex hoc non dimittit opus. et in
calore fornacis concertatur. carbones apponendo et fol
les mouendo ut ignis fortiter accendatur. uox mallei
.i. martelli. innouat aurem eius .i. innuitur. et contra simi
litudinem uasis oculus eius. attendens ad exemplar ne de
uiat. cor suum dabit in consumationem operum. propter hoc
et uigilia sua ornabit in perfectionem .i. materiam quam dedu
cit ad forme perfectionem. Sic figulus ut patet usque ibi. et
innumera est omnis operatio eius .i. multiplex ualde in uaso et fi
gura. In brachio suo formabit lutum .i. manu propria a bra
chio mota. et ante pedes suos curuabit uirtutem suam
.i. fortiter curuabit se ad mouendum rotam. cor suum dabit
ut consummet linitionem. que fit de plumbo sup lutum appositio
et uigilia sua mundabit fornacem. a lapillis cinibus
et huiusmodi. omnes hi artifices. in manibus suis sperauerunt con
sequi uictum et uestitum per opera manuum suarum. sine his
non edificantur ciuitas. nam eorum artes sunt necessarie ciuitati.
Et non. hic consequenter ostenditur sollicitudo prelati uel rec
toris magis necessaria predictis. et non inhabitabunt. predicti ar
tifices. inter principes et consules ciuitatis neque iambu
labunt ad consilia inter eos. et in ecclesiam .i. sapientium
congregationem. non transilient. quia non sunt ad hoc apti
super sellam iudicis non sedebunt. ad iudicandum. et tes
tamentum iudicii non intelligent .i. sententiam diffinitiuam
In parabolis non inuenientur .i. nescient occulta decla
rare. sed creaturam eui confirmabunt non accipitur hic eui prout
est mensura esse incorruptibilium que ad sui conseruationem
non indigent actibus predictis. sed accipitur pro humana crea
tura que conseruatur per opera artium predictarum que necessaria sunt
ad conseruationem humane uite. et deprecatio illorum in opera
artis. deum .n. orant ut operationes sue procedant bene
accommodantes animas suas. tamen sacerdotum et prelatorum. et
congruentes in lege altissimi quia queritur ab eis de modo
sue salutis, ex quo patet quod sunt ab omnibus predictis

Sapientiam XXXIX

antiquorum. Superius actum est de statu acti
uorum et prelatorum. hic consequenter agitur de statu
contemplatiuorum. Et diuiditur in duas partes, quia primo po
nuntur quedam ad contemplationem preparantia. scdo subditur conte
platoris ma.... .... ad contemplationem ... quatuor it
cetera disponunt .s. acquisitio sapientie. conuersatio inducens
humiliatio intelligentie. et consideratio remuneratoris di
uine. scdm ponitur ibi. adhuc consiliabor. tertium ibi. da
te nomini. quartum ibi. benedictio illius. prima in duas. nam
sapientia dupliciter acquiritur .s. per uiam humanam et diuinam
scda ponitur ibi. cor suum tradet. Circa primum dicitur. sapientiam
antiquorum omnium exquiret sapiens. eorum dicta diligenter
studendo. et que non intelligit ab aliis querendo. et in prophe
tis uacabit. eorum dicta considerando. narrationem

.sic notat iosephus ....

.contemplatio.

uirorum nominatorum in sciis et uirtutibus conseruabit memoriter retinendo. et in uersutias parabolarum .i. uarias et occultas sententias eorum. simul introibit ad intelligendum cum illis qui eas protulerunt. et occulta prouerbiorum exquiret .i. sensus misticos et latentes. et in absconditis parabolarum conuersabitur .i. in sensibus figuratiuis. In medio magnatorum .i. prelatorum ecclesie. ministrabit deo. sicut unus ex illis. et in conspectu presidis apparebit. ad ipsum dirigendum. nam temporalia per spiritualia sunt regenda. In terram alienigenarum transiet gentium. ad augmentum sue sapientie sicut dicit Jeronimus in epistola ad paulinum de appollonio et platone qui cum essent magni philosophi multas terras peragrauerunt ut doctrinam aliorum addisceret. ideo subditur. bona .n. et mala in omnibus temptabit .i. probabit doctrinam ueram et falsam / ueram accipiendo et falsam reiciendo. ¶ Cor suum. hic consequenter ponitur secunda uia sapientiam acquirendi .s. per diuinam infusionem cum dicitur. cor suum tradet. uoluntarie. ad uigilandum diluculo .i. a iuuentute. ad dominum qui fecit illum. ad ipsum intentionem suam dirigens deuote et attente. et in conspectu altissimi deprecabitur. pro sapientie interpretatione/ et quia sicut dicitur sapientie primo. In maliuolam animam non introibit sapientia subditur. et pro delictis suis. emundandis. deprecabitur ut sic ad receptionem diuine sapientie disponatur. Si .n. magnus dominus uoluerit etc. hic ponitur si pro quia. nam oratio exauditur quando est pia pro se et perseuerans. sic autem est in proposito/ ut patet. et ipse repletus spiritu sapientie tamquam ymbres .i. habundanter. mittet eloquia sapientie sue. ad docendum ignorantes. et in oratione confitebitur domino. totum profectum attribuens honori diuino. ipse .s. deus. diriget consilium eius .i. agendis. et disciplinam .i. docendis. et in absconditis suis consiliabitur. obscura sibi clarius reuelando. et ipse .i. a deo illuminatus. palam faciet disciplinam doctrine sue. scilicet reuelatam aliis propalando. et in lege testamenti domini gloriabitur. hec gloria sapientis in lege domini meditari. collaudabunt multi sapientiam eius. non dicit omnes. nam homines mundani ipsum reputant imprudentem / eo quod non querit scientiam lucratiuam. et usque in seculum non delebitur. doctrina sapientie. matthei .6. celum et terra transibunt uerba autem mea non peribunt al. transibunt. non recedet memoria eius .s. sapientis quia per doctrinam ab eo scriptam remanebit inter homines per reditionem premii apud deum/ et nomen eius requiretur in generatione et generationem/ sicut iam a multis generationibus quesitum est augustinus de trinitate et augustinus de ciuitate dei/ et sic de aliis libris ab eo denominatis/ in quibus queritur nomen eius. sapientiam eius enarrabunt gentes auditam ab eis per predicatores. et laudem eius annuntiabit ecclesia .i. congregatio iustorum inuenti quod de aliquibus fit in ecclesia festum. Si permanserit nomen eius .i. si diu uixerit. derelinquet plus quam mille .s. discipulos edoctos/ qui post ipsum poterunt docere. et si requieuerit .i. morte preuentus fuerit proderit illi/ quia citius transibit ad gloriam paradisi/ propter quod etiam paulus desiderabat dissolui. philippensium primo. adhuc consiliabor .i. meditabor. ut enarrem utilia. ad contemplationem. ut furore enim repletus .i. feruore loquendi qui non potest retineri. ieremie .20. factus est sermo domini in corde meo quasi ignis estuans etc. actuum .4. non .n. possumus que uidimus non loqui et que audiuimus. et in uoce exteriori. dicit spiritus meus interior ex cuius uirtute uox interior formatur. obaudite me diuini fructus .i. discipuli uolentes deo fructificare per opera contemplatiue uite. et quasi rosa plantata super riuos aquarum. que est pulcra et munda. nam uita contemplatiua purior est et pulcrior quam uita actiua. ideo signata est per rachel que erat decora facie et uenusto aspectu. actiua uero per lyam que erat lippis oculis gen. 29. quasi libanus odorem suauitatis habete .i. deuotionem coram deo odoriferam. florete flores quasi lilium. per obseruantiam continentie. date odorem bone fame. et frondete in gratiam. per meliorationem uite. et collaudate canticum .i. ipsum ore et corde pronuntiate. et benedicite dominum .i. ipsum dicite bonum. in operibus suis creationis et recreationis. ¶ Date nomini. hic ponitur tertium ad contemplationem dispositiuum quod est humiliatio intelligentie. nam presumentes de suo ingenio ibi deficiunt et humiles proficiunt. matthei .11. abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. ideo subditur. date nomini eius magnificentiam. cogitantes quod excellit in infinitum capacitatem intelligentie. et non solum hoc cogitate. sed etiam confitemini ore. ideo subditur. et confitemini illi etc. opera domini uniuersa ualde bona. plus quam homo possit intelligere qui minime rei non potest omnes proprietates comprehendere/ et hoc maxime facit ad repressionem presumptionis humane/ que credit omnia quamuis ardua posse attingere/ et si dei effectus naturales non potest homo ad plenum comprehendere multominus poterit effectus supernaturales comprehendere de quibus subditur. In uerbo eius stetit aqua sicut congeries lapidum in muro. In transitu .n. maris rubri aque erant filiis israel quasi pro muro a dextris et a sinistris exo. 14. et in sermone oris illius sicut exceptio aquarum in iordane ubi aque steterunt recipientes aquas desuper uenientes in quod ulterius non transibant. iosue .3. quoniam in precepto illius placor fit .s. tempestas in mari cum sibi placuerit. ut patet in ione primo. et non est minoratio .i. defectus. in salute ipsius .i. in saluatione per ipsum facta/ ut patet in ipso. ionas. opera omnis carnis coram illo. omnia .n. occulta preterita et presentia respicit clare et principaliter/ nam eius cognitio mensuratur nunc eternitatis quod complectitur omne tempus. et nichil est mirabile in conspectu eius .i. difficile eius. non est dicere .i. non expedit querere quid est hoc aut quid est illud .i. ad quid ualet hoc uel illud. q.d. ad nichil. sicut dicunt homines fatui de animalibus uenenosis et consimilibus eo quod aliquando nocent homini. simile .n. est ac si aliquis offendat ad securim artificis ac de sua plagatione dicat eam non solum esse utilem sed etiam malam. cum tamen sit ad bonum ordinata/ et sic utitur ea carpentator. deus autem omnia bona instituit et ad bonum utitur omnibus creaturis. omnia .n. in tempore suo querentur. sicut serpens aliquando queritur a medico ut eius carnibus utatur ad curationem leprosi/ et bufo ut habeatur lapis preciosus inde nutritus. ¶ Benedictio illius. hic ponitur quartum ad contemplationem dispositiuum/ et secundo declarat quoddam dictum ibi. Sunt spiritus. tertio infert correlarium ibi propterea ab initio. quartum dispositiuum ad contemplationem est contemplatio remuneratoris diuine que accedentibus ad deum per contemplationem reddit premium. recedentibus penam. nam illi bene utuntur creaturis/ et hoc est quod dicitur. et benedictio illius .s. dei. quasi fluuius inundabit. super querentes eum in contemplatione. et sicut cataclismus .i. diluuium. terram inebriauit .i. supra mensuram repleuit. gen. 7. Sic ira ipsius .i. punitio eius. gentes que non exquisierunt eum hereditabit .i. perpetuo tenebit. qui conuertit aquas in siccitatem exo. 14. ubi dicitur. filii autem israel. preterierunt per medium sicci maris etc. et uie illius .i. ab eo facte. uiis illorum directe sunt. nam per illas filii israel transierunt directe. sic peccatoribus offensiones in ira eius. nam aque occurrerunt egypciis submergentes eos ut dicitur ibidem. bona bonis creata sunt ab initio. quia bene utuntur eis. sic nequissimis bona et mala .i. illa que sunt bona de natura sua facta sunt ab eis nociua/ propter suum abusum/ et que sunt illa subditur. Initium necessarie rei uite hominum tamen post lapsum aqua. ad se lauandum et ad farinam commiscendam et cetera necessaria. ignis ad coquendum cibum. ferrum. ad habendum instrumenta diuersarum artium. sal. pro condimento ciborum. et lac. pro nutritione paruulorum. et panis similagineus .i. de simila factus pro sustentatione adultorum. et mel. pro confectione medicinarum. et botrus uue. ad exprimendum inde potum. et oleum. pro lucernis et condimento potagiorum. et uestimentum. contra intemperiem aeris et turpitudinem contegendum. hec omnia etc. quia homines bene utuntur. ¶ Sunt spiritus. hic declarat quoddam dictum. dictum est enim in parte immediate precedente/ quod ira dei gentes que non exquisierunt eum hereditabit .i. in perpetuum tenebit

Ideo declarat hic quoniam hoc erit. et primo pro creatura spiritualem cum dicit. sunt spiritus maligni. qui ad vindictam .i. penam. creati sunt. Sciendum tamen quod omnes angeli creati fuerunt boni et beatitudinis capaces si stetissent. sed aliqui peccantes sua voluntate deffecti facti sunt mali. et sic ad penam sustinendam deputati ex ordinatione divine iusticie que non permittit decorem culpe sine decore iusticie. et ex cuius per eandem iusticiam deputati sunt ad affligendum homines peccatores. ut qui fuerunt eis voluntarie subiecti in culpa. eis involuntarie subiciantur in pena. et sic accipitur hic. Creati ad vindictam. large. modo sicut frequenter accipitur in hoc libro .i. deputati ad penam dicto modo. et in furore suo. quo rebellaverunt deo. confirmaverunt tormenta sua nam sicut peccatum eorum est irremediabile. sic et tormentum infinitum. et in tempore consumationis mundi. effundent virtutem. ad affligendum dampnatos qui cum eis retrudentur in inferno. nam usque tunc habitabunt spiritus maligni saltem multi in hoc aere caliginoso ad exercitium bonorum. et furorem eius qui fecit illos .i. vindictam a deo dispositam contra peccatores. confundent. et requiescere perfectam nolunt quod ordinatum est a deo iuste. hoc importat vox confusionis. Ignis. hic autem declaratur pena dampnatorum per creaturam corporalem cum dicit. ignis grando etc. ad vindictam creata sunt. omnis creatura corporalis a deo bona creata est et ad bonum hominis ordinata. quod autem de ipsa vertitur ad punitionem malorum. hoc ex culpa et presumptione lapsi humani. et ideo creatio accipitur hic large pro tali deputatione. Sciendum etiam quod post iudicium quia cessabit generatio et corruptio elementorum non erit aliqua corporum in corpora humana. propter quod de corporalibus hic positis ad afflictionem dampnatorum erit ibi tantum ignis formaliter. Cetera vero virtualiter in quantum pena gehenne continebit in se eminenter quicquid afflictionis continetur in illis. In mandatis eius .i. qui domini voluerit. epulabuntur .i. devorabunt ipsos ipsos affligendo. super terram in iusticie preparabuntur .i. quando dominus iusserit cum mandatum eius implevit. et dicitur. super terram. quia ignis conflagrationis purgabit omnia que sunt super terram. et peracto iudicio involvet dampnatos retrudens eos in infernum. et in temporibus suis. a deo dispositis non preterient verbum eius cum afflictione dampnatorum. Propterea. hic ex dictis actor infert correlarium in persona propria dicens. propterea .i. quia premissorum pro cognitione erit securissima ab initio quo intellexi ista. confirmatus sum .i. firmiter statui vitare quantum possem peccata. et consiliatus sum. hoc idem aliis persuadendo. et cogitavi et scripta dimisi ad docendum de preteritis et sequentibus abientes et futuros. omnia opera domini bona. formaliter et ad bonum ordinata. ideo subditur. et omne opus. divinum. hora sua subministrabit .i. tempore suo fuerit deo in aliquibus. nam omnibus utitur ad gloriam suam et electorum. non est dicere. in operibus divinis. hoc illo nequius est. quia nullum est nequam in quantum a deo est. omnia .n. in tempore suo comprobabuntur .i. manifestabuntur. scilicet in finali iudicio. et nunc .i. tempore mercedis. in omni corde .i. toto intellectu et affectu collaudate et benedicite dominum nomen. intelligendum cum omne bonum quod de ipso presto dici et cogitari.

Occupatio XLI

magna. Postquam positum est ad contemplationem dispositiva. hic autem ponitur contemplationis scientia que duplex est. scilicet humana miseria ut contemplans se humiliet. unde ezechieli divina sublimitate contemplanti dicebatur. fili hominis. ad recordationem sue fragilitatis. et divina excellentia ut contemplans quantum possit ipsum magnificet. secundo ponitur ibi. o mors. ut contemplans quantum possit ipsum in duas secundum duplicem hominis miseriam. unam in vite progressu. alteram in egressu. secundo ponitur ibi. o mors. etc. quia primo ponitur vite presentis miseria. secundo ad eius re

levationem divina gratia ibi. gratia sicut paradisus. Est .n. modus actoris huius libri tractare de oppositis iuxta se invicem ut magis elucescant. sicut frequenter patuit in precedentibus. prima adhuc in duas quia primo ponitur hominis miseria communis ibi. furor et zelus. Circa primum dicit. occupatio magna .i. sollicitudo communis miserias presentis vite. scilicet famis sitis frigoris et huiusmodi. creata est .i. superinducta. omnibus hominibus. Sciendum quod homo a prima creatione factus est potens non mori per donum originalis iusticie. et per omnes liber ab omnibus istis miseriis. sed ipso peccante iuste subtractum est ab eo donum originalis iusticie. et sic subiectus est miseriis et penalitatibus huius vite. et iugum grave .i. gravis labor quem oportet sustinere ad providendum sibi et proli et familie de necessariis huius vite. a die exitus de ventre matris eorum. unde exeunt nudi et lugentes usque in diem sepulture in matrem omnium .i. in terram ad quam revertuntur in anxietate et miditate. cogitationes eorum de agendis eos torquentes. et timores cordis. de malis futuris ipsum affligentes. adinventiones expectationis .i. fictiones maiorum malorum de futuro quod sit ventura quia sicut dicit sapientia. semper presumit seva perturbata conscientia. homo .n. in timore positus ex sonitu foliorum ymaginatur adesse hostes suos. et diei finitionis .i. mortis quam prognosticatio est tanta afflictionis a presidente. super sedem gloriosam .i. prelato doctore et iudice magno. usque ad humiliatum in terram et cinerem .i. hominem totaliter deiectum. ab eo qui utitur iacincto .i. firis vestibus. et portante coronam .i. rege magno. usque ad eum qui operitur lino crudo .i. vili facto. furor. hic autem ponitur miseria acta ex hominis malicia et primo mentalis. secundo corporalis ibi. ad hec mors. Circa primum dicit. furor .i. ira excellentia. zelus. invidia. tumultus cogitationum eorum multiplicitatem importantium. fluctuatio .idest mentis perplexitas. et timor mortis. ubique insidiantis homini. iracundia perseverans nimium et contentio .i. motio litigii. et in tempore refectionis .i. quietis in cubili. sompnus noctis immutat scientiam eius. disponens omnium eius quod facere cogitaverat. ideo dicit communiter nox habet consilium. ex quo sequitur inquietatio. propter quod sequitur. modicum tanquam nichil in requie. quod .n. modicum est tanquam nichil computatur ut dicit .2. phisicorum. et ab eo in sompnis quasi in die respectus. nam fiunt ei sompnia de his que viderat in die. eo quod fiunt per fantasmata que remanent ab eventibus sensibilibus ut dicit .2. de anima. conturbatus est in visu. cordis sui per sompnia terribilia. tanquam qui evasit in die belli. per totam .n. illam diem remanet trepidus et anxius de periculo in quo fuit. et timet insequi ab hostibus. In tempore salutis sue .i. prosperitatis. exurrexit miser homo per superbiam. et admirans etc. Ad intellectum huius litere que videtur involuta considerandum quod admirans dubitat primo methaphisice. Item qui evasit magnum periculum licet tunc timeat ut dictum est. tamen postea tamen sacta passione nichil aut modicum timet predicta specie quod evaderet sicut antea. et hoc est quod dicit hic et admirans etc. iungatur tamen sic litera. et ad nullum timorem .i. ad nullum terribile. cum omni carne ab homine usque ad pecus .i. sive illud terribile sit homo quicumque sive bestia admirans. quia per suam superbiam non timet hominem vel bestiam. et super peccatores. sic per superbiam obstinatos. septuplum .i. gravis punitio veniet. Sicut dicit gen. 4. qui occiderit caym septuplum punietur .i. graviter. Ad hec. hic autem ponitur miseria sive pena corporis quam dicit considerare contemplativus. et primo in propriis corporalibus cum dicit. ad hec .i. preter predicta. mors violenta. sanguis .i. plagatio. contentio pro iure dura. et rumphea .i. gladius. oppressiones tyrannorum. fames pro subtractione ciborum. et contritio carnium. et vinculorum. et flagella magnorum

sup iniquos · creata sunt hec omnia · nã frequenter p[ro]p[ter] suos ini
quitatib[us] sic puniunt[ur] · et p[ro]pter illos factũ ẽ cataclismũ
· i · diluuiũ · ut pꝫ gen · 6 · Cetera patent · ¶ Ome munus
hic 2° ponit penã iniquor[um] in bonis t[em]p[or]alib[us] cũ dicit · oẽ
munus · datum p[ro] subu[er]sione iustitie · et iniquitas · p[ro]pter mu
nus factã · delebit[ur] · i · datores munerum et subuersores
iustitie p[ro]pter munera delebunt[ur] de p[ri]ma uita · ita q[uod] n[on]
apparebit de possessionib[us] eor[um] et pompa · sicut i deletis
tabulis nil apparet · et fides · i · fidelitas uirtuosorum · i[n] s[ecu]l[u]m
stabit · in suo effectu · substantie iniustorum · i · diuitie eorum
sicut fluuius siccabuntur · accipit[ur] hic fluuius p[ro] torrẽ
te qui subito intumescit ex niuium dissolutione / et cito
desiccatur · sic iniustor[um] diuitie uelociter acquirunt[ur]
et uelocius frequenter ab eis auferunt[ur] · et sicut tonitru
u[m] magnum i pluuia p[er]sonabit · quod tñ p[ost] pluuiã
cito cessat · sic pompa diuitiarum iniquor[um] cito tollit[ur]
a p[ri]ncipib[us] ex modica occasione · In aperiendo manus su
as · ad accipiendũ male · letabitur iniquus · sic p[re]ua
ricatores diuinor[um] mãdator[um] i consumatione tabescent
quia frequenter cũ credunt ee securi subito deficiunt · sicut
pꝫ luce · 12 · de illo qui dicebat aĩe sue · habes multa bo
na reposita i multos ãnos · quiesce · comede bibe epula
re · dictum ẽ aut[em] ei · stulte hoc nocte repetent aĩam tu
am a te · ¶ Nepotes · hic tertio ponit iniquor[um] penã
i suis successorib[us] cum dicit · nepotes impior[um] nõ multipli
cabunt ramos · i · filios · q · d · eorũ p[ro]genies nõ diu du
rabit · et radices inmũde · i · parentes eor[um] ex quib[us] orti
sunt · super cacumine petre sonant · i · sicut arbor plãtata
sup petras · nam figit ibi firmit[er] radices p[ro]pter q[uod] cito
cadit super petras sonitũ faciẽdo · sic frequenter iniq[ui] di
uites cadunt cũ sonitu magno · nã ex hoc eoru multi lo
quunt[ur] ad inuicem cogaudẽdo · In hoc etiã inducit aliud
exemplum cum dicit · super omnem aquã · etiam stagnalẽ · uiridi
tas · i · herba uiridis · crescit · et accipitur hic super
p[ro] iuxta quia crescit in ripis p[ro]pter humiditatẽ terre
· sicut dicit pariesius est sup lectum · i · iuxta · et ad orã
fluminis similiter crescit eadem rõne · ante omne fenum e
uelletur · i · citius et facilius quia radix ẽ i humido · per
hoc intelligitur q[uod] generatio malor[um] cito deficit · ¶ Grãtia p[ost]
q[uam] actum est de miseria hoiem deprimente · hic consequenter a
gitur de dei gratia ipsum releuante · Et diuidit[ur] i duas p[ar]tes
p[ri]ncipales et incidentales / que incipit ibi · grãtia · Circa
primum ponit multiplex bonũ p[ro]ueniens ex gratia cũ dicit · gratia
sicut paradisus i benedictionib[us] · i · sicut paradisus ẽ locus ame
nus et bonis fructib[us] plenus · sic gratia dei gratiosam facit aĩam
ad dei hitatõem et bonis operib[us] plenam · uita operarii suf
ficientis s[cilicet] · ad acquirendũ s[ibi] uictum et uestitum sium
condulcabit[ur] · p[er] gratiam dei que mitigat suum laborẽ · et
i ea inueniet thesaurum · s[cilicet] glie · cui[us] gratia ẽ arra · filii
hedificatio ciuitatis cõfirmabit nomẽ · s[cilicet] hedificã
tis / sicut nomen romuli confirmatum ẽ i memoria hominũ
ex hedificatione ciuitatis romane · et super hanc fir
mitatem mulier inmaculata · q[ue] p[ro]cedit ex diuina gratia
computabit[ur] · quia firmitas eius stabit ieternum · non
sic aũt ciuitatis hedificium · Vinum et musica letificant
cor · q[uod] pꝫ ad sensum · et sup utraq[ue] dilectio sapie · nam
leticia ex uino et musica causata ẽ i p[ar]te sensitiua / delec
tatio p[ro]ueniens ex sapia ẽ i p[ar]te intellectiua q[ue] ẽ supi
or et melior · unde philosophus ponit felicitatẽ hominis · x · ethi[corum]
i contemplatione sapie · et accipit[ur] hic sapia infusa que ẽ
donum sp[irit]us sancti et sic p[ro]cedit ex gratia · tibia et p
salterium suauẽ faciunt melodiã · quia concordant ad i
uicem · et super utraq[ue] lingua suauis · s[cilicet] doctoris uel
p[re]dicatoris de fide et morib[us] docentis / que similiter sua
uitas ex gratia dei p[ro]cedit · ¶ Grãm · hic ẽ p[ar]s incidental[is]
que diuidit[ur] in duas s[e]c[un]d[u]m duplex incidens · s[e]c[un]da ibi · fi
li in oĩ t[em]p[or]e · Primum ẽ quia tractauit de gratia dei
· hic ex incidenti ponit aliqua que sunt homini gl[ori]osa
· d · gratiam et speciem · i · rem artificialẽ gratiosã et pl[ur]
chrã · desiderabit oculus · nã in hoc delectatur · et
super hoc uirides sationes · magis · n · delectant[ur] uisũ
et confortant / op[er]a · n · nẽ efficacior ẽ ope artis · amicus
et sodalis in t[em]p[or]e conuenientes · sunt ad inuicem delecta
biles · et super utrosq[ue] mulier cum uiro · quia sunt concor
des sunt magis delectabiles · tũ q[uia] sunt una caro · tũ
q[uia] indissolubil[is] p[er] totã uitam suã ẽ eor[um] coniunctio · non
sic aũt sodalium coniunctio / sed frequenter cito dissoluit[ur] · fr[atre]s
i adiutorium mutuum · i t[em]p[or]e tribulationis ẽ ualde gra
tiosum · et super eos mĩa liberabit · a tribulatione
et intelligitur hoc nõ solũ de mĩa dei s[ed] etiã de mĩa ho
minis alicuius · aurũ et argentum · i · diuitie · et constitu[tio]
pedum · i · sanitas cor[poris] p[er] quã homo stat super pedes suos
ista sunt hominib[us] gratiosa · et super utrumq[ue] consiliũ bñ
placitum deo q[uod] ẽ de diuinis mãdatis et consiliis ad
implendis · facultates et uirtutes · corporales · exaltãt
cor · p[er] superbiam · et sup hoc timor dñi · reprimens hanc
exaltationem · non est in tiore dñi filiali · minoratio
· i · defectio boni · et nõ ẽ in eo inquirere adiutorium
· s[cilicet] humani · nã timens dñm p[ro]prie h[abe]t adiutorium di
uinum / p[ro] hoc tñ nõ intelligit[ur] q[uod] contẽpni debeat ad
iutorium humanũ · nã hoc eet temptare deum / s[ed] q[uod] de sp[er]at[ur]
humano subsidio confidendũ sit firmit[er] de diuino · co
ñ[fi]dentiam · timor dñi sicut paradisus benedictionis · ubi enim
ẽ deus ibi ẽ paradisus / sicut roma ubi ẽ papa · hinc est hodie
mentem eius i paradiso · et super omnem gl[ori]am t[em]p[or]alẽ · operuerunt
illum · s[cilicet] benedictiones dei operuerunt timentes dñm · ¶ Fili in
t[em]p[or]e · hic ponitur 2[m] incidens eo q[uod] i p[ar]te imediate precedente
dixit q[uod] in tiore dñi nõ ẽ defectio boni · hic inducit
ad exercitium boni operis quo tollit[ur] egestas sp[iritu]al[is] et
corporal[is] · dicit igitur · fili in t[em]p[or]e uite tue · i · t[em]p[or]e uite p[re]sentis
tibi concesse ad bñ operandum · ne indigeas · i · ne sis oci
osus · nam ad ocium sequit[ur] sp[irit]ual[is] et t[em]p[or]al[is] egestas
uñ q[uod] hic ponitur q[uo]d p[ro]p[ter] ea · melius ẽ eni[m] corporaliter
q[uam] indigere · i · ociosum ee p[ro]p[ter] q[uod] moritur homo sp[irit]ualiter sup[erius]
33 · multam malitiam docuit ociositas · et aliquando corpo
raliter · quia frequenter p[ro]p[ter] ocium homo conuenit ad latrocini
um p[ro]pter q[uod] suspendunt[ur] · uir respiciens i mensã alie[nam]
sicut sunt hystriones et mendicantes ualidi · a bonis
operibus ociosi · non ẽ uita eius i cogitatione uictus · i ·
nõ cogitat aliquid facere unde debeat rõnabiliter
uiuere · illis aũt qui intendunt diuinis obsequiis
et doctrine debetur uictus / de quib[us] dicit saluator · m[a]t[thei] ·
x · dignus ẽ operarius cibo suo · alit · n · aĩam suam
· i · uitam · cibis alienis · hystrio et mendicans ua
lid[us] qui uacui sunt bonis operib[us] · uir aũt disciplina
tus · q[uantum] ad mores · et eruditus · q[uantu]m ad sciam · custodi
et se · ab ociositate · Inerie in uentris · i · pigri et oc
ciosi · conculcabuntur inopia · quia frequenter h[abe]nt p[ar]um ad
comedendum · et i uentre eius ignis ardebit · i · fames ·

O MORS XLI

Postq[uam] actum est de miseria hominis respici
entis statum uite p[rese]ntis · hic consequenter agit[ur]
de miseria eius que respicit statum mortis · utrumq[ue]
uero dicit contẽplatiuus desiderare · et p[ri]mo agit[ur] de mo[r]
te pene · s[ecun]do de morte ibi · disciplinã i pace · p[ri]ma i
duas quia p[ri]mo agit[ur] de morte pene temporal[is] · s[ecun]do
de morte eterne pene ibi · filii abhominationum · Circa
p[ri]mum dicit · O mors q[uam] amara ẽ memoria tua · quia
quisq[ue] cogitat se ee moriturum corporaliter · homini · s[cilicet] i
iusto p[ro]pter q[uod] i aliquib[us] libris in textu ponit[ur] · sunt
tñ p[ri]mo quedam interlinearis glosa / postea textum p[er]
scriptores insertum · pacẽ habenti in substantiis suis · i · i immobilib[us]
diuitiis que non diripiunt[ur] ab aliis · uiro quieto ·
quia nõ molestat[ur] litigiis · et cui[us] uie directe sunt
i omnib[us] t[em]p[or]alib[us] fortuna s[ibi] fauente · et adhuc uale[n]
ti accipere cibum · i · sano corpore et potenti bibere laute

nec mirum si mors est amara tali, quia de paradiso suo terrestri vadit ad infernum. Luce 16 dicitur de divite epulone: mortuus est autem dives et sepultus in inferno. Omnis bonum est iudicium tuum homini et subintelligitur iusto indigenti victu et vestitu. et qui minoratur viribus corporis ex infirmitate. defectio etatis et sic habet duplicem causam debilitatis. et cui de omnibus cura est i. sollicitudo de omnibus mandatis dei adimplendis ut exponunt aliqui. potest tamen magis litteraliter exponi de omnibus necessariis vite querendis sicut lazarus ulceribus plenus querebat refici de micis que cadebant de mensa divitis. et incredibili quia non acquiescit sue petitioni sicut de lazaro dicitur: et nemo illi dabat. qui perdit sapientiam. incipit deperdere ex etate et infirmitate. nimio namque iudicium mortis est isti bonum quia per hoc transit ad requiem beatorum. Luce 16 factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe. ideo sequitur: noli metuere iudicium mortis i. pone te in tali statu ut mortis iudicium sit tibi bonum. et subdit modum: memento qui ante te fuerunt etc. nam ex memoria sanctorum patrum qui precesserunt et primorum iustorum et penarum iniquorum que ventura sunt disponitur homo ad mortis iudicium secure expectandum. et que superveniet tibi de novo amicorum pluribus vel paucorum. in beneplacito altissimi. i. secundum eius voluntatem sufficiat tibi. et ipleas id est in extremo bono et subditur causa. non est enim in inferno accusatio vite. non enim ibi aliquis potest se excusare ibi allegando brevitatem vite quia dicit: deum dedi si diu vixissem multa bona fecisse.

¶ Filii abominationum. hic consequenter agitur de morte eternali pene. et primo sic proponitur. secundo infert conclusionem ibi: cura habe. Circa primum dicit: filii abominationum i. abhominatione digni. sicut primo regum 26 dicit: filii mortis estis vos quia non custodistis dominum vestrum. sunt enim abominabiles in conspectu dei et iustorum. filii peccatorum i. imitatores peccatorum scelerum. et qui conversantur secus domos impiorum. nam imitantur actus ipsorum. ps. 18: cum perverso perverteris. filiorum peccatorum periet hereditas. i. eterna: quia licet sit insufficiens in se, tamen perit ab illo in quantum repellitur ab ea per suis demeritis. et cum semine illorum assiduitas opprobrii. nam eternaliter sunt reprobati. de patre impio queruntur filii. i. conqueruntur in inferno, quoniam propter illum sunt in opprobrio i. dampnati, eo quod male fuerunt informati ab ipso, quibus tamen tenebatur de bono documento. ideo sequitur: ve vobis viri impii. est autem ve comminationis maledictionis eterne. qui dereliquistis legem altissimi per inobedientiam. et si nati fueritis in maledictione etc. i. nativitas vestra facta est ad maledictionem culpe et mors vestra ad maledictionem gehenne. non ex actione nature sed ex defectu peccatoris disciplinae. omnia que de terra sunt in terram convertentur. sicut patet ad litteram. sic impii a maledicto culpe, quod est a diabolo, in perditionem gehenne que est cum diabolo. matthei 25: ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. etc. luctus hominum. rationabiliter viventium. in corpore ipsorum. q. d. si affliguntur hoc est in presenti vita tantum quia diu sunt in hoc mortali corpore. nomen autem impiorum delebitur de libro vite et sic perpetuo cruciabuntur morte gehenne. ¶ Curam habe. hic ex dictis infert conclusionem s. quod homo debet esse multum sollicitus de iustitia conservanda per quam evaditur eternum supplicium et acquiritur premium eternum. et hoc est quod dicit: curam habe de bono nomine. i. de re boni nominis que est iustitia legalis. nam includit omnem virtutem. hoc enim magis permanebit tibi. quia iustitia perpetua est et immortalis. sapientie primo. magis quam mille thesauri temporales qui sunt transitorii. bone vite numerus dierum. i. vita boni brevis est. et cito pertransit dies eius. nam transit. bonum autem nomen. i. iustitia que est res boni nominis. permanebit in

eum. i. eternaliter in perpetuum. ¶ disciplinam. postquam actum est de morte pene. hic consequenter agitur de morte culpe quam salubriter dicit contemplatus considerate. et dividitur in tres partes. nam autor inducit primo ad eius notitiam. secundo ad ipsius erubescentiam ibi: erubescite. tertio ad eius fugam seu cautelam ibi: ne autem. Circa primum dicit: disciplinam mortis conceptam. i. pro tempore peccatoris. conservate filii. memoriter retinendo et vivaciter operando. et subditur ratio: sapientia enim abscondita. i. que non ostenditur in opere et doctrina. et thesaurus etc. q. d. sicut nec prodest temporaliter, sic nec talis sapientia spiritualiter. primo notatur hoc in eo quod abscondit in terra talentum domini sui. matthei 25. ideo sequitur: melior est homo etc. i. nimis mala. verumptamen reveremini vos filii hiis que procedunt de ore meo considerando et retinendo. non est enim bonum omnem reverentiam observare. i. non est bonum discipulo aliquam reverentiam habere ad doctorem eius doctrinam contempnendo vel negligendo. et non omnia doctoris dicta omnibus bene placent in fide. i. licet sint fidei convenientia, tamen eis non placent quia sunt contra opinionem aliorum. q. d. propter tamen huiusmodi disciplinam obedire non debent aliqui reverentiam. ¶ Erubescite. hic consequenter inducit ad culpe erubescentiam. est enim de se turpis et pro omnibus erubescibilis. aliqua tamen culpe sunt specialiter erubescibiles coram aliquibus personis magis quam coram aliis. et hoc est quod dicit: erubescite a patre et a matre de fornicatione. videtur enim ex eorum incontinentia procedere quod plerumque generavit luxuriosum. et a presidente et a potente de mendacio. nec coram illis mentiamini quia punitores sunt mendacii. a principe et a iudice de delicto. quod precepit fieri obmittendo vel eius delictum quod dereliquit. a synagoga et plebe de iniquitate contra deum vel proximum. nam sic efficitur homo infamis in populo. a socio et amico de iniustitia ad quos est iustitia maxime conservanda. et de loco in quo habitas de furto. s. faciendo. nam ibi dicitur homo potentius se fidelitate se habere. de veritate dei et testamento. cuius custodie debet homo erubescere. quia deus videt ubique. de discubitu in panibus. i. a prima sede in mensa alterius habere. Cum vocatus fueris ad nuptias recumbe in novissimo loco etc. prima enim locorum accipere per se ante signum est ambitionis magne. et ab ostensione dati quod sic significatur per te turpiter per ostentationem vel aliqui huiusmodi. et accepti quia accipitur sine gratitudine vel per ingratitudinem. a salutantibus de silentio. quia signum est odii eos non resalutare. a respectu mulieris fornicarie. quia signum est incontinentie. et ab aversione vultus cognati. quia propter paupertatem suam nolendo eum recognoscere quod est manifeste signum superbie. ab omnibus enim istis faciendis debet homo tamquam a turpibus erubescere. ¶ Ne autem. hic consequenter inducit ad culpe fugam seu cautelam. et primo facit hoc de pluribus unus breviter in summa. secundo de uno continentie diuturnius immorando. et ibi: ne zelus. primo adhuc in duas. quia primo inducit ad fugam culpe in factis. secundo in verbis cum ibi. Circa primum dicit: ne avertas faciem a proximo tuo. i. indigenti quod petit denegando. et auferendo partem. i. aliquid de bonis alterius. et non restituendo. i. proximo non restituendo vel supplendo. est enim scriptum: nam peccatum est iustitie non restituere. ne respicias mulierem alienam. viri. eam concupiscendo quia meretrix esses eam in corde tuo. matthei 5. et ne scruteris ancillam eius inquirendo qualiter per eam posses de ipsa domina. et ne steteris ad lectum eius. nam hoc est signum inflammati appetitus.

A b[illegible] XLII

Hic consequenter inducitur ad fugam culpe in verbis et primo in verbis impertinentibus dicit: ab amicis de

sermonibus ipperii · supple chananeorum ipperati reuti inteier sic non solum peccatum est, sed etiam tibi turpe · et cum dederis aliquid alicui · non impreres · quia sic non solum meritum amitteres, sed etiam peccares, prout cotempne dum · secundo de ubis consilii cum dicit · non duplices sermonem audituis etc. i. quod in secreto dictum est tibi non iteres sermone reuelando alteri · et eris sine confusione · i. sine nota proditionis que est in reuelatione secreti · et inuenies gratiam in conspectu hominum omnium · qui reputabunt te fidelem. ¶ Iterum pro his · hic monet ad fugam culpe in ubis et factis coniunctum · et primo proponitur factum · secundo quedam correlatiua concludit ibi super mulierem. Circa primum ponit plura ubi et facta culpabilia de quibus omnibus premittit dicens · ne pro his omnibus confundaris coram deo et hominibus bonis · et ne accipias · et pro idest: ne accipias personam ut delinquas faciendo contra iustitiam distributiuam bonorum uel punitiuam malorum · de lege altissimi et testamento · transgrediendo · de iudicio iustificare impium · quod est iniquum · de uerbis sociorum et uiatorum · quando aliquis socius tuus uel ambulans tecum in uia dixit ex familiaritate aliqua, reuelando in conspectu et pluribus · de datione hereditatis amicorum · i. quod deles amicis dare si detur per te/externis est signum infidelitatis · prima thimo. 5. si quis suorum curam non habet et maxime domesticorum fidem negat et est infideli deterior · de equalitate stature et ponderum · a te non seruata · de acquisitione multorum · pro tua rapina · et paucorum · pro tuam pigritiam · de corruptione emptionis et negotiatorum · pro tuam deceptionem et fraudem · et de multa · i. nimis dura · disciplina filiorum · pro quam efficiuntur fugitiui · et seruo pessimo latus sanguinare · i. usque ad effusionem sanguinis nobilem uerberare · hoc enim est signum crudelitatis nimie · propter quod plato seruum suum delinquentem in primis noluit flagellare · sed eius correctionem commisit alteri, ne ipse modum excederet et noceret de crudelitate etc. In omnibus enim dictis homo faciens eum redditur praedicto modo confusibilis. ¶ Super mulierem · hic ex praedictis infert quedam correlaria · licet enim homo debeat uitare notam confusionis ut dictum est · non tamen propter hoc debet omittere rerum suarum diligentem custodiam · et si propter hoc aliquid irrationabiliter dicat ipsum de aliis nimis diffidentem · et quia inter cetera uxor est magis custodienda dicit: super mulierem nequam · i. lasciuam · uel bona mariti sui dissipantem · bonum est signum · i. clausura bene signata et hoc contra sui contra lasciuiam · et rerum mariti dissipationem et quia non solum cauendum est ab ea sed etiam ab aliis subditur: ubi manus multe sunt ad rapiendum parate · claude res tuas · pro diligentem custodiam · et quodcumque trades familiis tuis numera et appende · i. illi certo numero et pondere trade ut scias eum debitum reddere · dantum uero tuum alteri · et acceptum a te ab altero · omne describe · ut scias cui debeas esse gratus et quis tibi · de disciplina insensati et fatui · qui non est discipline susceptibilis supple absti ne sicut dictum est supra · 22. capitulo ubi non est auditus non effundas sermonem · et de senioribus moribus qui iudicantur ab adolescentibus · supple sis sollicitus et hoc abusio tollatur · et eris eruditus ab omnibus · que pertinent ad morum disciplinam · et probabilis: i. commendabilis in conspectu omnium uiuorum rationabiliter uiuentium. ¶ Filia patris hic agitur de cautela contra luxuriam diuinam insinuando cum dicit: filia patris prudentis · abscondita est in domo ne corrumpatur exeundo sicut digna filia iacob genze · uigilia et sollicitudo eius · i. pro custodia eius · aufert somnum patris custodientis · Cetera patent usque ibi · ne forte commorata cum uiro suo transgrediatur lectum mariti · aut certe sterilis efficiatur propter nimiam frequentiam concubitus · unde et meretrices communes rarissime impregnantur · ideo subdit: super filiam luxuriosam etc. patet usque ibi · et a detractione ciuitatis · i. ne populus ciuitatis detrahat de te dicendo quod filia sua facta est ex deffectu tue custodie · et abiectione plebis etc. i. te faciat abiectum et consilium in medio populi · omni homini noli intendere in specie · i. aspectu sue pulcritudinis delectando, hoc dicit ad cauendum uitium quod est uanum ad quod plurimi erant proni · et in medio mulierum noli commorari · et subditur causa cum dicit · de uestimentis enim procedit tinea · corrumpens ipsa · et a muliere iniquitas uiri · sicut patet in adam dauid et salomone cuius cor per mulieres fuit deprauatum etc. · i. melior est iniquitas uiri · i. minus mala · quam mulier benefaciens · scilicet ad cohabitandum · unde istud refertur ad id quod premittitur · in medio mulierum noli commorari · magis enim periculosum est homini cohabitare cum muliere extranea etiam quam cum uiro iniquo ¶ Memor ero · sicut dictum fuit in principio capituli · 40. duplex est uia contemplationis · scilicet humana miseria ut se humiliet · et excellentia diuina ut deum magnificet · igitur terminata prima · hic consequenter agitur de secunda · excellentia uero diuina a uiatoribus non uidetur in se ipsa · exo · 33. non uidebit me homo et uiuet · sed cognoscitur per suos effectus sapientie · 13 · a magnitudine speciei et creature poterit cognoscibiliter creator eorum uideri · Sic ergo procedit quia primo declaratur per creaturas eius excellentia ibi · multa dicimus · prima in duas quia primo declaratur excellentia dei ex corporibus celestibus · secundo ex elementaribus · 43 · capitulo ibi · uide arcum · prima in tres quia primo declaratur propositum ex proprietate solari · secundo ex proprietate lunari · 43 · capitulo ibi · a luna · tertio a specie stellarum ibi · species celi · Prima adhuc in tres · quia primo de sole dicere incipit · secundo ad magnificandum deum procedit ibi · nonne dominus · tertio propositum de sole resumit in principio 43 · capituli. Circa primum primo modum prefationis dicit · memor ero igitur operum domini per que potest aliqualiter cognosci · et que uidi · id est sic legitur et opera eius magnifica que uidi in sermonibus domini · i. scripturis sacris diuinitus reuelatis · annuntiabo · ut audientes notitiam aliquam habeant de maiestate diuina · sol illuminans per omnia respexit · i. omnia uisibilia fecit nam ab eo illuminantur corpora celestia et terrestria, propter quod dicitur pater luminum uel deorum · 2o de anima · et gloria domini plenum est opus eius · nam potentia gloriosa relucet in solis operibus que sunt illuminare cetera corpora · renouare terram herbis et floribus · terre nascentia foliis et fructibus et sic de aliis ¶ Nonne dominus · hic consequenter procedit ad dei magnificentiam dicens · nonne dominus fecit sanctos suos prophetas · enarrare omnia mirabilia sua eis reuelata · nam tales reuelationes fiunt sanctis ut per eos aliis manifestentur ad gloriam conditoris que confirmabit dominus omnipotens implendo quod predixit per prophetas · stabilis in gloria sua · quasi diceret · licet faciat mutabilia tamen ipse immutabilis est omnino · abyssum · i. profundum · et cor hominum quod est aliis ignotum · inuestigauit · i. perfecte cognouit · et in astutia eorum · i. malitia fraude et uoluntate iniqua · excogitauit · ex illis eliciendo bona · cognouit dominus omnem scientiam · creatam et increatam · et inspexit in signum eius · simul intuens decursum totius mundi · ideo subditur · annuntians que preterierunt et que uentura sunt per moysem enim annuntiauit mundi principium gen. 1. per ipsum et alios prophetas denuntiauit multa futura · ut patet eorum scripturas intuendo · reuelans uestigia occultorum · per similitudines metaphoricas ipsas prophetarum et reuelans misteria figurarum ueteris testamenti · et non preterit illum omnis cogitatus · i. nulla cogitatio hominis angeli demonis latet eum · magnalia sapientie sue decorauit · i. decoram ostendit per decorem suorum effectuum ut solis et lune et stellarum que est ante seculum etc. licet enim effectus diuine sapientie sint temporales ipsa tamen est eterna · neque adiectum est neque minuitur · diuina namque sapientia minui non potest nec augeri quia est infinita · quam desiderabilia omnia opera eius

ad cognoscendum. q. d. valde uc p p humanum desiderium
ad ipa sciendum p[ri]mo metha[phisice]. omnes homines natura scire de
siderant. et tamquam scintilla que est consideranda. i. valde diffi[cile]
est considerare quod hec opera diuina licet sint mirabilia. tamen
non sunt nisi quedam modica scintilla bonitatis et excel
lentie diuine. omnia hec uiuunt et manent in secula.
omnes. n. creature uiuunt in deo quia per modum intelligi[bi]lis
sunt in deo. ideo subditur Ioh. i. quod factum est in ipso uita
erat. s. ab eterno et sic sunt ibi permanentes. et in
omni necessitate. i. quando est utile. omnia obediunt ei. i. effectui quia
creatura obedit creatori. omnia duplicia. hoc apparet sensi
biliter in elementis quorum quodlibet habet duplicem
qualitatem loquendo de qualitatibus actiuis et passiuis.
terra namque frigida est et sicca et per frigiditatem con
uenit cum aqua. et per siccitatem ei opponitur. ideo
subditur. unum contra unum. quia per unam qualitatem ei
contrariatur. similiter est de aqua respectu aeris. quia
aqua frigida est et humida et per humiditatem conuenit
cum aere et per frigiditatem ei contrariatur. Et similiter
est de aere et igne. nam aer calidus est et humidus. et
per caliditatem conuenit cum igne et per humiditatem ei
contrariatur. nam ignis calidus est et siccus. licet autem
in corporibus celestibus non sit contrarietas. quia tamen sunt incor
ruptibilia. tamen est ibi quedam oppositio et conuenientia. con
ueniunt. n. in quantum sunt omnia sperica. et est ibi quedam
oppositio in quantum mouentur ab oriente in occidentem motu di
urno et econtrario ab occidente in orientem motu proprio. et non
fecit ut quicquam deesset. i. non fecit aliquid imperfectum
quia licet perfecta sint opera dei ut dictum est. et unius cuiusque
firmabit bona. quia sicut est amor omnis boni ita et eius
confirmator. ideo sequitur. et quis satiabitur uidens gloriam
eius. i. excellentiam sue maiestatis relucentem in crea
turis. q. d. nullus quia qui magis cognoscit eum
per creaturas tanto magis accenditur ad ipsum amplius
cognoscendum quousque perueniat ad cognoscendum eum fa
cie ad faciem in quo consistit humane cognitionis ter
minus et uera beatitudo. Ioh. xvii. hec est uita eterna
ut cognoscant te solum deum et quem misisti Ihesum Christum.

Altitudinis XLIII

Firmamentum. hic resumit propositum de
sole ad declarationem magnitudinis diuine. d.
altitudinis firmamentum. i. celum sidereum cum speris sub il
lo orbes septem planetarum quod dicitur celum altitudinis eo quod est
altius celo aereo. pulcritudo eius est. effectiue. sol in aspec
tu. quia suo lumine illustrat alia luminaria celi siderei
ideo subditur. species celi in uisione glorie. i. valde gratiosa
et admirabili. nec intelligitur hoc de uisione beata. sed de
uisione solis que est valde pulcra et sic dicitur species celi
sicut nobilior et sapientior ciuis dicitur species et decor ci
uitatis. annuntians in exitu. i. in suo ortu quando exit
de hemisperio nostro. tunc. n. apparent alia luminaria ce
li que non apparebant ante propter presentiam maioris lu
minis ipsius solis et hec apparitio dicitur annuntiatio. Vas
admirabile est ipse sol. quia continet in se uirtua
liter effectus uarios qui fiunt in elementis forma
liter. opus excelsi. quia factus est per creationem que est
opus solius dei. in meridiano exurit terram. quia tunc ma
gis fiunt intensiores calores. et in aspectu ardoris eius quando
recte super terram cadunt radii eius. quis poterit sustinere
quasi dicat nullus homo. nam in zona torrida non possunt
aliqua habitari humanitus quia sol transfert super eam
ideo subditur. fornacem custodiens in operibus. tripli
citer. s. tanto quod in ortu suo per
it capita montium. et diuinus. quia usque ad centralia
quia radiis solis percutiens capita montium
descendens ad profunda uallium. in
dios igneos. non formaliter. sed effectiue. exsufflans.
i. emittens. refulgens radiis suis obcecat oculos
quia non potest conspici ab hominibus omnibus continen
tes. Et ex dictis concluditur magnitudo diuine maies
tatis cum dicitur. magnus dominus qui fecit illum. i. proportio
nabiliter omnem effectum suum cum sit tam equalis.
In sermonibus eius. i. ex ordinatione dei. festinauit iter.
i. cursum suum. nam in una die naturali circuit celum.
Et luna. hic ostendit ex proprietatibus lune declaratur ma
gnitudo potentie diuine cum dicitur. et luna in omnibus.
i. apud omnes gentes. in tempore suo. i. in suo cursu o
stensio temporis tempore. n. certo magis mutatur secundum eius
cursum. unde nouilunium uulgariter dicitur tempus ma
num. et signum eui. i. etatis mundi. quia mundi dura
tio et anni computantur per annos lunares ut ex
posuit aliquis. sed hoc est falsum ut ostendi super domi
nico. et ideo dicitur. signum eui. quia per eius motum nu
merantur menses apud hebreos de quibus fuit actor
iste. duratio uero mundi non solum currit per annos
sed etiam per menses. a luna. supple accipitur. signum diei
festi. s. pasche quod festum celebratur principium ero[tis]
ie. luna primi mensis incipiendo a uespere et festum
conueniens quod apud hebreos celebratur dies in primo
cui licet lunationis. luminare quod minuitur. i
consummatione sui cursus terminatur in coniunctione
cum sole. mensis secundum nomen eius est. nam cum exit a so
le incipit nouus mensis. crescens admirabiliter
in consummatione. i. usque ad plenilunium. uas castrorum
in excelsis. sicut. n. ordo stellarum dicitur militia celi
in pluribus locis ueteris testamenti. ita dicitur hic. castr[orum]
aut ordine sine castris luna post solem tenet locum
principalem. in firmamento celi resplendens. quia ut dicitur
sectio geni. i. sol et luna dicuntur duo luminaria ma
gna. Species celi. hic ostendit ex stellis declarat inne
statem diuine magnitudinis. d. species celi gloria stellarum
i. claritas stellarum est species siue pulcritudo celi. si
cut apparet de nocte serena stellis ornatum. et dicitur hec
claritas gloria. quia gloria a claritate deriuatur quasi quedam
claritas. c. mutatio in g. unde dicit tullius quod gloria est
clara cum laude notitia. mundum illuminans in excel
sis dominus. q. d. licet stelle sint tam pulchre tamen
non sunt colende ut ueneranda quod tamen faciebant aliqui
gentiles. sed solus dominus est colendus qui est principalis
mundi illuminator. nam ab eo procedit claritas solis
et stellarum. In uerbis sancti stabunt ad iudicium. i. stel
le in uerbis dei qui est sancto scilicet creator. cessabunt enim
in tempore iudicii completo numero electorum ad quem finaliter
motus ordinatur. et non deficient usque ad tempus iudicii
in uigiliis suis. i. in excursu sui motus ad consummationem
generationis. Uide arcum. hic ostendit declaratur diuina ma
gnificentia ex his que fiunt in elementis et primo
in aere secundo in aqua ibi. in sermone eius. In prima igitur
plures impressiones notabiles que fiunt in aere inter
quas primo tractat de iride. d. uide arcum. i. considera
eius apparitionem mirabilem. et benedic qui fecit illum. nam
in infinitum est mirabilior et pulcrior. ualde speciosus est
uis in splendore suo. i. in coloribus suis qui resplen
dent in nigredine nubis sicut in speculo. manus excelsi
aperuerunt eum. i. fecerunt eum apparere in signum
federis inter ipsum et terram quod de cetero non perget
aquis diluuii eam ut dicitur Gen. ix. de coloribus ua
riis et figura magis exquirere pertinet ad librum
metheororum et similiter de sequentibus impressionibus. Impe
rio suo. hic consequenter tractat de niue. nubibus choru
scatione et grandine et terre motu. d. imperio suo
accelerauit niuem. i. celeriter descendere fecit eam
que ante ex exalationibus humidis ante quam resoluant
in aquam congelatis. tamen in omnibus effectibus deus est agens
principalis. et accelerat coruscationes emittere quia
celeriter omnino et in instanti apparent a longe. iudi[cii]

Sui diuinitatis. auctor corruscationes iudicii diuini, quia p[ro]cedit in effectum sui iudicium sue sapientie. ppterea. i. ex eodem iudicio apti sunt thesauri. i. occulte cause ipsorum huius. et euolauerunt nebule. i. nubes tenues que a uento mote per aerem uidentur uolare. In magnitudine sua. i. i. in natura sue maiestatis. posuit nubes. i. disposuit. et confracti sunt lapides grandinis qui resoluuntur i aqua. Sunt autem grandines gutte pluuie et frigore congelate i descensu a nube. In conspectu eius commouebuntur montes. ut patet i terre motu quod aliquando fit ex causa naturali. s. ex alatonibus calidis et siccis in terre uisceribus inclusis, aliquando ex supernaturali sicut fuit in deuoratione datan et abiron a terra et cum talibus apostolis actum est. et in uoluntate eius aspirabit. i. flabit. nothus. i. australis uentus. ¶ Vox tonitrui. hic agit de tonitruo et cum hoc resumit de niue et quibusdam aliis. dicens. uox tonitrui eius uerberabit terram. i. pellendo aerem usque ad ipsam. Sicut enim i proiectione lapidis intra aquam fiunt quedam girationes aque et una pars ipellit aliam usque ad locum remotum. Sic in formatione soni quod est ex percussione aeris una pars aeris ipellit aliam usque ad locum ubi terminatur auditus ut dicit. p. de aia, et accipitur hic uox tonitrui large pro sono, quia uox proprie non est in animatorum. tempestas aquilonis. i. procedens ab aquilone. et congregatio spiritus. i. uenti quod causat tempestatem in supplicium hominum est a deo auctore. et uerberat terram allidendo habitantes sup eam. et sicut auis deponens alas suas ad sedendum super arborem. aspergit niuem faciens eam requiescere super terram. et sicut locusta demergens. i. sup uiridia descendens. ad manducandum descensio eius. s. niuis aut. flocelli descendunt i magna multitudine sicut locuste. pulcritudinem coloris eius sic habent libri correcti. ad mirabitur oculus. i. candido pro admirabile est color eius. et super imbrem eius expauescit cor. nam ex resolutione subita niuium in aqua fit propter contingit submersio hominum. gelu sicut salem effundet super terram. uocatur hic gelu pruina et grando paruula que habent quandam similitudinem cum sale in apparentia. et cum flauerit uentus resoluendo. fiet tamquam cacumina tribuli. que sunt alba et dispergit ad modum flauum uentus. ¶ frigidus. hic ostenditur de uento aquilonari dicens. frigidus uentus aquilo flauit. p[er] imperium dei. et gelauit cristallus ab aqua. i. cristallus fit ex aqua congelata. est enim cristallus glacies indurata per plures annos. et super omnem congregationem aquarum. requiescit frigiditas uenti aquilonaris quod facit aquas i superficie congelari. et sicut lorica induit se aquis. quod enim in superficie congelate ad modum uestimenti operiunt frigiditate de subtus latentem. et deuorabit montes. i. terre nascentia i montibus. et exuret desertum. i. uiridia que sunt i deserto. io subditur. et extinguet uiride. i. destruet. sicut igne. sic habent libri correcti. i. sicut comburetur ab igne. Sed quia sicut uentus aquilonaris facit terram sterilem ut dictum est. sic econtrario uentus australis qui est calidus et humidus plumas et rores ferendo terram io subditur. medicina omnium. s. ex ustorum per uentum aquilonarem. in festinatione nebule. que per uentum australem adducuntur. et i pluuiam terre fecunda. et commouentur. Sed quia austro flante fit aliquando calor nimius et terre nascentium corrumpuntur. io subditur remedium, cum dicit. obuiaros dicto caloris ab ardore uenienti. i. causato a sole et uento australi. humiles efficiet eum. i. temperabit caloris excessum. ¶ In sermone eius. hic ex effectibus quod fiunt i aqua declaratur excellentia diuina cum dicit. In sermone eius. s. dei. siluit uentus. ut pretione primo. cogitatione sua. i. uoluntate sua. placabit abyssum. i. commouendam aberrationibus. et plantauit illi dominus iesus. dicit. qui est saluator omnium. alie enim. ster. [illegible] textor enim habent libri qui sunt hebrei. licet depsit hanc libram greca. incedunt tamen hic nomina hebreorum. plantauit autem deus omnium qui cogitauit aquas quasi sub celo sunt in locum unum. prius quam nauigant mare. sic habent libri correcti. enarrant pericula eius. que sunt ualde multa. et audientes auribus nostris admirabimur. quia talia non uidimus. illic preclara opera. uarie nitent. declaratio. et uaria bestiarum genera. in sinum et pisces et diabolos cum reptilibus similes. i. figura et omnia belluarum. i. monstruosorum piscium sicut sunt balene et huius. propterea ipsum. s. oceanum restringendum, consummatio quam eius praeceptum. frigidus i potius est terminus a deo ultra quem non pergrediatur. super ordine iob dixit quis conclusit hostiis mare. Sequitur. Circumdedi illud terminis meis et posui uectem et hostia et dixi usque huc uenies et non procedes ultra. aplus. Et i sermone eius. s. dei. composita sunt omnia. i. disposita in pondere numero et mensura ut dicitur sapientie. xi. ¶ Multa dicimus. hic ponitur. quod intentum. s. quod licet ex creaturis aliquam cognitionem de deo habeamus, illa tamen est ualde imperfecta. et io quod dicit aut cogitatione de deo possumus i infinitum deficit ab eius excellentia, propter quod ipsum laudare et glorificare debemus quantum possumus dicit igitur. multa dicimus. de deo et eius effectibus. et deficimus i uerbis. nam eius excellentia est incomprehensibilis a nobis et per consequens inenarrabilis. unde dicit. Gregorius de causa prima cum superior est omni narratione, et non deficiunt linguae a narratione eius, nisi propter narratorem. Consummatio autem sermonum ipse est. nam ipse solo se comprehendit perfecte. et ex parte in celo sui collaudat et uenerans. in omnibus glorificantes. que possumus ex creaturis cognoscere. ad quid ualebimus. s. attingere de diuina maiestate. q. d. ad modicum ualde. ex ipsa ratione. ipse enim est super omnia opera sua. i. in infinitum transcendens ipsa. propterea per ea de deo cognoscimus parum. terribilis dominus. i. ab omnibus timendus. et magnus uehementer. quia magnitudinis eius non est finis. et mirabilis potentia ipsius. quia non possumus totaliter cognoscere in nostris effectibus eius. io concludit. glorificantes dominum quantumcumque potueritis etc. et post usque ibi. exaltantes eum replebimini uirtute. quod dat eam laudantibus deuote eum. ne laboretis ad cognoscendum eum perfecte, quia hoc est ipsius. quis uidit eum sicut est. et enarrabit etc. ad hoc respondet. i. deum nemo uidit umquam unigenitus qui est in sinu patris ipse uidit. et enarrabit etc. multa dei opera absconditae sunt a nobis. maiora his. s. sole et luna et ceteris predictis. nam omnes angeli qui sunt in maximo numero sunt incognita nobis, ideo subditur. pauca uidimus operum eius. nam etiam de celestibus maior pars nobis ignota. et pie agentibus. i. ipsum uolentibus quod pietas est diuinus cultus. dedit sapientiam. i. cognitionem eorum quorum pertinet ad salutem.

Laudemus

XLIIII

Laudemus uiros. Superius actum est de deo de uirtutibus commendando. hic idem agit exemplificando quod hic ponit exempla priorum uirtuosorum que debemus imitari. Et diuiditur in duas partes. nam auctor primo ponit exemplum. secundo gratias agendo terminat librum illum ibi. ibi. primum in duas quod primo commendat uirtutes patrum generaliter. secundo specialiter ibi. enoch placuit deo. Prima adhuc i duas quia primo commendat uirtutes patrum in personis propriis. secundo i eorum filiis ibi qui de illis nati sunt. Circa primum dicit laudemus uiros gloriosos. i. omni honore dignos, sui commendatione. primo enim

honor est reuerentia exhibita alicui in testimonium
sue uirtutis. Si hoc fiat secrete uel coram paucis
sic est honor tantum. Si autem in palam et coram multis sic
dicitur gloria. et ab initio [illegible] nos in generatione sua. id est per genera
tionem suam scilicet carnalem quantum ad genitos ex eis apud
hebreos. uel de quibus fuit actor iste doctor aliquis
hic. sicut patet ex. Vnde dicit apostolus prima cor. 4. In christo
ihesu per euangelium ego uos genui. id est per predicationem eu
angelii. multam gloriam. id est multa opera gloriosa. fecit dominus per
uiros istos. magnificentia sua. id est largitate sua a seculo do
minantes. in potestatibus suis. id est uirtutibus propriis a deo tamen sibi
collatis. Vnde ethei dixerunt abraham gen. 23. princeps
dei es apud nos. homines magni uirtute. quia ante diluuium
fuerunt homines magni corpore scilicet gigantes gen. 6. sed erant
pauci uirtute aut nulli. nam erant monstra in corpore
et prudentia sua. predicti. nam prudentia est auriga uir
tutum. nunciantes in prophetis. id est in prophetarum scriptis. dignita
tem prophetarum. id est que debet exhiberi prophetis et hoc intelligitur
de studiosis in scriptis prophetarum quales fuerunt plurimi
de quibus infra prosequitur. et imperantes in presenti populo. scilicet
dauid machabei et plures alii. et uirtute sue pruden
tie populis sanctissima uerba. supple nunciantes. in peritia
sua. Sic hic liber exquirentes modos musi
cos. non ad dissolutionem sed ad deuotionem sicut patet de da
uid qui laudes diuinas a suis inuentas [illegible] in cithara
ra. et narrantes carmina scripturarum. id est psalmos et can
tica metrice composita. homines diuites in uirtute uirtutes
enim uere diuitie sunt que uiolenter auferri non possunt pul
critudinis studium habentes. id est legis et prophetarum quarum stu
dium ualde pulchrum est. pacificantes in domibus suis
id est in famulis et hominibus sibi subiectis. omnes isti in gene
rationibus gentis sue. id est inter gentem generationis sue gloriam
bone fame adepti sunt per opera sancte uite. ¶ Qui de illis
hic ostendit positam laus patrum in filios suos. est enim sic
de illis pro. ideo laus patrum redundat in filios et e contra.
dicit ergo. qui de illis nati sunt. mores patrum imitan
tes. reliquerunt nomen bonum narrandi laudes eorum ad
informationem morum et per oppositum sic dicit de malis. et
sunt quorum non est memoria. id est bone. perierunt quasi non fuerunt
nichil boni post se relinquentes. et nati sunt quasi non
nati. nam eorum natiuitas aliis non profuit sed magis
nocuit. et filii eorum cum ipsis perierunt. eo quod uitam
eorum parentum secuti sunt. sed illi uiri misericordie sunt. id est misericor
des et digni misericordia dei. quorum pietates non defuerunt
egenis indigentibus. et cum semine ipsorum permanent bona
hereditas. id est promissionis terra in qua manserunt iudei
quamdiu seruauerunt mandata dei. uel hereditas eterna quod per
manet in spe certa obseruantibus diuina mandata. et hoc
in promissione facta abrahe gen. 12. in semine tuo benedicentur omnes gentes
nepotes eorum. sicut ibidem diffuse declaratur. et nepotum
ipsorum semen in testamento stetit. scilicet seruantes obediendo. et
filiorum ipsorum propter illos. scilicet propter merita ipsorum. usque in ae
ternum manet. scilicet hereditas predicta et ex hoc uide
quod principaliter intelligitur de bona hereditate ut dictum est
semen eorum non derelinquetur. quia remanebit in memo
riam. corpora eorum in pace sepulta sunt. id est in expectatione
pacis perfecte que debetur in celo etc. et nomen eorum ui
uit in generationem. per bonam famam continuationem. sapientiam ipsorum nar
rant populi ad informationem morum. et laudes eorum nunciat
ecclesia. eorum est non solum nunciatur in sermonibus sed etiam in
libris. ¶ Enoch. hic ostendit ponitur laus patrum specialiter
prae ceteris. et descendendo ad personas aliquas. et primo ad patres le
gis nature. secundo ad patres tempore legis existentes. incipit ab enoch eo quod propter sanctitatem singularem
translatus fuit uiuus ad paradisum terrestrem et sic est quod dicitur
enoch placuit etc. inde tamen rediturus est circa finem mundi
cum helya ad predicandum contra antichristum. ideo subditur. ut det gen
tibus sapientiam. antichristi perfidiam detegendo. ¶ Contra subdit
de noe dicens. Noe inuentus est perfectus. iustus. sicut dicitur gen. 6.

noe uir iustus atque perfectus etc. et in tempore iracundie. quando
dominus puniens homines peccata misit diluuium super terram. factus
est reconciliatio. id est cum reconsiliatione domini. sicut dicitur
gen. 8. obtulit holocausta super altare odoratusque
est dominus odorem suauitatis et ait ad eum. nequaquam male
dicam terre etc. ideo dimissum est reliquum terre. id est octo persone
ad multiplicandum super terram genus humanum. testamenta
seculi. id est promissiones de seculo per diluuium non delendo
posita sunt apud illum. ut patet gen. 9. hoc est signum fe
deris quod do tibi inter me et uos etc. ¶ Abraha
hic consequenter ponitur laus uirtutum abrahe cum dicitur. abra
ham magnus pater multitudinis gentium. propter hoc uocatus
est abraham ut habetur gen. 17. est enim pater omnium fide
lium qui fuerunt post ipsum. et non est inuentus similis illi in
gloria. id est tempore uirtuoso et hoc quantum ad duo scilicet quod primo
fidem unius dei publice predicauit post diluuium populis
ad idolatriam declinantibus et in hoc quod filium suum uni
genitum dilectum tam prompte uoluit immolare ut
impleret dei preceptum gen. 22. qui conseruauit legem
excelsi. legem scilicet naturalem mente humane impressam. et
fuit in testamento cum illo. nam dominus pepigit foe
dus cum illo gen. 17. et in carne eius stare fecit te
stamentum. id est circumcisionem gen. 17. que est signum distin
guens israel a gentilibus. et in temptatione. quia deus temp
tauit illum gen. 22. ut ostenderet aliis obedientiam
eius. inuentus est fidelis. id est obediens. propterea ut predictum
est. ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente sua. sicut
dis inchoatio. 2o eius continuatio. ibi. laudabit usq
ad mortē. Circa pmū dr. Confitebor tibi dñe. oñm p
creationē. rex. p eorū gubernationē. et collaudabo te
deum saluatorē meum. p spūalē mei ptectionē. Con
fitebor noi tuo. confessione laudis. qui adiutor et
ptector factus es mi. ptecta i temptatione dyaboli. et ad
iutor in pmotione boni. et liberasti corpus meum a p
ditione. i. a uino gule et luxurie. a laqueo lingue
inique. i. a uicio detractionis. et a labiis operan
tium mendacium. p uiciosum. et i conspectu astantium. s. ange
lorum qui ibi astant deo. A. milia miliū ministrab
ant ei. et decies centena milia assistebant ei. Fac
tus es m adiutor. contra hostes spūales et corpo
rales. io sbdit. et liberasti me scdm multitudinē mie no
minis tui a rugientibus &c. pma pet. s. aduersarius
uester dyabolus tamq leo rugiens circuit querens que
deuoret. a pressura flāme. incentiuor libidinis q
circūdedit me. p fomitē existentē i carne. et i me
dio ignis. libidinosi ardoris. non sum estuatus. per
consensum mortalis pcti. a altitu. i. pfundo. Joh. e. pu
tei alto e. uentris inferi. in quo pte sūt supnali
s. ad limbum patrum tūc descendebant sancti. et
a lingua coinquinata. uiris sceleratis et i mundis
et a uerbo mendacii. p uiciosi. a rege iniquo. i. dy
abolo qui e rex super omes filios supbie. et lingua
iniusta. i. calumpniante alios sine cā. et hec omnia re
feruntur ad id quod s. ponit. liberasti me scdm mul
titudinē mie nois tui &c. ¶ laudabit. hic ostēdit po
mū laudis continuatio. cū dr. laudabit usq ad mor
tem aīa mea dnm. i. p totam uitā. et uita mea appro
pinquans erat in inferno deorsum. supple nisi tu affui
sses mihi auxilium. circūdederunt me undiq sp̄s
malignī. qui temptāt ex oī pte. et nō erat qui ad
iuuaret. s. ex hoibus io sbdit. respiciens n. &c.
memorato sum mie tue. que sp parata e adiuua
re. et cooperationis tue. qua liberasti sperantes i
te p hoies sunt liberati filii isrl p cyrū regē
psarum de babiloīs captiuitate et in talib. deus coopat
hoibus. s. q's liberat p se ipm ime. e liberator et
cooperator hoibus. et liberas eos de manibus gentiu.
ydolatrarum. exaltasti super terrā habitationē meam
concedens m uite prosperitatē. et p morte defluenti. i.
ccidit ad quā omes hoies fluunt. et quo sūt nati. supp
li. nos nati continuo desinimus esse. deprecatus sum ut ha
beam sine bonū. Inuocaui dnm prem dni mei. i. mes
sye. de cui. generatione eterna et tpali locutus e autor
iste supra. 24. ca. ut nō derelinquat me i die tribulatio
nis mee. i. i die mortis mee. et in tpre supbor. i. demo
num qui tūc maxie temptant hoiem. eo q si tūc euadat
manus eorū nō possūt ultra eū ipugnare. laudabo no
men tuum assidue. i. horis ad hoc ordinatis et collaudabo
illud in confessione peccatorum meorū. nā oro humilis ante
deum est exaudibilis. supra. 35. ca. Oro humiliantis se nubes
penetrabit. ideo sbditur. et exaudita ē oro mea. i spe
cialiter. et sic intelligitur de hoc quod sbdit. et liberasti
me de pditione gehēne et eripuisti me de tpe iniquo.

i. pntis uite in quo regnat iniquitas. ppter ea confitebor
humiliter. pcta mea et laude diuina. i. corde deuoto. et
benedicam nomini dni. i. bene de eo dicam. ¶ Cum adhuc.
hic quia ad deum laudandū alios inuitat et pmo facto
exemplum sui inducens. 2o uerbo ibi. appropiate. Circa pmū
dicit. Cum adhuc sum iunior. i. tpre quo sensus sunt
minores. priusq oberrarem. p uiam uite obseruantia
quesiui sapientiam palam i oratione mea. i. ut in appet. ostendi
dnm ante templum. et usq p uicem postulabo. p illa consequēda
et usq i nouissimis inquiram. p studiū et orationē. nam
ho sp pot. pficere in ea. et florebit tunc. s. manifestā
do tanq precox uua. que puenit generale matura
cionem. letatum est in ea cor meum. nam meditationes sapie
sunt delectabiles ualde. ambulauit pes meus iter rec
tum uisitatio p directionē sapie. Inclinaui modice aurē
meam. ad sapie doctrinā audiendā. et dimi modicū. q
licet in acquirendo sapiam sit magnus labor. tamē
2o boni magni quod puenit inde e modicus reputan
dus. multum inueni i me ipo sapiam. a deo in excessum
ideo sbditur. danti m sapiam dabo gliam. s. deo eam
attribuendo. Consiliatus sum n. ut facerem illā. non
sapia q e dei donum nō ē tm speculatiua s. etiā practica &c.
lato sum bonū. et confudar. coram deo. colluctata ē aīa
mea cum illa. s. sapia. nam in acquisitione eius ē quedā
colluctatio aīe. et in faciendo eā confirmata sum. nā
habitus p exercitium opis confirmatur. manus meas extendi
i altum. i. opa mea p rectitudinē intentionis direxi
in deum. et in sapia eius luxi. luce ingnitionis diuinorū
et etiam humanorū. q aūt sbdit. aīa mea &c. nō ē in
libris correctis. aīam meam direxi. ad eā apprehendā
et splendam. et cognitione mee mētis illuminate. in eā
cum. adeo in domo. possedi cum ipis. s. essentialibus illi
incorporalibus sapie. cor ab initio. i. a iuuentute diligēdo
et eā exquirēdo. ppter hoc non derelinquar ab ipa. q dicit
ego diligentes me diligo. pub. 8. Venter meus. i. animus
meus conturbatus e querendo illā. nam i pric. ante q eius
inuentū habeat. aīa quadā difficultatē patitur. ppterea
bonā possidebo possessionē. nam ipa acquisita facit
delectabiles meditationes et eius operationes et locu
tiones. ideo sbditur. dedit n. m linguā. ad pferēdū
uba sapie dispositam. io in aliquibus libris scribitur
linguam eruditam. q3 h eruditam nō est de textu. est
etiā quedam glo interlinearis iuxta textum p scripto
res. mercedem meā. i. p quā possim acquirere mer
cedem eternā fideliter docendo et humiliter exorando
ideo sbditur. et in ipa laudabo eā. ¶ Appropiate. h idu
cit alios ad sapiam uerbo. d. appropiate ad me indocti.
ut efficiamini docti. et congregate uos in domū disciplie
nam plures audientes sunt magis pficiunt q unus
solus. quia quod unus nō capit alius capit et sic pnt
utiliter ad inuicem conferre. quid adhuc retardatis
q. d. hec retardatio ē nociua. dicente poeta qui nō
est hodie cras minus aptus erit. Et quid dicitis i his
q. d. non habetis excusationē huius tarditatis. anime
uestre sitiunt uehementer. nam omes hoies naliter sci
re desiderant ut dr in pric. metaph. licet illud desideriū
p occupationē aliquā inutilia i aliquib. retardat. ap
erui os meū et locutus sum. i. paratus gratis uos doce
ppter deum ideo sbdit. Copate uobis &c. et pt. q3 q
posset se aliquis excusare ppter difficultatē acqui
sitionis sapie io remouet. h. d. In pxio e n. inuenire eā
q ad eius pric. que sunt p se nota. et inducit exm de
se ipo. d. uidete quia modicum laboraui 2o magnum
bonū consecutus. io sbditur. et inueni mihi multā requiē. i.
sapie iocunditatē. assumite disciplinā i multo numero ar
genti. i. illā pponētes multe pecunie inuestitioni. sapie
n. tanq lumē extimabit argentū i conspectu illius. et copi
osum aurum possidete i ea. i. eius possessio melior ē multo
auro. sapie. A. omne aurum i cōparatione illius harena

est

est exiguum. letetur anima vestra in misericordia eius. scilicet dei qui est sapientia incarnata. et non confundemini in laude ipsius. sed magis honorabimini. operamini opus vestrum. id est vos a deo infirmum. ante tempus. id est mortis in qua cessabit tempus merendi et actionis. et dabit vobis mercedem vestram. scilicet vitam eternam. in tempore suo. id est in tempore a deo disposito. qui attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. cuius nomen est benedictum in secula seculorum amen.

Explicit lectura magistri nicholai de lyra sacre theologie professoris super libro ecclesiastici scripta per me petrum de francia anno domini .1326. Deo gratias

Incipit prologus in ysayam prophetam

Nemo cum

prophetas etc. Iste prologus dividitur in quinque partes. In quarum prima errorem removendum prophetas apud hebreos metrice esse conscriptos eliminat ibi. nemo cum prophetas. In secundo opus et auctorem multipliciter commendat per quod auditorum attentionem excitat ibi. ac primum de ysaya sciendum etc. In tertia operis difficultatem et laboris immensitatem insinuat per quod auditorum benivolentiam captat. nisi ignoro quanti laboris sit etc. In quarta loci et temporis et materie prophetie determinat, ut per hoc auditores dociles reddat. ibi prophetavit autem. locus determinatur. in iherusalem et in iudea. tempus cum dicit. nondum decem tribubus in captivitatem ductis. materia tangitur cum quos dirigitur prophetia, cum dicit. ac de utroque regno etc. In quinta parte a paula et eustochio quibus scribit suffragia orationum postulat ibi. que quanto plus amatis etc. Hiis visis exponitur littera istius.

Nemo cum prophetas. id est libros propheticos. versibus viderit esse descriptos. id est distinctos brevibus clausulis. quia per cola distinguuntur et commata sicut inferius exponetur plenius. metro eos estimet apud hebreos ligari. ex consimili modo loquendi hic hic textus. metrum enim certis pedum mensuris atque spaciis currit. nisi ultima dimetione temporum constitutum precedit, et ita quod metrice loquitur metro quasi quodam vinculo alligat, et dicitur metrum a metros grece quod est mensura latine, quia habet certam mensuram sillabarum et temporum. et nemo existimet prophetas aliquid simile habere de psalmis et operibus salomonis. ut scilicet metrice ligentur aut metrice scribantur. sicut enim dicit orator psalterium huiusmodi composuit per pedes in epistola ad paulinum ubi exponitur ista. david simonides etc. et inveniet satis de metris istis. Item in prologo super iob dicit ieronimus omnia fere scripturarum cantica sub metro comprehendi. id est metrice scribi. sed potius estimet fieri in prophetis quod in demostene et tullio solet fieri. id est in scripturis demostenis et tullii qui prosaice scripserunt non metrice. ut per cola scribantur et commata. propter hoc scilicet opera tullii et demostenis qui utique prosa non versibus scripserunt. in prologo super iob eam medium dicitur est quid est per minores distinctiones colon vel commata appellat maiores. et ma autem interpretantur articula sive particula. commata dicitur primum membrum. sicut autem in corpore articulus minor est membro quod maius est. sic comma minus est colo quod dicitur quidam quod comma est quando nec perfecta constructio nec perfecta sententia est, et fit ibi punctum rotundum et flexus. Colon vel colum ubi est perfecta constructio sed non est perfecta sententia et ibi fit punctum elevatum. periodus vero est quando est perfecta constructio et perfecta sententia et ibi fit versus. verbi gratia. per sinem id est

quod si volueritis et me ad iracundiam provocaveritis. ecce comma. gladius devorabit vos. ecce colon vel colum quod constat ex duobus commatibus. quia os domini loquutum est. ecce terminatur sententia et fit periodus in fine versus, et dicitur a peri quod est circum et odos quod est cantus quasi circularis id est perfectus cantus. et concordant satis verba ysidori in primo ethimologiarum ubi dicit comma particula est sententie. colon membrum. periodus ambitus vel circuitus ipsius. dicitur periodus a peri quod est circum et odos quod est via quasi in fine usque perfectam est via plena, et sequitur ysidorus fit autem ex coniunctione verborum comma ex commate colon. ex colon periodus. Comma est iunctura finita scilicet articulus. ut puta verbi gratia. et si uxores iudices. ecce unum comma. sequitur et aliud comma. ne turpe sit per fortissimo viro dicere, et factum est colon id est membrum quod intellectum sensui prestat sed adhuc pendet oratio. sicque deinde ex pluribus membris fit periodus id est extrema sententie clausula ita venere iudicio [illegible] more reddunt. Periodus autem longior esse non debet quam ut spiritu uno proferatur. plenius loquitur ysidorus in primo ethimologiarum de ista materia. dicit enim ibi positura est figura ad distinguendos sensus per cola et commata et periodos que dum ordine suo apponuntur sensum nobis lectionis ostendit. dicte autem positione vel quia punctis positis annotantur, vel quia ibi vox per intervallo distinctionis deponitur. has greci theses vocant, latini posituras. prima positura subdistinctio dicitur. Comma eadem est. media distinctio sequens est ipsa est et colon. ultima distinctio est que totam sententiam claudit ipsa est periodus. cuius ut diximus partes sunt cola et commata que diversitas punctis diverso loco positis demonstrantur. ubi enim in initio pronunciationis nec dum plena pars sensus est et tamen respirare oportet fit comma id est particula sensus punctusque ad imam litteram ponitur et vocatur subdistinctio ab eo quod punctum ad imam litteram accipit, ubi autem in sequentibus iam sententia sensum prestat sed adhuc superest aliquid de sententie plenitudine fit colon id est media distinctio, mediam quia litteram puncto notamus et media distinctione vocamus quia punctum ad mediam litteram ponimus. ubi vero iam per gradus pronunciando plenam sententie clausulam facimus fit periodus punctumque ad caput littere ponimus et vocatur distinctio quia integram separavit sententiam. hoc quidem apud oratores. Ceterum apud poetas ubi in versu post duos pedes sillaba remanet ut ibi. arma virumque cano. comma est quia ibi est post scansionem precisio verbi facta est. ubi vero post duos pedes de parte orationis nichil superest ut ibi. conticuere omnes. colon est. totum autem versus periodus est.

Nota contra illos qui legunt in textu. tu autem dicunt elevatum punctum ubi debere equaliter tenere cum nulla sit ibi distinctio vel saltem deponere quia subdistinctionem facientes media autem distinctio nullo modo est ibi.

alique exponunt per cola id est per minores divisiones. et per clausulas quasdam ex duabus vel pluribus dictionibus consistentes. ut ysaie primo. dereliquerunt dominum blasphemaverunt sanctum israel abalienati sunt retrorsum. et commata. id est minores divisiones. ut ysaie ix. vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis etc. interpretatione nova scilicet translatione, que est nova dicitur quia de primo nascente translata scilicet de hebreo in latinum, non sicut alie que primo de hebreo in grecum postea de greco transferebantur in latinum. vel ideo dicitur nova quia ante eum nemo de hebreo transtulit in latinum. novum scribendi genere. id est prosaice quia antiqui prophete et poete metrice solebant scribere et non prosaice. unde ysidorus in primo ethimologiarum dicit tam apud grecos quam apud latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum quam prose. omnia enim prius versibus condebantur. prose autem studium sero viguit. et ideo appellatur novum genus scribendi. distinximus. id est distincte et aperte scripsimus quod multum prodest legentibus. Ac primum de ysaya sciendum etc. disertus. id est discretus et eloquens quippe. id est quia vir. ut vir nobilis genere et nobilior

et inveniet illum versum cum expositione sua. Item sinistra per versus ab illo loco mulieres venientes quis inveniet metrice scribitur. vide supra in prologo super libros regum. ab illo loco. sed et psalmi usque ad illum locum porro hic littera.

mente · et urbane eloquētie · i · ciuial et elegātis e
loq̄tie · aliq̄ libri hn̄t urbane elegātie · i · urbane ex
tellentie · q · d · sicut urbani excellūt rurales ī eloquē
tia et ciuialitate / sic ysayas hr̄ p̄minētiā eloquij p
tetis. pphis · nec hn̄s aliquid · in eloq̄o rusticitatis adm
ixtū · nullam · n · icōpositōz ul' iordinatōz hr̄ ī ūbis su
is · s̄ sp ordinate loquit' et ornate · unde · q̄r · s · ita di
scte et ornate loquit' in hebreo · accidit · hoc q̄d seq̄
ut p̄ceteris pphis florem sermonis eī · i · ornatum
quez hr̄ in hebreo · n̄ra tn̄slatō nō potuit obs̄uare
in latino · Sic r̄ndet ad ā̄phorā que posset ei fieri
quare · s · sua tn̄slatō non hr̄ tantū ornatū ūboz q̄ntū
habet ip̄m hebraycum / multa · n · bn̄ sonāt in una lin
gua que non ita bn̄ sonant, si ad aliā linguā fuerit tn̄s
lata · deinde etiam hoc · adiciendū p̄cedēti pphe comē
datōni · q̄ non tam · i · in tantū ppha dicend⁹ sit · q̄ · i ·
q̄ntum · euuāgelista · q · d · quia tam facta in̄ri⁹ narrat
mag' dicend⁹ ē euāgelista q̄ ppha / qui sb̄ enigmate
et obscure ueritatē dīnā futuram p̄nūtiat · ita eni xp̄i
ecc̄ie q̄ misteria ad liquid · i · clare et exp̄sse p̄secutus
est · scribendo · et non enim putes de futuro uaticina
ri · i · pphare · s̄ de p̄teritis · historiā texere · i · co̅struc
re uel ordinare · ysa · ix · paruulus nam ē nobis et
filius dato ē nobis · etc · q̄ exp̄sse p̄ditat de xp̄o · Itē
de ecc̄ia de · ysa · v · Vinea facta ē dilecto et · unde ū
nitio · i · opinioe · uel quibodā coiectuis p̄pendo · uo
luisse tūc t̄pis · lxx · interp̄tes fidei sue sacramenta
trinitatis incarnatōis et passionis secreta inste⁹a
p̄spicue · ethnicis · i · gentilib⁹ qui erant ī egypto ·
qui tn̄stulerunt p̄dere · i · manifestare · uide ī opusclo
de nominib' biblie ubi exponitur ethnic⁹ · ne scā ca
nib⁹ et margaritas porcis darent · mt · vii · que satiā
o paula et eustochiū · audientes abscondita · i · de
industria omissa ab illis lxx interp̄tib⁹ · īuenitis hanc
editōnē legentes · in qua exp̄mitur · unde ysaye · ix ·
ubi lxx · tn̄stulerant magni consilij āgelū · Jero tn̄s
tulit · sicut erat in hebreo et uocabitur nomē ei⁹
admirabil' consiliari⁹ de⁹ fortis pater futuri seculi pri
nceps pacis · Jtē in ista omiserūt ul' obscure tn̄stule
runt · sicut p̄z in ep̄la ad desideriū sup̄ posita · ¶ Nec
ignoro q̄ti laboris sit pphas intelligere · p hoc insi
nuat se multū laborasse in ista tn̄slatōne / hoc dicit
quia p̄us oportuit eū addiscere hebraycū aute q̄
pphaz plenū habuit intellectū / et sic multū labo
rauit in addiscendo hebraicū et tn̄sferēdo p⁹ea ī
latinū · nec ē difficile quē piā posse iudicare de inter
p̄tatōne · utrū sit uera ul' ficta ↄpleta aut diminuta
m ū intellexerit pphas s̄m hebreū · ante q̄ elegit
tn̄slatos in latinū · p hoc rep̄hendit quosdā emu
los qui rep̄hendebant eius tn̄slatōz nō intelligētes
hebraycam ūitatē · nec u[illegible] nos quoque patere
· i · expositos ē · morsibus · i · detractōib⁹ p̄ximorum
in multectū · quod · i · tu⁹ sciam ul' intellectū · co̅seq̄
non ualent · i · nequeunt hēre ul' adipisci · despiciunt
q̄ male dicunt · sciens g⁹ et prudens · i · scient' et pru
denter · i flamā mitto manū · i · expono me pinulo
· s · detractōibo emuloz · et uidetur alludē facto Scu
ole qui cum uellet sillā romani ip̄erij imicum
occidere occidit cuiusdā cōsortē et amicū suū / et qr
sic errauit manū tamdiu in igne tenuit donec o
busta fuit · ul' est uulgaris mod⁹ loquēdi · et nichi
lomin⁹ s̄ a fastidiosis · i · tediosis ul' fastidio pleius
lectorib⁹ p̄tero · qui fastidiūt ul' horrent ul' spnūt
tn̄slatōnem meam · uel quos tedet eā audire · Ysus ·
fastidit redet · fastidit spnit et horret · ut quonio · i · sicut
greci · post · lxx · tn̄slatores aquilā simachū et theodo
tonē · i · eoz tn̄slatōnes · legunt · de quo trib⁹ incies
sup̄ in p̄logo s̄ super ueb' circi p̄n⁹ · legūt mag' · uel ob
studiū doctrine · i · p̄pter excitū ingenij sui / uel ut ul'

tā legentes insta sciant et doceant alios · uel ut · lex · iter
p̄tum tn̄slatōz · mag' ex collatōne eoz intelligat · co̅fe
rendo tn̄slatōnē tn̄slatōri / quia collatō plurium mag'
ualet ad meli⁹ intelligēdū · sic et isti emuli ul' lecto
res studiosi saltē unū nō plures sicut greci · post ponere
digneutur hūc interp̄tem · me · s · qui p⁹ eos de hebreo
tn̄stulerunt in grecum de hebreo tn̄sfero ī latinū · legāt
p̄us editōnē meā et p⁹ea despiciant · si rep̄hēsibile
uiderint · ex indito discretōnis · s̄ ex odij p̄suptōe
· i · ex odio et p̄suptōne uel ex odiosa p̄suptōne ut
fiat endiadis · pphauit aūt etc̄ · ī ihr̄lm metropoli
iudee · et in iudea · hoc uidetur supfluum · p hoc in q̄
sup̄ dixerat eū pphasse ī ihr̄lm satis uidetur dixisse
eū ī iudea pphasse / · Ad hoc dicēdū q̄ iudea quiq̄ de
ī terra p̄missionis · ut in ps̄ · notꝰ ī iudea de⁹ · etc̄ · qui
qz dr̄ terra duaz tribuū · mt̄ · 2 · g · audiens aūt q̄ ar
chelaus regnaret in iudea · quiq̄ ponit' p sorte iude
ut · palip̄o · xx · mc⁹ iudea et ihr̄lm nolite timere · i · sors
iude et sors beniamin ī qua erat p̄mo ihr̄lm / et sic ac
cipitur hic · ponitur g⁹ hic ihr̄lm p sorte beniamin et iu
dea p sorte iude · nec dum · i · nondū · x · tribub⁹ ī capti
uitatē ductis · quas p⁹ea captiuauit salmanasar rex
assiriorū · unde · iiii · Re · xvii · s · tn̄slato ē isrl' de terra
sua ī assirios / Contrariū tamē uidet' · iiii · Re · 20 · et
ī multis aliis locis q̄ ysayas pphauit usq̄ ad ma
nassem qui occidit eū / et constat q̄ tūc captiuate e
rant decem trib⁹ · s · ui · anno ezechie p̄is manasse · un
e · Re · xviii · b · anno · vi · ezechie capta ē samaria / et tn̄
stulit rex assiriorū isrl' ī assirios / ad quod r̄ndēd' est
exponēdo · pphauit · i · pphare īchoauit · ac de utroq̄
regno · s · decē tribuū et duarū · q̄ scisim ē sicut hab'
iii · Re · xii · c · texit · i · ordinat · graculat · i · pphiam q̄ est
diuinū r̄nsū · i · diuinū eloquiū · et cum intendū · hic
tangitur ma buꝰ libri · s · opa iustitie et me · iustie
ibi · et p⁹ babilonie captiuit⁹ · īnē ibi · reditū ppli sig
nificet in iudeam · tn̄ omīs cī⁹ cura · i · p̄ncipal' intētō
de uocatōe gentiū ad fidē · et de aduentu x̄ · ī carne · Q
uē · xp̄m · q̄to plo amauit · etc̄ · ut p obtrectatōe pūti
· i · p sustinētia p̄ntis obtrectatōis · laniaret · i · detra
hendo discerpiit · qui sit me ī pegrine lingue · s · he
bree et caldaice · eruditōne fudasse · i · multū laborasse
· d · n · q̄ p̄pter hoc q̄ possit loqui caldaic' fecit sibi li
nguā de uite · de fusione scripturaz · quia aute tn̄sla⁹
Jero' dicebant nos hēre falsas biblias et corruptas ·
insultimet · i · ip̄ꝰ amaret · Insultare aūt · pxe dr̄ cū qōaz
cauillatōne et derisione aduersarium deridē ·

¶ Explicit quolibet expositō istius prologi

Incipit liber

ysaye pphe · Jherusalem · euuāge
listam dabo · ysaye · xli · s̄ dm q̄ dic
beatus ieronim⁹ in ep̄la ad paulinū
de omib⁹ sacre scripture libris · ysayas
non uidetur pphiam, s̄ mag' euuāge
lium texere · pp̄ter / quod dicit idem iero⁹
in p̄logo super librum ysaye / q̄ nō tā ppha
dicend⁹ est q̄ euuāgelista · Et io cōuenie
enter de ūbum p̄ponitur de eo ip̄o · Jheru
salem · etc̄ · In quo tanguntur quatuor cau
sus⁹ libri ysaie quē p̄ manib⁹ habemus
· s · efficiens · mālis · formal' · et final' · Efficiēs
aūt cā duplex ē · una p̄ncipal' · s · sp̄us sactus
quo inspirante locuti sunt pphe · s̄m q̄ dr̄ p̄ma
petri · non uoluntate humana allata ē aliq̄n

pphia s̄ sp̄u sc̄o

prophecia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines et hec causa tangitur cum dicitur dabo quia cognitio prophetarum dedit ysaye de quo potest accipi quod dicitur infra xli. capitulo dedi te in fedus populi ysayas non inter alios prophetas clarius descripsit misterium xpi per quod genus humanum est ipsi deo federatum. Alia vero causa efficiens et instrumentalis est scilicet ysaias qui spiritu sancto dictante hunc librum descripsit quod notatur cum dicitur euangelista. et cum hoc notatur etiam causa materialis et formalis

Ad cuius intellectum sciendum quod euangelista dicitur ab eu quod est bonum et angelos quod est nuncius. et dicitur bonus nuncius. triplex ratione bona accipitur ex parte mittentis. scilicet quia a bono domino mittitur et secundum hoc sibi nomine euangeliste tangitur causa efficiens istius libri. scilicet ysayas a spiritu sancto destinato ad nunciandum ubo et scripto illa que continentur in hoc libro de quo potest accipi quod dicitur infra xli. spiritus domini super me eo quod unxerit me euangelizandum pauperibus misit me. hec est littera secundum translationem lxx. et eadem est sententia in translatione nostra que sic habet spiritus domini super me eo quod unxerit me ad annunciandum mansuetis misit. Secundo nuncius dicitur aliquis nuncius bonus seu euangelista ratione boni quod per ipsum nunciatur et secundum hoc sibi nomine euangeliste materia huius libri designatur in quo misterium ipsius xpi quod non solum est bonum sed etiam optimum describitur quia sicut dictum est magis videtur euangelium quam prophetiam texere. unde potest dici illud luce primo. euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Tercio modo dicitur quis euangelista seu nuncius bonus ratione modi nunciandi et hoc est quando non solum nunciat bonum sed etiam bono modo videlicet lucide et ornate et sic nomine euangeliste tangitur forma huius libri scilicet forma tractandi et forma tractatus. forma tractandi est modus agendi seu loquendi qui in hoc libro est valde lucidus et ornatus. de claritate autem dicit Ieronimus prologo super librum istum de ipso ysaya ita non dicitur sed xpi ecclesie quia omnia misteria ad liquidum prosecutus est ut non putes eum de futuro vaticinari sed de preteritis historiam texere. de ornatu vero eius dicit in eodem prologo ysayam sciendum quod in sermone suo disertus sit quippe ut vir nobilis et urbane eloquentie nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admixtum. unde accidit ut preceteris florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare. Sic igitur forma tractandi huius libri qui est iste quod modus loquendi est optimus ut pote lucidus et ornatus. propter quod dicitur infra xl. Exalta vocem tuam qui euangelizas ihrlm id est exaltat vocem suam quod ornate et lucide annunciat sua misteria. forma vero tractatus est diuisio libri de qua dicetur in processu. Causa vero finalis huius libri tangitur sibi nomine ihrlm. ihrlm non in sacra scriptura aliquando accipitur pro ecclesia militante apocalipsis xxi. vidi ciuitatem sanctam ihrlm descendentem de celo et cetera. aliquando vero pro ecclesia triumphante. galatarum iiii. illa que sursum est ihrlm libera est. Finis autem huius libri duplex est. unus proximus scilicet instructio seu hedificatio ecclesie militantis sibi nomine ihrlm designate. propter quod dicitur infra lx. surge illuminare ihrlm quia venit lumen tuum id est prophecia ysaye illuminans totam statum ecclesie. Alius autem est finis ultimus et remotus videlicet consecutio superne beatitudinis in ecclesia triumphante quod per ihrlm intelligitur propter quod dicitur infra xxxiii. oculi tui videbunt ciuitatem ihrlm opulentam tabernaculum quod nequaquam ultra transferri poterit. Per prophetiam non ysaie videmus nunc per speculum et in enigmate sed postea in futuro facie videbimus et aperte quod nobis concedat.

Visio ysaye I

Hic accedendum est ad formam tractatus que est diuisio libri qui diuiditur in duas partes quia primo premittitur quedam breuis prefatio. secundo sequitur narratio ibi audite celi. Circa librum multiplicem prudentiam et concordantiam per talia magis ipse dixit interius hominis quasi inueniret. In locis vero quorum intellectus a iudeis depravatur intendo diuersius immorari sicut et feci ex parte libri psalmorum. Igitur in prefatione huius libri quatuor

manifestantur. primum est ordo huius libri inter alios libros canonicos cum dicitur visio. id est prophecia per quod patet quod liber iste in ordine librorum propheticorum computatur. Sciendum tamen quod visio prophetica dicta est cognitio prophetica que sit in intellectu prout dictum fuit dicitur fusius in principio libri psalmorum ubi dictum fuit de diuersis gradibus prophetie. Secundum est scriptor misterialis huius libri quod manifestatur hic ex duobus scilicet ex nomine cum dicitur ysaye qui inter alios prophetas fuit notabilis et famosus. secundo ex genere cum dicitur filii amos. et ut dicit hic Ra. Sa. iste amos et amasias rex iuda fuerunt fratres et sic ysayas fuit de genere regio. unde et dicit Ieronimus in prologo quod fuit vir nobilis eloquentie ut supra allegatum est et per hoc patet quod iste amos est alius ab illo qui inter xii. prophetas ponitur tercius quia ille fuit pastor et rusticanus ut habetur in principio sue prophetie. hoc etiam patet per litteras hebraicas quibus scribuntur quia amos pater ysaye habet primam litteram aleph et ultimam sade et interpretatur robustus. alius autem amos habet primam litteram ayn et ultimam sameth propter quod aliter interpretatur. Tercium quod in hac prefatione manifestatur est populus cui ysayas prophetauit cum dicitur super iudeam et ihrlm. ita quod per ihrlm que est ciuitas metropolis intelliguntur rex sacerdotes et nobiles et alii ibidem habitantes per iudeam vero reliquus populus de regno iude quod dicitur regnum duarum tribuum. Quartum autem est huius prophetie tempus cum dicitur In diebus ozie et cetera tempore non huius regis cepit prophetare. licet autem tempore manasse filii ezechie prophetauit tamen de tempore eius non facit mentionem. Tum quia ille pessimus fuit in cultu ydolorum et in oppressione innocentium ut habetur iiii. R. Tum quia ab eo occisus fuit. eo quod peccata ipsius et populi arguebat et ad reuocandum suam maliciam fecit eum adduci coram se ut habetur in quodam libro hebraico qui vocatur yebamot et dixit ei. dominus dixit moysi non videbit me homo et viuet exodi xxxiii. et tu dixisti vidi dominum sedentem super solium excelsum ut habetur infra vi. Item moyses dixit deut. iiii. nec est alia natio tam grandis que habeat deos appropinquantes sibi. sicut dominus deus noster adest omnibus obsecrationibus nostris. et tu dixisti inuocate eum dum prope est infra lx. per hoc insinuans quod peccatum sit nobis propinquius et sic tedepnauit eum ad mortem et tunc propheta inuocauit dominum qui aperuit cedrum in loco illo et intrauit et intra se occultauit prophetam. sed manasses hoc miraculo non fuit retractus a sua malicia. sed cum arbore fecit eum secari cum serra. Audite. hic ponitur narratio. Circa quod sciendum quod intentio huius prophete est narrare xpi misterium ut dictum est supra quod quidem misterium fuit ad deiectionem superborum et exaltationem humilium. Sicut dicitur in cantico beate virginis luce i. deposuit potentes de sede et cetera. propter quod sancto symeon luce ii. dixit. ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in israel et ysayas denunciando et scribendo xpi misterium simul denunciat et scribit deiectionem peccatorum et resurrectionem humilium et iustorum. Et secundum hoc processus huius libri in duas partes diuiditur quia primo circa xpi misterium describitur peccatorum deiectio. secundo iustorum erectio. Secunda incipit xl. capitulo. Consolamini et cetera. Prima in duas quia primo ponuntur ad quod misterium describitur punitio peccatorum quantum ad diuersos populos specialiter. secundo quantum ad omnes generaliter xxiiii. capitulo. Prima in duas quia primo ponitur punitio quantum ad iudeos. secundo quantum ad populos extraneos xiii. capitulo ibi. Onus assiriorum. Prima adhuc in duas quia primo cum misterio describitur punitio regni iude sine duarum tribuum. secundo cum hoc intromittitur punitio regni israel ut post ymmum mortificationis apponatur oleum leniturum et ps incipit. vi. capitulo et factum est. Prima in duas quia primo ponitur prophete denunciatio secundo eius confirmatio vi. capitulo. Prima adhuc in duas quia primo describitur regni iude punitio. secundo peraduentum ecclesie promotio ii. Sciendum tamen quod hec diuisio non est ita precisa quin in ea diuisione multis coincidant frequenter ita quod in una parte dicitur punitio etiam in alia licet aliis ubi et aliis modis. et idem dicendum de aliis diuisionibus que fient per magna parte. Prima autem capitulum in duas partes diuiditur quia primo ostendit huius punitionis peccati in deum. secundo in proximum ibi. Quomodo facta est. Prima in tres quia primo ostendit huius culpa. secundo ostendit

pena ibi · terra uřa · tertio cōsulit̃ medela ibi · audi
te uerbum · Circa primū declaratur primo pc̄ti grauitas · 2° in
corrigibilitas ibi super q̄d · Circa primū dicit ppha · audite celi
· i · angeli qui sunt ciues celestes · et auribus percipe terra
· i · hoīes habitantes ī ea · utrāq; n · nāꝫ s · angelicā et hu
manā uoluit hr̄e in testē · qm̄ dn̄s locutus ē · cuius uer
bū ē attente audiendū · quid aūt dixit subdit · filios e
nutriui · s · ppl̃m isrl̃ pascendo māna ī deserto et terram
lacte et melle fluentē ei cōferēdo · Et exaltaui · reg̃
amorreoꝝ et chananeoꝝ eis tribuendo / ut p; ī libris nu
meroꝝ et iosue · ipi aūt spreuerūt me · ydol' seruiendo ad
q̄d declinauit p° mortē iosue / ut p; ī libris iudicū regū
et paral' / quoꝝ cecitatē arguit · cōmparādo ad bruta a
nimalia rudissima dicēs · cognouit bos possessorē suū
q; seruiēdo ei ī aratro recognoscit pabuli sui exhibitorē
et asinus p̄sepe dn̄i sui · ī q̄tum seruit dn̄o ī deportādis o
neribus p pabulo quod recepit ī p̄sepio suo · isrl̃ aūt me
nō cognouit · michi seruiendo p tot bn̄ficiis s' īpensis
et ppl̃s meus · i · ppl̃s isrl̃ qui a deo recepit legē spūalem
non intellexit · mea bn̄ficia et p̄cepta legēdo · iō subdit̃
ve genti peccatrici · i · pc̄to assuete · sic̄ dr̄ aliquis artifex exer
citatus arte acquisita p opis exerciciū · ppl̄o graui iniquitate ·
q; pc̄tm q̄d p penitēciam nō diluit̃ mox suo pōdere ad aliud
trahit · semini nequā filiis sceleratis · q; p multa hoīes ef
ficiūt̃ semen diaboli et eius filii / p cōtraria opa bona efficiunt̃
filii dei / et illa pc̄ta magis explicat ī spāli · d · dereliquerūt
dn̄m · eius cultum debitū negligētes · blasphemauerūt scm̄
isrl̃ · eius bonitati detrahētes · hic scūs isrl̃ · ipse ē deus q̄ est
sanctus scōꝝ / et dicebat̃ scūs isrl̃ spāli mō / eo q; illū ppl̃m
elegerat ad suū cultum · alienati sunt retrorsum · a deo rece
dentes / et honorē s' debitum diis alienis tribuētes · ¶ Su
per quo · hic cōsequēter tangit̃ pc̄toꝝ incorrigibilitas cū dr̄ · sup
quo percutiā uos ultra · q · d · frustra q; nō sequetur correc
tio / ideo subdit · addentes preuaricationē · q · d · ex percussionib;
meis nō estis emēdati · s; magis peiorati / sicut pharao rex eg
ipti q̄d ostendit̃ cōsequēter in diuersis statib; ppli cū dr̄ · omne caput
languidū · p caput itelligit̃ rex et principes qui sunt ca
pita pplorū · et dicit languidū · q; langor ē infirmitas
incurabilis / et p hoc ostenditur eoꝝ uicia mala incorrigibilis
et omne cor merens · p cor itelligit̃ doctores et sacerdo
tes / q; sicut ex corde procedit sensus et motus ad alias partes
corporis · sic p doctores et sacerdotes debēt alii accipere
sensum bone cognitiōis et motum bone opacionis / accipiēdo
ab eis doctrinā et exemplū uirtutis · s; cōtrario dr̄ hic · omne cor
merēs · nō merore cōtritionis de pc̄tis · s; merore qui ē
defectu doctrine et uirtutis · a planta pedis usq; p hoc
itelligit̃ reliquus ppl̃s procedēdo a minorib; usq; ad maio
res · nō ē in eo sanitas · s · grē et uirtutis · et p hoc itelli
git̃ ibi sit cōtrarium infirmitas culpe ad mortē gehēne
deducēns et hāc infirmitatē specificat · d · uulnus · i · pc̄tm
patēs · et liuor · i · īuidia latēs / et plaga tumēs · i · pc̄tm
superbie inflans · nō ē circūligata · ligatura legis diuine a pc̄
cato retrahētis · nec curata medicamine · i · uerbo et exemplo sa
cerdotum et doctorum · nec fota oleo · i · opib; mīe q̄ impetrāt
remissionē dicēte daniel · & · pc̄ta tua elēis redime · Terra
uřa · h' cōsequēter subdit̃ debita pena Circa q̄d sciendū q̄d sic
dicit Ra · sa · ysayas dixit ista duab; tribub; tpr̄e ezech
decē tribubus iā captiuatis / et de terra sua trāslatis ī as
syrios ut hr̄ · 4 · Re · 18 · et iō ppha primo reducit ad mēoriā
illā destructionē et 2° cōminat̃ regno iude similē ibi · et de
linquet̃ · Circa primū dicit · terra uřa · i · terra decē tribuū
que dr̄ hic pertinere ad regnū iude / q; sibi debebat̃ de iu
re eo q̄d fuit de regno dauid et salomonis · s; tpr̄e roboam
rebellauit ut hr̄ · 3 · Re · 12 · deserta · i · derelicta ab habitatorib;
suis ī assirios trāslatis ut dictū ē · ciuitates uře succēse sunt
igni · ab assiriis terrā isrl̃ destruentib; · et dicit h' ciuitates
illius terre ptinētes ad regnū iude rōne dicta · et eodē mō i
telligit̃ q̄d subdit · regionē uřam corā uobis alieni deuorāt
· i · samaritani qui erant gētiles illuc adducti p regem

assyrioꝝ ut hr̄ · 4 · Re · 17 · et desolabit̃ sicut in uastitate hosti
li · i · hostes remanebūt ī ea / et iō factū ē q; filii isrl̃ ī assi
rios trāslati nō redierūt postea ad terrā illā · unde lr̄a hebrica
sic hr̄ · et desolabit̃ sicut in uersione extraneoꝝ · quia illa ter
ra fuit simplr̄ uersa ad extraneos qui nō erāt de gēte isrl̃ · ¶ Et dere
linquetur · h' ppha cōsilē penā q̄tū ad aliq̄d cōminat̃ regno
duaꝝ tribuum · d · et derelinquetur filia syon · i · ihrl̃m metro
pol' ī regno iude derelinquet̃ a suis habitatorib; trāsferēdis ī
babilonē p nabugodonosor regē / et p oēs alie ciuitates eiusdē
regni · Sicut umbraculum ī uinea · derelinquit̃ a custode
ipsius uindemia collecta / quia nō habitat ibi ultra · et si
cut tigurium ī cucumerario · cucumerib; collectis derelinquit̃
a custode · est autē cucumerarium locus ubi crescūt cucu
meres · et sicut ciuitas que uastat̃ · ciuib; inde captiua
tis · h' quia ista captiuitas reducta fuit ī terrā iuda p
cyrum regē qui dedit ppl̄o inde licenciā reuertēdi ī terrā
suā · ideo subditur · nisi dn̄s exercituū · i · angeloꝝ · reliquisset
nob' semē · i · aliquos de regno iude redeuntes sub zoro
babel qui hedificauerūt templū / et postea ciuitatē tpr̄e neemie · q̄si sodoma fuissemus · i · destructi irreparabiliter sicut
sodoma et gomorra et alie tres ciuitates fuerunt ab
sq; reparatiōe · gen̄ · 19 · ¶ Audite · hic cōsequēter ponitur me
dela contra predicta mala / et primo falsū remediū ex
cludit̃ · 2° uerum cōsulit̃ · ibi · lauamini · Circa primū sci
endū q̄d habitatores regni iude qui p maiori parte erant
ita mali ut p̄dictum ē · tamē credebant maliciā expi
ari sacrificiis et aliis huiusmōi q̄ fiebant ī templo q̄d
erat ī ihrl̃m / et hoc ē falsum sicut dr̄ prouerb · 15 · uictime impi
orū abhoīabiles dn̄o / et hoc ē quod dicit h' ppha sa
tis diffuse / et primo excludit sacrificia · 2° festa sollep
nia ibi neomeniā · tertio oronū suffragia ibi et cum
extenderitis · Circa primū excitat maiores ppli ad itel
ligēdū · d · audite uerbum dn̄i principes sodomoꝝ · i · similes ill'
q; publice et inuerecūde faciebant mala suprādicta sicut
sodomite ut hr̄ gen̄ · 19 · et iō dr̄ infra tercio cap° pc̄tm su
um sicut sodoma p̄dicauerūt nec abscōderunt · Cōsequēter excitat
minores · d · percipite auribus legē dei uři ppl̃s gomorre
et utit̃ hoc mō loquēdi q; sicut ppl̃s erat subiectus principi
bus · ita ciuitas gomorreorū erat subiecta sodome q̄
erat metropol' in quinq; ciuitatib; submersis · ulterius
proponit intentum quo mi multitudinē uictimaꝝ uřarum
dicit dn̄s · i · ī quo placent m' · q · d · nullo mō · iō subdit · ple
nus sum · s · talib; nō indigeo · s; magis abhorreo · sicut
hō plenus cibo abhoīatur ipm / iō subdit̃ · holocausta a
rietū et adipē pinguium et uitulorū et agnorū et
hyrcorū nolui · de istis · n · speciebus aīalium fiebant sacri
ficia maiora / et p reprobationē maiorū intelligit̃ reprobatio
minorum q̄ fiebant de turturib; et columbis · et dice
bant̃ holocausta que totalit̃ incēdebant̃ ad honorē
dn̄i · de sacrificiis autē p pc̄to una pars una pars ce
debat in usum sacerdotum / et alia ī usum offerentium · s; in
sacrificiis eius adipis et sanguis erat totalit̃ prohi
bitus / q; adeps cremabat̃ ī altari holocaustoꝝ et sanguis
effundebat̃ ad crepitudinē illius altaris · ut hr̄ ī leuitico ·
Cū ueneritis ante cōspectū meum · i · ad talia offerendum
sacerdotib; in introitu atrii sacerdotū q̄d dicebat̃ eē
in conspectu dn̄i / eo q̄d erat ante templum ubi dabant̃ de
cima · s; hoc · Quis q̄siuit hec de manib; uřis · q · d · ego nō
q̄siui · ut deambularetis ī atriis meis · hoc dr̄ q; preter atri
um sacerdotum ī quo offerebant̃ sacrificia erat duo alia
· unū ī quo orabāt īmundi / et aliud ī quo orabāt mūdi · ne
offeratis sacrificiū ultra · q · d · tal' oblatiō nob' nō ualet
s; magis nocet / eo q̄d polluti pc̄tis ad loca sancta accedūtis
incensum abhoīatiō ē m' · i · oblatiō thimiamatis ī altari ī
censi intra templum q̄ oblatiō erat sacrificioꝝ oblatorū sub
diuo cōsumatiō · scdm̄ q̄d dr̄ hebre · 9 · in priori quidem
tabernaculo sp introibant sacerdotes sacrificioꝝ officia cōsu
mātes · neomeniā · hic excludit sollepnitatē · d · neome
niā · i · festum quo fiebat ī nouilunio apud iudeos spēt

hitui

bissiam dñe gubernatoris/ eo q in nouilunio frequenter appet mutatio tempis/ et dr a neos qd est nouum et mene defectus/ eo q renouatur lumen lune quod defecerat. et sabbatum. qd e festum apud iudeos in memoria benefitij creatonis ut hr gen. 2°. et alias festiuitates. s. pasch. penth. tubarum. expiatois. et tabernaculorum de quib9 dictum fuit plenius leuit. 23. ¶ Nō feram loquitur scriptura de deo ad modum hois aggrauati onere/ et p hec omnia et similia ostenditur q talia nō erant deo placita s3 magis displicentia. iniqui sūt cetus uri. i. octaua eni die festi tabernaculorum fiebat cetus siue collecte. kl'as uras. i. principia mensium. p q figuratur illud quod sup dictum e/ et significatur e p neomenia. et sollepnitates uras. oes generaliter. odiuit aia mea ⁊c. et p3 ex dictis sniā. Et cum extenderitis. hic excludit orone suffragia. d. et cum extenderitis man9 uras. ad me depcando. auertam oculos meos a uobis. sicut hō auertit faciem suam ab eo quē nō uult exaudire. io subditur. et cum multiplicaueritis oronem nō exaudiam. et subdit cām pdictorum ronē. manus eni ure. i. opera ura que p man9 designantur eo q manus e organum organorum. tercio de aia. sanguine plene sunt. i. peccatis enormib9. erant. n. homicide et ydolatre et pauperum oppssores. pdicta. n. sacrificia et hm9 mōi non hēbant efficaciam ex ope opato. sicut sacrificium noue legis/ s3 tm ex fide et deuotione offerencium/ fides aūt erat in eis amota p ydolatriam/ et deuoto p maliciam obstinatam ¶ lauamini. hic ostendit uera medela consulitur. s. p ueram pniam et bonā opationē et hoc est quod dr. lauamini. a peccatorum macul'. lacrimis contricionis mundi estote. i. a recidiuio cauete. auferte malum cogitationum urarum. quia sufficit mundicia nō exterior sine interiori. ab oculis meis. homo eni uidet ea que patent. s3 de9 intuetur cor. pmo re. 16. desinite agere puerse. a malo declinando. discite bn̄ facere. i bonis uos exercendo. iste. n. sūt due ptes iustitie. s. declinare a malo et facere bonum. querite iudicium. i. executionem debite iustitie. subuenite oppresso. eum releuando. iudicate pupillo. i. p pupillo in causa sua iusta. deffendite uiduam. contra eius calumpniatores. istas aūt psonas exprimit/ q2 frequenter iniuste patiuntur calumpniam eo q nō pnt se deffendere/ et io indigent iudicum et potentum sustentatione. et uenite et arguite me dicit dñs. i. si ita feceritis tunc poteritis conqueri si a deo releuemini. ppter h subditur de releuatone a peccatis cum dr. Si fuerint pccā ura ut coccinum. isti duo colores hic positi ualde tenaces et mansiui. et io p hoc intelligitur q pccā quantumcumq sunt grauia ex genere et habituata ex consuetudine diuina gra purgabuntur. 2° subditur de releuatione a corporalib9 miseriis cum dr. Si uolueritis et audieritis me pceptis meis obediendo. bona terre comedetis. per hoc etiā intelligunt alia bona spūalia q in talib9 pmiss sunt pncipaliter intellecta. pmium. n. nō dr ex minimo bono q nutitur. s3 magis. bona autem tpalia sūt minora q opera uirtutum. q si nolueritis et me ad iracundiam puocaueritis pcepta mea transgrediendo. gladi9 aduersariorum urorum deuorabit uos. morte tpalem inferendo/ et ad morte gehenne deducendo/ que sb morte tpali intelligitur. hoies aūt carnales quales erant in ueteri testo. potissime nō attendūt nisi bona et mala sensibilia. io in diuinis pmissionib9 et comminationib9 pphe bona et mala sensibilia exprimebant sb illis intelligendo spūalia et etiam ¶ Quo facta e. hic ostendit ondit9 populo puniendo p pccātis i pxim et pmo describitur culpa. 2° pe. ppter hoc. Circa pm pmo describitur culpa hominum uulgarium cum dr. quomo facta e meretrix. i. plena meretricio p pccām adulterij scdm q dr iere. 3. equi amatores in feminas emissarij facti sūt. unusquisq ad uxorem pximi sui hiniebat. et hoc e ualde graue peccatum q pxim9 qr fit s9 iniuria a re q sustinuit ffa. ciuitas fidel'. i. p9 cōseruās fidelitate

matrimonij. plena iudicij. tpre. dd. et salonis. io subditur. iustitia habitauit in ea. s. tunc. nunc aūt homicide. ut expositum e supra. Consequenter describit culpā doctorum et sacerdotum cum dr argentum tuum. i. lingua doctorum et sacerdotum/ scdm illud puerb. 10. argentum electum lingua iusti. uersu e in scoriam. i. a ueritate in falsitate p malā legis expositionem. uinum tuum. i. correctio ppl'orum p doctores et sacerdotes/ sic q dr luc. 10. in pabola samaritani infundens oleum et uinum. ubi p uinum intelli. correctio eo q e mordicatiu9. mixtum e aqua. i. relaxatum a correctione debita/ q2 doctores culpabiles non hūt frontem corripiendi pauores. Consequenter describit culpā pncipum cum dr. pncipes tui infideles. in regimine ppli. socii furum sustentantes eos/ eo q o'cant furtis eorum. omnes diligunt munera. p auariciam. sequunt' retributiones. pcetes iustitiam io subditur. pupillo non iudicant. dando p eo snīam in causa iusta. causa uidue non ingreditur ad eos. q2 nō uident inde lucrum tpale consurgere ¶ Propter hoc. hic ostendit describitur pe debita cum dr. ppter hoc ait dns exercituum. i. angelorum. fortis isrl'. i. potens ad puniendum mala de isrl'. heu. p malo ppli mei. ego consolabor sup hostib9 meis. et subditur mod9 consolationis. et uindicabor de inimicis meis. et accipitur hic et p idest. passiones. n. irascibil' terminantur in passionib9 concupiscibil'. iratus. n. delectatur cum punit iniuriam s' illatam/ et sic ira terminatur in delectatonem. et conuertam manum meam puniente. ad te. debite puniendo. io subdit'. et excoquam ad purum scoriam tuam ⁊c. loquitur de deo ad modum hois aurifabri q p uirtutem ignis consumit quicquid e impuritatis in auro uel argento et sic purgat/ sic p ignem tribulatonis immisse a deo in iudeis p reges babilonis fuit purgat9 ppls iudeorum. qua purgatione facta reductus e a captiuitate babilonica. io subdit. et restituam iudices tuos ut fuerunt pri9. s. zorobabel. et ihm filium iosedech. machabeos et consiliarios et consiliarios tuos sicut antiquitus. s. esdram. et neemiam agenum. et zachariam pphas. post hec uocaberis ciuitas iusti. s. dei. urbs fidel'. in diuino cultu. syon in iudicio redimetur. per syon ubi erat templum ad quod pplus tenebatur ter in anno conuenire intelligitur ipe pp9 qui redēpt9 fuit de babilone p uiam iustitie in quantum p culpa sustinuit penam debitam/ et q p syon intelligatur pp9 ostendit' p hoc quod subdit'. et reducent eam. mons. n. syon q e immobil' nō fuit translatus nec reductus/ s3 pp9. et conteret scelestes et peccatores simul ⁊c. quia hij erant in peccatis suis obstinati fuerunt mortui ptim in captione ihrlm et terre in circuitu et pti in captiuitate babilonis. confundent'. n. ab ydolis. uidentes p experienciam q nō poterant eos iuuare contra babilonios. et erubescetis super ortis quos elegeratis. ad colendum ibi ydola in locis amenis et deliciosis ubi etiam suam luxuriam exercebant in ueneratione ydolorum papi moriae. unde et dicebatur deus ortorum. Cum fueritis uelud quercus defluentib9 folijs. i. morti ppinqui/ sicut folia defluunt a quercu cum incipit mortificari. et uelud ortus absq aqua. i. q mortificatur seminata et plantata. et erit fortitudo ura in fauilla stupe. i. applicata debite pene. et op9 urum sicut scintilla. q2 op9 demitorium generat tribulationis incendium. et succendetur utrumq simul. i. igne gehenne quantum ad obstinatos in malis et nō erit qui extinguat. quia ille ignis e ppetu9. potest etiā hoc referri ad ignem quo nabuzardan incendit domum dni et domum regis et domos ihrlm p circuitum. 4. re. ulto. et sic ille ignis nō fuit extinctus ab hoīe. s3 solum p consumptionem combustibil' materie.

Verbum II

dei. Postq pphā descripsit regni iude deiectionem. hic consequenter describit rest. i. e. eius erectionem. Et diuidit in duas ptes/ q2 pmo hec erectio describitur. et scdo ad describendum pdictam deiectionem reuertitur ibi. pieasti. n. pma ps a xpianis et iudeis de tepore xpi exponitur. contrario tm mō/ q2 xiani dicunt hanc scripturam fuisse impletam in aduentu ihu nazareni

que cōfitent͛ ēē xp̄m in lege et ꝓphis ꝓmissū. Iudei uō
dicūt ipām iplendā fore tp̄re messie quē expectant/ qꝛ
ihm nazarenū negant ēē xp̄m/ et arguūt ex litera hu
ius ptis p̄mo qꝛ dr̄ hic. erit nouissimis diebus mons
dom⁹ dn̄i. ꝛc̄. et sic in nouissimis dieb⁹ lr̄a hui⁹ ptis est
iplenda. dies aūt ihu nazareni nō fuerūt nouissimi
quia post morte ei⁹ fluxerūt multi anni. s. mille et cen.
igitur nō fuit xp̄s. s; alius expectat͛. Item sbditur. mons
dom⁹ dn̄i i uertice mōtiū et eleuabitur super colles
et sic in aduentu xp̄i mons syon eleuabit͛ in altū
qd nō ē adhuc factū. g⁹ ꝛc̄. Item sequitur. et fluent
ad eū om̄es gētes. s. p credulitate i xp̄m. hoc aūt nō
est factū de ihu nazareno/ quia sarraceni tartari et plꝛes
gentiles alij et etiam iudei p maiori pte nō crediderūt i
ihm nazarenū. g⁹ ꝛc̄. Itē sequit͛. et conflabūt gladios
suos in uomeres et lanceas suas in falces nō leuabit
gens contra gentē gladiū. ꝛc̄. ex quo sequit͛ qd i aduē
tu messie debeat tanta pax ēē i mūdo qd cesset usus
armorū et nā eorū i instr̄a p agricultura cōuertat͛.
Ista non solū possūt solui. s; etiā i aduersarios retorq̄
ri/ saltem p magna pte. Ad p̄mū dicendū qd nouissi
mū vno mō accipitur simplr̄ et absolute et sic teplum
nouissimū seu dies nouissimi dr̄ tēp⁹ futurū ꝓpe iu
diciū. Alio mō accipitur respectiue et sic tēp⁹ grē seu
aduēt⁹ xp̄i dr̄ nouissimū/ qꝛ legi euāgelice alia nō
succedet. ꝓpt͛ qd argum̄tū non vꝫ. qꝛ illud tēpus nouis
simū hꝫ longū tractū/ sicut ultia etas hoīs aliq̄n̄do
tantū durat q̄tū om̄s p̄cedentes. Item gen̄. xlix. dr̄ con
gregamini filii iacob ut annūciem que uentura sūt nobis
in dieb⁹ nouissimis ꝛc̄. et omīa illa iam diu sūt adiple
ta/ etiam secūdum opiōnē iudeoꝝ/ sicut fuit ibidē ex
positū. ꝓpter qd ex illo uo. in nouissimis dieb⁹. nō ha
bent augmētū. Item ibidem subditur nō auferet͛ scep
trum de iuda et dux de femore ei⁹ donec ueniat qui
mittēd⁹ est. i. xp̄s. vnde in trāslatiōe caldaica que tante auc
toritatis ē apud hebreos/ qd nulla unq̄ fuit ausa ei cōtradicē
habetur. messias. i. xp̄s ubi nos hēm⁹ q̄ mittēd⁹ est.
Cum igr̄ sceptrū et dn̄atō sint totalr̄ ablata a iudeis
iam diu ē/ sequit͛ qd aduēt⁹ xp̄i trāsiūt i p̄titū/ et cū fuit ab
latū tp̄re herodis ad quē deuolutū fuit regnū iudeorū
cum eēt alienigena/ et tp̄re ipius nat⁹ fuit ihūs naza
ren⁹/ sequit͛ qd ē et fuit uere xp̄s. quia illo tp̄re nullꝰ appa
ruit alius qui ex doctrina et opib⁹ posset dici xp̄s. et sic
argumētū redituit͛ ad ꝓpositū nr̄m. Ad s̄m dicēd̄ qd rōne
dicentes illam beatam, et non solum a christianis dicitur beata sed
etiam a sarracenis. scriptum est enim in alcorano machome-
ti. dixerunt angeli. o maria deus utique elegit te et pu-
rificavit te et elegit te claram super omnes mulieres seculorum.
Item ibidem dixerunt angeli. o maria deus annunciat tibi
verbum ex ipso nomen eius ihesus filius marie et erit hono-
rabilis in hoc seculo et in futuro. Item ibidem dixit ipsa. deus
meus quomodo erit mihi filius et non tetigit me homo dixit sic deus
creat quod vult cum decreverit utique aliquid. dicit enim esto et
erit, et hoc modo dixit gabriel marie luce 1. non erit impossibile a-
pud deum omne verbum. Item in eodem cantico prophetavit maria de
futura reprobatione iudeorum et vocatione gentium dicens. de-
posuit potentes de sede et exaltavit humiles, et sic patet eam
fuisse prophetissam. ¶ Nunc videnda sunt testimonia testium super-
inductorum. et quia prophetiam urie non habemus explicite scrip-
tam. sicut nec de multis aliis prophetis, ut patet ex decursu li-
bri Regum. ideo recurrendum est ad illud quod de eo dicitur. Iere.
26. fuit quoque vir prophetans in nomine domini urias filius semei
et prophetavit adversus civitatem istam et adversus terram hanc iuxta
omnia verba ieremie, ex quo habetur quod prophetavit destructionem
civitatis ihrlm et iudee per caldeos futuram sicut etiam ieremias
et hoc est quod dicitur in translatione caldaica supposita. et conte-
stata sum ex parte mea testificationes malas quas dixi ven-
turas in prophetia urie sacerdotis. prophetiam autem zacharie filii
barachie habemus in libro. xii. prophetarum in qua zacharie. ix.
dicitur. exulta satis filia syon iubila filia ihrlm ecce rex
tuus veniet tibi iustus et salvator ipse pauper et ascendens
super asinam etc. quod intelligitur de christo etiam secundum hebreos. ut ple-
nius ostendetur quando ad locum illum veniemus domino concedente, et hoc
est quod dicitur in translatione caldaica supra allegata. ecce futurum est
quoque omnem consolationem quam dixi venturam in prophetia zacharie

filii barachie ego adductus sum. quam consolationem splendam
dicit in adventu messye ab ipso zacharia ut dictum est. ideo sta-
tim subditur de adventu eius in mundum. et accessi ad prophe-
tissam. i. beatam virginem. et concepit et peperit filium. et
ex dictis patet quod prophetia urie de destructione civitatis fuit cer-
tum signum de impletione prophetie zacharie futura per christi adventum
¶ Ex his igitur predictis patet quod solutiones thome de aquino ad
rationes supra positas quod littera huius capituli non possit de filio ysaye
intelligi non valent, quia falsum assumunt. discurrendum
est tamen per singulas ad maiorem declarationem veritatis. Cum enim
dicit in prima quod testes fuerunt inducti ad videndum scripturam prophete
falsum, quia mundum erant nati nec fuerunt usque ad tempus
valde longum. Item si fuissent presentes adhuc non valet. quia
propheta non dixerat. adhibui in testes uriam etc. non dixit et scrip-
si. sed. accessi ad prophetissam etc. Similiter cum dicit in 2°. quod urias fu-
it testis fidelis ratione officii et reputationis regis, quia
ille urias non ponitur hic testis ut patet per predicta et sic falsum
assumit. nec fidelitas quam allegat est secundum veritatem sed secundum
falsam hominum estimationem que a prophetis factis non reputa-
tur. Quod similiter in tertia dicit tempore achaz fuisse quendam prophetam
nomine zachariam filium barachie videtur fictitium, quia de scrip-
turis non habetur auctoritatem. et ideo eadem facilitate contemnitur qua
probatur, et dato quod talis tunc fuisset. non tamen fuit ille qui hic te-
stis inducitur ut patet per predicta. Similiter quod in quarta dicit theglath
phalasar spoliasse samariam ad quod probandum allegat. xv. capitulum
quarti regum ex eodem loco apparet falsitas huius dicti, quia ibi
dicitur quod cepit aliquas civitates in extremitatibus regni israel e-
xistentes. sed ad samariam que erat metropolis non accessit.
nec per consequens spoliavit ¶ Ex his probatis ad expositionem capituli
accedamus. in quo ut supra dictum est denunciatur christi resurrecti-
o futura ad spoliationem inferni principaliter. et ex consequenti ad
significandum tamquam per signum rememorativum spoliationem duorum
regum scilicet israel et syrie. Et dividitur in duas partes, quia primo
ponitur denunciationis signum. secundo occultio misterii ibi. liga testimo-
nium. prima adhuc in duas quia primo ponitur signum denunci-
ationis. et secundo ad propositum applicatio ibi. et dixit. Circa pri-
mum dixit ysayas. Et dixit dominus ad me. Sume tibi librum
grandem. In hebreo habetur. rotulum grandem. qui dicitur grandis quia in
scribendum erat misterium christi resurgentis, quod est maximum. et
scribe in eo stilo hominis. i. clare et plane ita quod quilibet
homo parum etiam litteratus possit legere et intelligere. Unde et in
translatione caldaica habetur. Scribe in eo expositione. Sciendum
tamen quod hoc non intelligitur quantum ad misterium resurrectionis
christi, quia quantum ad hoc ponitur hic breviter et velate. sed
quantum ad captivitatem et spoliationem regum israel et syrie
que clare et lucide ponuntur in fine eodem capitulo. Sicut enim dictum
est capitulo precedenti. decens fuit ut regi achaz incredulo dare-
tur signum, cuius non intelligeret principalem intentum, et tamen hoc
ex dei liberalitate perciperet de propinquo liberationis sue ef-
fectum. quia secreta fidei incredulis sunt celanda. Unde dicit
salvator matthei. vii. nolite sanctum dare canibus etc. Velociter spo-
lia detrahe. istud convenit christo resurgenti, qui tunc celeriter
spoliavit infernum et in hoc fuit signum memorativum spolia-
tionis duorum regum prenosticum spoliationis fiende per christum.
et adhibui mihi testes fideles. verbum est dei ut predictum est. et de
fidelitate et testimoniis istorum testium dictum est. et accessi
ad prophetissam. i. virginem mariam ut dictum est. Et dixit. hic
consequenter ponitur dicti adaptatio. et secundo ponitur ratio dicti ibi.
et adiecit. Circa primum dicit. voca nomen eius. scilicet pueri nati
loquitur hic scriptura de futuro per modum preteriti, propter cer-
titudinem prophetie ut frequenter predictum est. accelera spolia de-
trahe etc. quia hec proprietas competit christo ut dictum est. quia
ante quam sciat puer vocare etc. scilicet secundum certam, ut dictum capitulo
precedenti. Unde idem est ac si diceret. ante quam fiat homo auferen-
tur fortitudo damasci. que est civitas metropolis in regno sy-
rie. et spolia samarie coram rege assyriorum. qui cito post
interfecit rasyn regem syrie, et postea cepit osee re-
gem israel. et samariam ut dictum est capitulo precedenti ¶ Et adiecit
hic consequenter ponitur ratio dicti. videlicet quare regnum israel

fuit ita ualitu

fuit ita uastatum. et primo ponitur destructionis rõ. secundo regni iude afflictio que per quandam redundantiam que erat in merito comminatum regno israel ibi. et ibit. Tertio utilis monitio ibi. hec nam. Rõ fuit quia recesserat a regno iude et a dei cultu colendo uitulos aureos et confidendo in regibus ydolatris scilicet syrie et hoc est quod dicit. pro eo quod abiecit populus iste. scilicet populus israel. aquas syloe que uadunt cum silencio. id est regimen regni iuda et dei cultum que erant magis in quiete et mansuetudine maxime tempore regum bonorum ut dauid salomonis et similium. et assumpsit magis rasym regem syrie et filium romelie. de protectione eorum magis confidendo quam de deo. propter hoc. ecce dominus adducet super eos aquas fluminis fortes et multas. id est aduersarios cum fortitudine in impetu uenientes. propter hoc subditur exponendo. regem assyriorum et omnem gloriam eius. id est potentiam exercitum eius. et ascendet super omnes riuos eius etc. id est destruet totum regnum israel sicut inundantia aquarum destruit omnia que inuenit. ¶ Et ibit. hic consequenter ponitur regni iude afflictio per redundantiam cum dicit. et ibit per iudam inundans. quia exercitu assyriorum qui destruxit samariam in regno iude uastauit quandam per quandam redundantiam. et transiens usque ad collum ueniet. id est in tantum affliget regnum quod uix poterit sustinere quod factum fuit tempore ezechie ut dictum est capitulo precedenti. et erit extensio alarum eius. id est exercitum quod ad litteram cohortes pugnatorum nominantur ale. implens latitudinem terre sue. id est iudee quam assyrii uastauerunt. o emanuel. id est christe ut dictum est capitulo precedenti. cum dicit illa terra specialiter quia ibi natus fuit conuersatus et passus. sed quia sennacherib rex assyriorum cum suo exercitu fuit diuinitus debellatus ut dictum est. Ideo subditur. Congregamini populi et uincemini. quia sennacherib multos populos adduxit secum qui fuerunt deuicti per angelum. et audite uniuerse procul terre. istud enim factum tamquam ualde mirabile fuit diuulgatum ualde longe. confortamini. confidentes in uirtute uestra. id est confortabimini. quod propheta non inducit eos ad presumptionem de sua uirtute. sed tamen predixit futuram. et uincimini uirtute diuina. accingite uos. ad uincendum secundum ueritatem. inite consilium. de captione iherusalem. et dissipabitur a deo. cuius causa subditur. quia nobiscum deus. in adiutorium nostrum uos debellans per angelum suum. ¶ Hec enim. hic consequenter ponitur monitio uidelicet quod populus iude non timeat ab humana persecutione sed solum deum et hoc est quod subditur. hec enim ait dominus ad me sicut in manu forti erudiuit me. id est ostendit mihi fortitudinem suam qua potest protegere omnes homines in se confidentes. ne irem in uia populi huius. id est timendo aduentum duorum regum sicut populus regni iude timuit ualde sicut dictum est capitulo precedenti de achaz et populo eius. et commotum est cor eius et cor populi eius. sicut mouentur ligna a facie uenti. dicens. scilicet dominus. non dicatis coniuratio. id est non timeatis a coniuratione regum israel et syrie contra uos. omnia enim que loquitur populus. scilicet populus iude. coniuratio est. id est illum loquitur de coniuratione duorum regum. contra se. sicut homines nimium timentes de aliquo periculo super se uenturo quasi continue loquitur de ipso et quia iste timor erat malus ideo subditur. et timorem eius. id est illius coniurationis. ne timeatis. sed quid sit timendum ostenditur cum subditur. dominum exercituum. id est angelorum. ipsum sanctificate. ei seruiendo. et ipse pauor uester etc. offensam illius sollicite cauendo. et erit uobis in sanctificationem. uos confirmando in bono. si ei credideritis. In lapidem autem offensionis et petram scandali duabus domibus israel. quia suo iusto iudicio fecit ruere et ille fuerunt domus facee filii romelie quam fecit ruere per osee filium hela. iiii. regum xv. et domus osee filii hela quam cum toto regno israel fecit ruere per salmanasar regem assyriorum. e. regum. 18. et quia in regno iude aliqui erant mali increduli qui ruerunt gladio sennacherib ex diuino iudicio. ideo subditur. et in laqueum et in ruinam habitantibus iherusalem. quia tamen boni remanserunt salui tempore ezechie. ideo subditur. et offendent ex eis plurimi. non dicit omnes quia sicut dictum est boni fuerunt saluati. ¶ Liga testimonium. hic ponitur occultatio misterii christi in principio huius capituli positi et primo precipitur ista occultatio. secundo prohibetur superstitiosa inquisitio et cum dixerint. Circa primum dicit ysaye a domino. liga testimonium. id est inuolue prophetiam obscuritatibus propter incredulos quibus talia sunt celanda ut dictum est supra. signa legem in discipulis meis. id est designa legem euangelium dandam discipulis meis. id est apostolis aliis quam christi discipulis qui predicando legem obscuritates prophetiarum aperuerunt et declarauerunt ostendentes eas in christo impletas ut patet in actibus apostolorum sicut fuerat a deo preordinatum et hoc modo dictum fuit danieli xii. capitulo. Vade daniel quia clausi sunt signatique sermones usque ad prefinitum tempus. expectabo dominum. Ubi est ysaye hebraeus expectabo dominum. scilicet ihesum christum in carnem uenturum. qui abscondit faciem suam a iacob. id est a populo iudaico descendente a iacob quia in aduentu eius populus ille pro maiori parte fuit cecatus per infidelitatem secundum quod dicitur Romanos. xi. Cecitas ex parte contigit in israel. et prestolabor eum. id est patienter expectabo eius aduentum licet differatur in tempus longum. Ecce ego et pueri mei. aliqui exponunt hoc de duobus filiis ysaye. scilicet de iasub et de eo qui uocatus est accelera spolia detrahe in principio huius capituli quem dicunt fuisse filium ysaye. sed istud consilium est esse fictum. Item isti magis iudaizant in hoc quod Ra. sa. hebreus qui dicit hoc esse intelligendum de discipulis prophetarum qui dicuntur eorum pueri seu filii qui sunt ab eis in lege diuina instructi et per talem modum dicit apostolus corinthiorum. e. in christo ihesu per euangelium ego uos genui et secundum hoc dicit hic ysayas ecce ego et pueri mei. id est discipuli quorum aliqui habuerunt spiritum prophetandi. ideo subditur. quos dedit mihi dominus. ad quod est prophetie spiritus. in signum et portentum. fuerunt enim prophete contempti et uilipensi et multi eorum occisi. de quorum numero fuit ysayas in signum christi passuri cuius erant nuntii. a domino exercituum. id est angelorum qui habitat in monte syon. ibi enim tunc erat templum in quo erat propiciatorium quod sedes dei nominatur uel dicebatur ut dictum fuit exo. 25. et inde diuina responsa dabantur. ¶ Et cum dixerint ad uos. id est homines ydolatre et superstitiosi. querite a phitonibus et diuinis. responsum de occultis et futuris. dicuntur autem phitones qui diuinant quandam [illegible] per apparentem suscitationem aliculus mortui sicut dictum fuit diffusius primo Re. xxviii. dicuntur autem diuini generaliter diuinatores superstitiosi. qui strident incantationibus suis. quia utuntur quibusdam nominibus et uerbis ignotis et subditur responsio fidelis populi. Numquid etc. quasi dicat. sic respondebitis talibus malis persuasionibus. Numquid non populus a deo suo requiret uisionem. quasi dicat. sic quia infideles requirunt a deo suo falso. et sic debent fideles a deo suo uero ideo subditur. ad legem magis et testimonium. id est ad legem diuinitus datam et ad testimonium prophetarum a deo inspiratorum magis est recurrendum quam ad phitones et diuinos. quod si non dixerint. id est fecerint. iuxta uerbum hoc. recurrendo ad phitones et diuinos contra uerbum hoc. non erit eis matutina lux. id est uera cognitio et diuina consolatio. sicut accidit tempore regis sedechie. ideo subditur. et cum esurierit irascetur. quia tunc propter obsidionem longam preualuit fames in ciuitate. e. Re. 25. et maledicet regi suo et deo suo. quia multi de populo iuda ex impatientia maledicebant sedechie a [illegible] quo uenerat eis ista miseria et etiam deo diffidendo legem eius ad ritum gentilium transeundo. et suspiciet sursum. quasi querens a deo auxilium nullatenus [illegible] et hoc dicit pro populo qui cum sedechia remansit in ciuitate et in lege. et ad terram intuebitur. pro confusione et desperatione. et ecce tribulatio. quo ad afflictionem corporum. et tenebre. quantum ad deiectionem mentium. et dissoluto uirium ex timore et angustia. scilicet mentis eo quod non apparebat uia euasionis. et caligo persequens. quia sedechias et uiri bellatores de nocte fugerunt et caldei consecuti fuerunt. et non poterit auolare. quia sedechias cum

cōprehenderūt · iiii · Re · xxv ·

Primo tp̄re · IX ·

Prīnc q̄ descendam ad diuionē huiꝰ capli · Sciendū q̄ iudei et aliqui expositores catho
lici hoc eos nimis sequētes exponūt principiū huiꝰ ca
ad lr̄am de captiuitate duplici filioꝝ isrł · p̄ma em̄ fuit
facta p theglathphalasar regem assyrioꝝ qui captiua
uit duas tribus ultra iordanē et trāsiens iordanē cap
tiuauit multos de tribu zabulon et neptalym ut hr̄
e · Re · xv · et de hoc exponūt quod dr̄ in pn̄ huiꝰ capli
p̄mo tp̄re · i · p̄ma captiuitate · alleuiata est terra · za
bulon et terra neptalim · s · a pondere pctōꝝ · hitatori
bus suis in captiuitatē ductis · postea uō salmanasar
rex assyrioꝝ cepit osee regem isrł et residuū ppli qḋ
remāserat trāstulit in assyrios ut hr̄ · iiii · Re · 18 · et de
hoc exponūt quod sbdit · et nouissīo aggrauata ē
uia maris trāsiordanē galilee gentiū · quia aggrauata
fuit tota terra p diu flagella ī captiuitate dicta · dr̄
aūt illa terra uia maris quia ē in uia publica ad por
tandū merces a iordane ad mare mediterraneū
et eoꝰ · Sꝫ ista expō uidetur irōueniens · p̄mo q̄ ipli
cat q̄ia saltē ī modo loq̄ q̄ p̄ma captiuitatē uocat
alleuiatōnē et scdam aggrauatōꝫ / Cū tn̄ fuerint ee
dē rōnis · Item q̄ si loqueretur de scd̄a captiuitate cū
dr̄ · et nouissīo aggrauata ē · q̄ non fieret ibi mētō
de galilea que in p̄ma captiuitate fuit captiuata sol
um ī magna pte · sꝫ magis de samaria que erat ci
uitas metropolis regni et p̄ncipaliter fuit obsessa et
capta p salmanazar · Tercio quia matheꝰ · e · iiiº · dicit
hanc pphiam fuisse cōpletam ad lr̄am ī xp̄o dicens de
xp̄o et relicta ciuitate nazareth uenit et hitauit ī ciui
tē
caphanaū maritimam ī finibꝰ zabulon et neptalym ut
adimpleretur quod dictū ē p ysayam pphīam · terra za
bulon et terra neptalim uia maris trāsiordanē galilee
gentiū pplus qui ambulabat in tenebris uidit lucē
magnā · etc̄ · Item cum omēs expositores dicant q̄ neē
ē de xp̄o intelligi illud quod dr̄ sup̄ · vii · ecce uirgo cō
cipiet et pariet filiū etc̄ · eo q̄ dr̄ · mt̄ · iº · hoc autē totū
factū ē ut adīpleretur quod dictū ē a dn̄o p pphiā
dicentē · ecce uirgo hēbit in utō et piet filiū etc̄ · ea
dem nc̄citate cōpellit̄ quilꝫ catholicꝰ expone de xp̄o qḋ
dr̄ hic · p̄mo tp̄re alleuiata ē terra · etc̄ · cum matheꝰ
dicat hoc impletū ēe in xp̄o · Sꝫ sequēdo simꝫ beati
mathei p̄us caplm ī quo ponitur misteriū xp̄i q̄tū ad
eius exaltatōꝫ in signū liberatōnis regni inde ī duas
ptes diuiditur · q̄ p̄mo ponitur xp̄i exaltatō · 2º liberatō
dicta ibi · Vbū misit dn̄s · Circa p̄mū sciend̄ q̄ xp̄us
fuit exaltatꝰ · p̄mo q̄tū ad declaratōꝫ sue deitatis in
pdicatōne sua et miracul' · scdō q̄tū ad exaltatōꝫ hūa
nitatis ad dexteram pr̄is · p̄mo igitur ponitur p̄mū
et 2º scdm̄ · ibi · paruulus · Circa p̄mū sciend̄ q̄ ad pre
dicatōꝫ xp̄i aliqui crediderūt et in fide p̄mānsūt · ali
qui aūt obstinati ī sua malicia remāsūt · et aliq̄
a p̄nº credētes pꝰea ad uomitū reuersi sūt et de istis
mixtim loquitur hic pphā · Circa primū dr̄ · p̄mo tp̄re
alleuiata est terra zabulon et terra neptalim · quia
ibi xp̄us circa p̄ncipiū sue predicatōnis publice fre
quēter docuit et miracula fecit · ut dicit ut sup̄ et supra
allegatū ē / et sic fuit terra illa alleuiata a iugo dya
p ptatē xp̄i · Sꝫ tn̄ q̄ plures eoꝝ reuersi fuerūt ad uomi
tū · io sbditur · et nouissīo · i · circa finē p̄dicatōis xp̄i
aggrauata est uia maris · q̄re autē illa terra dicat̄
uia maris · sup̄ expositū ē / de ista aggrauatōe hr̄ · mt̄ ·
xi · ubi dr̄ cepit exprobrare ciuitatibꝰ ī q̄bꝰ facte sūt uir
tutes
esꝰ et sbditur · Ve tibi corozaim · Ve tibi bethsaida
q̄m si ī tyro et sydone facte eēnt uirtutes q̄ facte
sunt in uobis olim in cilicio et cinere pniam egis

sent · Iste autē ciuitates erāt sup̄ mare galilee in
finibꝰ zabulon et neptalim · et pꝰea sbditur de caphar
naū ubi xp̄us hitauit circa p̄dicatōis sue p̄ncipiū
ut sup̄ dictū ē · Et tu capharnaum nūq̄ exaltaris
usq̄ ad celū usq̄ ad infernū descendes / q̄ p p̄di
catōnē xp̄i p̄mo fuit disposita ad cōsecutōꝫ btitudi
nis credendo / et pꝰea depressa p demitā dāpnatōnis
ad uomitū redeundo sicut dictū fuit plenꝰ sup̄ ma
theū · galilee gentiū · Salomon · n · dedit yram regi ty
ri xxᵗⁱ oppida in galilea · 3 · Re · 19 · et io illa pars ta
men ē galilea gentiū / q̄ yram erat gentilis · pplus
qui ambulat ī tenebris · ignorātie et erroris · uidit
lucē magnā · i · xp̄m qui ē lux mūdi et miracula
ppria uirtute faciens · hitantibꝰ in regione umbre
mortis · error · n · et ignorantia sunt q̄i mortis umbra
lux orta est eis · s · uerbis euuāgelica · Vel pōt hec
litera referri ad pr̄es detentos in limbo īferni ī q̄bꝰ
lux orta fuit q̄n xp̄us ad eos descendit post passio
nē suā · multiplicasti gētē · nō magnificasti leticiam ·
hoc refertur ad illos qui xp̄o p̄dicante crediderūt p̄
mo · pꝰea ad uomitū reuersi sūt ut p̄dictū est · Et ideo
ex eis nō fuit uā leticie · Et cōuerso sbditur de credē
tibus et in fide p̄manentibꝰ · letabūtur corā te · etc̄ · et ita
fuit de discipulis xp̄i q̄n ī die penthecostes receperūt
plenitudinē sp̄us sc̄i alta uoce et uariis linguis loq̄n
tes magnalia dei · actuū · 2º · et huiꝰ leticie sbditur
rō cū dr̄ · Iugū eīꝫ oneris eiꝰ · i · ueteris legꝰ de quo onere
dr̄ actuū · xv · q̄ hoc ē onꝰ quod nos n̄ pr̄es nr̄i portare po
tuimꝰ · et uirgam humeri eius · s · scribarū et phariseorū
qui supra onus legis addebant ordinatōes pplo graues
scdm̄ q̄ dr̄ · mt̄ · 23 · alligant eīꝫ onera grauia et īportabi
lia et imponūt ea sup̄ humeros hōīm digito autē
suo nolūt ea mouere / ab istis aūt oībꝰ fuit liberatus
fidel' pplus p libertatē sp̄us sc̄i que ē in lege noua ·
sceptrū exactoris eiꝰ · scdm̄ quod dicit Josephus libro
de iudaico bello · iudea post ascensionē xp̄i fuit dissē
sionibꝰ intraneis dissipata / et erāt ibi aliq̄ tyrāni q̄
uexabant pplm multipliciter et rebꝰ suis spoliabant ·
maxime pplm credētē ī xp̄m / ut p̄ ī actibꝰ aplōꝝ a
quibꝰ fidelis pplus fuit liberatꝰ p exercitū romanū
uenientē ī iudeā / q̄ tūc cōmonitꝰ fuit p āgelū ut
trāsiret in regnū agrippe q̄ erat cōfederatꝰ romanis
ut hr̄ in ecclīastica hystoria / et exactores p̄dicti fue
rūt destructi et ciuitates eoꝝ succense igni · sicut ī
die madian · ista fuit uictoria gedeonis de qua hr̄ ·
iudicū · vii · que fuit sibi p̄nūciata p angelū · sicut
et fidel' pplus liberatꝰ fuit p denūciatōꝫ angeli ī regno
agrippe ut dictū ē / et exactores eorū occisi p exercitū ro
manorū et ciuitates eoꝝ succēse · io sbdit̄ · quia omīs ui
olenta p̄datō cū tumultu · i · acquisita cū clamore et rapi
na · et uestimentū mixtū sanguine · i · uestimentū occidētis
et occisi · quia non solū uestimenta occisoꝝ iquinatꝰ sāguīe
sꝫ etiā uestimēta occidēciū · erit ī cōbustionē et cibus
ignis · quia romani incēdētes ihrlm et alia loca ubi erāt
predicti exactores et tyrāni simul cōbusserūt uestimēta
illorū tyrannoꝝ / et ea que rapuerūt ab aliis quoꝝ
multos interfecerant · ut p̄ in libro de iudaico bello · et h
qḋ dr̄ hic · erit ī cōbustionē et cibꝰ ignis · illi q̄ exponūt
hunc passum de exercitu sennacherib ab āgelo pcusso ut
supra dictū ē · vii · ca° · uidētur cōtradicē textui · dicūt n ·
q̄ āgelus pcussit plaga ignea · Sic tn̄ q̄ corpora bellato
rū fuerūt incinerata · arma tn̄ et spolia remāserunt ī
tacta / ita q̄ pplus ezechie exiens ad colligend' spo
lia ualde faciliter accipiebāt ea remanentibꝰ cinibꝰ · i
aūt quod cōburit̄ et ē cibꝰ ignis nō sic remanet īnc
tū sꝫ cōuertit̄ in ignē sicut cibus ī cibatū · Paruu
lus · hic cōsequenter ponitur exaltatō xp̄i scdm̄ huanitatē in
ascensione sua · scdm̄ tamē q̄ Ra · sa · et iudei moderni
eū sequētes exponūt huc passū de ezechia rege iuda

huiꝰ

lrām corrūpendo dicūt· n· q hec ē litera hebraica· Infans datus est nob filius datus ē nob et erit principatus sup humerū eius· et uocabit nomē eius admirabil' consiliarius deus fortis pr̄ seculi futuri princeps pacis· et talis corruptio pōt de facili fieri in hebreo· q: hec dictio pacis· que signat et uocabit· et uocauit q signat et uocabit eisdem lrīs penitus scribūt in hebreo· s; uarie so nant ꝓpter aliā et aliā punctuatōz· Itē similiter qd dicit principem pacis· ī accusatiuo ꝓ nominatiuo faciliter fit ī hebreo q: noīa sūt indeclinabilia· sicut apud latinos cornu et gelu/ igr̄ sic exponit cōtra hebreos· Infans natus est nob filius datus ē nob· q·d· ꝓpha· licet a chaz sit ydolatra pessimus· tamē filius eius ezechias qui erit rex in post eum erit bonus et iustus· et uocabit nomē eius admirabil' ·rc· i· deus nr̄· qui ē admirabil' consiliarius deus fortis pater seculi futuri uocabit· s· ezechiam· principem pacis· q: faciet pacem diebus suis/ ita q noīa diuinitatē exprimētia nō referūt ad puerum natum· Sz q iste corrūpat lrām ponēdo uo cabit ꝓ uocabitur· pz ex translatōne lxx· interp̄tū/ qui fuerūt hebrei et ualde lrāti· quorū translatio talis ē· puer natus ē nob et filius datus ē nob· Cuius imperium sup humerū eius et uocabit nomē eius magni consilij angelus· ita q ꝓ illis dictoib; admirabil' cōsi· deus fo· &c· se· princeps pacis· posuerūt hoc solum magni consilij angelus· Cuius cā fuit sm̄ quod dicit ieroni· in epla ad desiderium que ꝑponit' in biblijs principio gen· quia trāstulerūt libros ve· testa· regi ptholomeo q erat philus et unius dei cultor· et io ubi in hebreo erat ul' aliter dixerūt seu trāstulerūt ne ptholome credere eos ponere duplicem deitatē/ et ut secretū fidei nō aperirent gētili· pz tñ ex eorū translatōe qd in hebreo hr̄· et uocabit· et nō uocabitur· ita q illud quod sequit· admirabil' consiliarius deus fortis ·rc· re fertur ad puerum natum· et quod in fine dicitur non hr̄· principē pacis in accusatiuo· s; princeps pacis ī no minatiuo/ q: loco istorū dictonū posuerūt in translatōe lxx· magni cōsilij āgelus ī nominatiuo· Item hoc idem pz ꝑ translatonē caldaicā que autentica est apud he breos ut dictum ē supra viij· ca· que talis ē· Infans na tus est nob filius datus ē nob et recipiet super se legē ad seruandū eā et uocabitur nomē eius ab ante mirabil' consilia deus fortis ꝑmanens in secula seclorum messyas in cuius diebus pax multiplicabit super nos· ex hoc pz manifeste q passus iste loquit' ad lrām de xp̄o qui expectabat' in lege et ꝓphetis ad salutē mūdi uenturus· quod aūt in hac translatōne ponitur· et recipiet sup se legem ad ser uandū eā· In hebreo hr̄· et erit principatus sup humerum eius· cōuenit ipi xp̄o qui factus ē sub lege/ ut dr̄ ad gal· iiij· et qui dicit de se ipo· mt· v· nō ueni soluere legē s; adi plere· quod etiā in ca dr̄· et uocabitur nomē eius ab ante mirabil' ·rc· cōuenit xp̄o qui uocatus fuit ihūs ab angelo ante q in utero conciperetur/ ut dr̄ luce· ij· in quo noīe quod salus interꝑtatur omnes cōditōnes h' tac te implicite continentur/ igr' remota falsa expositōne accedamus ad ueram que ē de deo ihū xp̄o Cuius hic itro ducitur principatus/ Superius ꝓmittit' eius natiuitas cū dr̄· puulus· n· natus ē nob· quia uere fuit puulus in humanitate/ et loquit' hic ꝓpha ꝑ modum preteriti ꝓpter certitudinē ꝓphie/ et subditur eius magnitudo ī deitate et filius· s· naturalis ipius dei patris· et ꝑpetuus sibi equalis datus est nob· sm̄ qd dr̄· Jo· iij· sic deus dilexit mū dum ut filium suum unigenitum daret ·rc· et factus ē prin cipatus super humerum eius· Crucē sibi baiulando/ ut dr̄· Jo· xix· ꝑ quam ꝑtates aereas debellauit et regnum suum potenter intrauit/ luce ult· oportuit xp̄m pati et resurgere a mortuis/ et ita intrare ī gliam suam· et uocabitur nomē eius admirabil'· miracula faciendo

consiliarius· cōsilia euāgelica ꝑceptis decalogi super addendo· deus fortis· īfernū spoliādo· pr̄ futuri seculi electos ad celestem ciuitatem adducendo· princeps pacis· s· interne quātum ad cōsciam et superne quantum ad gloriam· ꝓpter qd in eius natiuitate angeli cantauerunt gloria in altissimis deo/ et ī terra pax ho· bo· uo· luc· ij· multi plicabit' eius imperium· Vnde dicit· mt· ult· data ē michi omnis ptās in celo et in terra et pacis nō erit finis· s· pacis celestis ab eo date q est eterna· et ex hoc pz q hec lr̄a nō pōt intelligi de ezechia rege· quia pax parum durauit in eo· s· ꝑ xv· annos ul' circiter/ q: manasses filius eius fuit pessimus in principio regni· ꝓpter q tribulata fuit pax regni et ipe fuit incaptiuitatem ductus/ ut hr̄· ij· par· xxxiij· Sciendum tñ q ubi dr̄ hic· multiplicabitur eius imperium ·rc· In hebreo hr̄· lemarbe quod signat ad multiplicand' et ponitur ibi lr̄a men clausa ī medio dic tonis cōtra nām suam q: sp ponitur ī fine dictōis/ et nunq ī medio nec ī principio et hoc ad designand' q xp̄s de quo sermo hic loquitur natus fuit cōtra cursum nature de uirgine ma tre clausa· super solium dauid· ·rc· hoc ē sup soliū cele ste figuratum ꝑ soliū dauid ul' sup ecclīam militantem ꝑ regnū dauid figuratam· ut confirmet illud et corro boret ·rc· ex hoc pz q nō ē hic sermo de regno dauid n' de regno ezechie ad lrām quia illud regnū nō fuit cō firmatum ī iudicio et iusticia usq: in sempiternum· s; ecclīa sic est a xp̄o cōfirmata nō solū triumphans s; etiā mili tans/ ꝓpter qd dicit xp̄us· mt· ult· ecce ego uobiscum sum usq: in finē seculi· zelus dn̄i exercituum faciet· s; zelus est amor singularis ex amore aūt singulari ipius dei ad genus humanum impletum ē xp̄i misterium· ꝓpter q dr̄ hebre· ij· nusq angelos apprehendit· s; semē ha brahe· Verbum misit· describitur xp̄i exaltatione· hic consequenter ponitur liberatio regni iude a regibus isrl' et syrie ipm ꝑsequentibus et destruere uolentibus ut sup dictum ē capitulo vij· et premonet hic ꝓpha tpa ī quibus cōfi debant illi reges· s· eorum ad inuicem cōfederatōe et ꝑ sperorum repugnatione ibi· et dispendet· ecce triplex multi plicationem dn̄i· succensa ē· Circa primū· Verbū misit ī iacob ꝑ hoc uerbum intelligitur ꝓphia ꝯtra regnum isrl' quia iacob uocatus fuit isrl'· io subditur· et cecidit in isrl' tanq̄ pondus destruens illud regnum· et sciet per experientiam sue destructōis· omnis ꝑplus effraim· i· regni isrl' qui sic noīatur eo q primus rex ieroboam fuit de tribu effraim· et habitantes samarie· que erat metro polis in illo regno quā cepit salmanasar et ꝑplm cap tiuauit· e· re· xvij· In superbia et magnitudine cordis dicentes· ante q ꝑ salmanasar caperetur· lateres ceci derunt· ꝑ lateres hic intelligitur reges isrl' sub q bus regnum fuerat attritum/ videlicet tpre ioachaz et ante sm̄ q dr̄· e· re· xiij· attriuerat eos rex syrie et hoc isrl' mala· Ciuitates eorum munitas igne succendens et iu uenes eorum interficiens gladio et paruulos eorum elidens et pregnantes diuides· sed quadris lapidibus edificabimus· i· re ges fortiores habebimus sicut murus de lapidibus quadratis fortior ē q lateritius/ q· dicebat de facee et filio eius quē intendebant facere regem ī iuda ut dictum ē s· viij· c· et idem signatur ꝑ hoc quod sequitur· sicomoros succi derunt· i· reges paruiualoris cōsiderantur· sz cedros immu tabimus· i· altiores et potentiores statuemus· et intendebant eum subiugare regnū iuda ut dictum ē sup· et quia ta lia presumebant ex confidentia rasyn regis syrie qui erat eis cōfederatus io hanc cōfidentiam remouet ꝓpha dicens· et eleuabit dn̄s hostes rasyn super eum· s· assyrios qui interfecerunt eum ut hr̄· e· re· xvi· et inimicos eius in tumultum uertet· hoc ē ipsum et eum quod contigit cum clamore et tumultu/ et q capta syria rex assyriorum adduxit inde bellatores contra regnum isrl' ideo subditur· Syriam ab oriente· supple statuet dominus

venire. et dicit ab oriente. quia Syria est in parte orientali respectu regni Israel. et philisthiim ab occidente. quia terra philisthiorum erat super mare mediterraneum existens in parte occidentali respectu dicti regni. et devorabunt to[to] ore Israel. i. destruent ipsum toto affectu et conatu. in his omnibus. s. persecutionibus regni Israel. non est aversus furor eius domini. sed adhuc manus eius extenta ad amplius puniendum. s. per salmanasar regem qui postea captivavit regnum Israel. iiii. Re. 18. et populus. s. Israel non est reversus. s. per penitentiam et emendationem. ad percutientem se. s. ad dominum cuius voluntate et permissione fiebat punitio illa. Et disperdet. hic consequenter propheta excludit secundum de quo confidebant. s. personarum reputatorum. quia confidebant de principibus et militibus puerilis etatis et armis que excludit cum dicit. et disperdet dominus ab Israel caput. et confidebant in prophetis falsis qui propter questum sequebantur principes et milites fallendo eis prospera promittendo que excludit cum dicit. et caudam incurvantem et refrenantem. dicitur autem prophete falsi cauda quia propter lucrum principibus adherebant. sicut vulgares adherentes aliculibus principali dicitur eius cauda. et ista cauda per mendacia sua incurvabat eos a rectitudine iustitie et refrenabat eos a dei reverentia et timore. et erunt qui beatificant populum istum. s. prophete falsi promittentes eis prospera. et qui beatificantur precipitati. quia utrique fuerunt captivati. propter hoc super adolescentulis eius non letabitur dominus. quia ante etatem ad ultimum fuerunt partim occisi et partim captivati. et pupillorum ac viduarum eius non miserebitur. et multo minus aliorum quia isti propter debilitatem et impotentiam essent magis parcendi. quia omnis. s. de populo Israel. hypocrita est et nequam. per iustitie simulationem. quia secundum quod dicit Iero. simulata sanctitas duplex est iniquitas. et dicit propheta omnis etc. quia licet in populo illo essent aliqui boni ut Thobias et sibi similes. tamen erant ita pauci quod non computabantur. quia illud quod modicum est non reputatur ut habetur ii. phisicorum. In omnibus his etc. exponatur ut supra. Succensa est. hic consequenter excludit tertium de quo confidebant. s. populi multitudinem cum dicit. succensa est enim quasi ignis iniquitas. i. impietas populi Israel provocavit iram dei contra se quasi ignem ardentem. veprem et spinam vorabit. i. populum omnem. et succendetur in densitate saltus. quasi dicat. de plurima multitudine eis non valebit. et convolvetur superbia fumi. i. maiores de populo fumo superbie laborantes simul punientur cum populo. et non solum imminebat eis malum ab adversariis sed et ex dissensionibus intrinsecis que sunt magis periculose. ideo subdit. In ira domini exercituum conturbata est terra. in se ipsa. et erit populus quasi esca ignis. i. ire divine ultionis. vir fratri suo non parcet. propter intrinsecam dissensionem. et declinabit ad dexteram et esuriet etc. in hoc comminatur eis propheta malum famis quod aliquando magis nocet quam gladius ut dicit Vegetius in libro de re militari. unusquisque carnem brachii sui vorabit. i. illum de quo prius confidebat sicut de brachio suo propter dissensionem intrinsecam. ideo subditur. manasses effraym. isti enim due tribus descendebant de duobus filiis Ioseph. Cetera patent ex dictis secundum Hebreos.

Ve qui con X

dunt. hic consequenter propheta concludit ex predictis correctionem. s. populi Israel exterminationem. et tituloque ista littera in aliquibus bibliis antiquis est de capitulo precedenti in qua propheta rememoratur principum Israel maliciam dicens. Ve qui condunt leges iniquas. eas instituendo. et scribentes. eas in posterum confirmando. et hoc ad depressionem subiectorum quod est proprium tyrannorum. ideo subditur. ut opprimerent etc. et patet littera usque ibi. quid facietis. ubi devitare pena debitam. in die visitationis. quia dominus visitabit penam nostram per assyrios puniendo. ideo subditur. et calamitatis de longe venientis. quia exercitus assyriorum venit de longe contra regnum Israel. ad cuius confugietis auxilium ad [illegible] assyriorum gladium. et ubi derelinquetis gloriam vestram. per modum custodie et depositi seu salvationis. ne incurvemini sub vinculo. ducti in captivitatem vinculis alligati. et cum interfectis cadatis. quia populus Israel ab assyriis partim fuit captivatus et partim occisus ut dicit propheta. ad cuius confugietis auxilium etc. quasi dicat nullus poterit vos liberare ab istis malis quia deus sic decrevit. super omnibus his non est aversus furor eius. s. dei contra nos. sed adhuc manus eius extenta ad ulteriorem punitionem. quia decem tribus in captivitatem ducte ibi fuerunt in magna afflictione nec inde postea redierunt ad terram suam ut dicunt iudei. Ve assur. ibi secundum aliquos incipit decimum capitulum in quo propheta incipit describere punitionem extraneorum et primo assyriorum qui captivavit regnum Israel. secundo babyloniorum qui captivaverunt regnum Iuda. xiii. capitulo. ibi. In anno quo. prima in duas quia primo propheta describit assyriorum exterminium. secundo redit ad describendum Christi misterium quod erat principale suum propositum seu intentum capitulo xi. prima in duas quia primo describitur assyriorum culpa et secundo pena ibi. propter hoc mittet. Circa primum sciendum quod culpa assyriorum fuit in hoc quod potestate sibi a deo concessa ad puniendum populum Israel et etiam aliorum parum abusi fuerunt dupliciter. uno modo attribuendo victorias illas virtuti sue et non divine. secundo quia illa potestate utebantur cum nimia crudelitate. primo ergo describitur concessio dicte potestatis a deo. In cuius persona dicitur. Ve assur virga furoris mei etc. eo quod fuit instrumentum dei ad puniendum illos qui per peccata sua enormia provocaverunt iram dei. ad gentem fallacem. i. ad populum Israel ubi erant falsi prophete decipientes principes. et principes defraudabant inferiores per iniquas leges ut positum est. mandabo ei. ut privet eum spoliando de bonis et adnichilando. ideo subditur. ut ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. quod sine resistentia contemnitur. Consequenter ponitur abusus huius potestatis cum dicitur. ipse autem non sic arbitrabitur. quod sua victoria sit virtute mea. sed ad conterendum erit cor eius etc. abutendo sibi concessa potestate ex nimia crudelitate. secundo attribuens potestati sue. ideo subditur. dicet enim. corde et ore iactando. nunquid non principes mei simul reges sunt. i. equales regibus vel maiores. unde dixerunt rapsaces ezechie regi. iiii. Re. 18. quomodo poteris resistere ante unum satrapam de servis domini mei minimis. nunquid non ut carcamis etc. nomina sunt civitatum regalium quas ceperat rex assyriorum. quomodo invenit manus mea regna idoli. cum in subiciendo. sic et simulacra eorum de Ierusalem et Samaria. in Ierusalem tempore ezechie non erant simulacra secundum veritatem quia ezechias ea abstulerat. sed tantum secundum reputationem regis assyriorum qui idem reputabat cultum qui fiebat in templo domini et cultum ydolorum in aliis terris. nunquid non sicut feci Samarie et ydolis eius. quia iam ea destruxerat et inde simulacra aurea abstulerat. sic faciam Ierusalem. quia proponebat destruere et templum domini sed quia frustratus fuit ab intentione ut habetur. iiii. Re. 19. ideo subdit propheta. et erit. s. aliter quam cogitet. Cum impleverit dominus cuncta opera sua in monte Syon et in Ierusalem. affligendo eam propter peccata aliqua. visitabo super fructum. i. operationem mala. magnifici cordis. i. superbi regis assyriorum. puniendo eum de malicia sua. et mutat hic propheta modum loquendi de persona propria ad deum quod frequenter fit in prophetis qui sunt a deo inspirati et ideo locutio prophetarum est locutio divina. sicut operatio instrumenti est etiam operatio artificis. et super gloriam altitudinis oculorum eius. hoc dicit quia superbia cordis et magis apparet in oculis quam in aliis partibus corporis. dixit enim. ex superbia cordis. in fortitudine manus mee. non divine ego feci. victorias predictas. et in sapientia mea intellexi. qualiter talia essent agenda. et abstuli terminos populorum ad iungendo regno meo. et detraxi quasi potens. i. propria virtute et potentia captivavi. in sublimi residentes. i. in solio regali. et invenit quasi nidum manus mea. i. ita faciliter

eos debellauit sicut pulli exeuntes m nido capiunt. et
sicut colligunt oua que derelicta sunt. s. a matre fouen
te que colliguntur absque difficultate. sic vniuersam terram
ego congregaui. i. homines et diuicias vniuerse terre
et non fuit qui moueret pennam. i. manum contra me
prosequitur methaphoram suam de auiculis inuentis in nido
et aperiret os. ad contradicendum. et ganniret. i. loque
retur auderet. ¶ Consequenter arguitur eius superbia cum dicit. numquid glo
riabitur securis. &c. attribuendo sibi factionem et non attribu
mouenti eam. q. d. sic est in proposito quod rex assiriorum attribue
bat sibi uictorias diuina uirtute factas. Cum tamen
in eis esset solum instrumentum dei, ut supra dictum est. ¶ Propter hoc. pre
missa assiriorum culpa. hic consequenter denunciatur pena eius cum
dicit. propter hoc. i. propter superbiam predictam et dominator. Et mit
tet dominator deus exercituum. i. angelorum et per consequens nullus potest
resistere cum etiam angeli sibi seruiant. in pinguibus
eius. i. in principibus suis et bellatoribus robustis. tenuita
tem. i. defectum uiolentum per angelum suum qui vna nocte inter
fecit in castris assiriorum. clxxxv. millia assiriorum, ut
habetur. iiii. Re. 19. et subtus gloriam eius. i. armis et uestibus quibus
ornatus ardebit quasi ignis combustio quia corpora sic com
busta fuerunt quod manserunt sicut redacta in cineres ar
mis et uestibus secundum aliquos. ut dictum est supra capitulo vii.
et erit lumen israel. i. angelus custodie illius populi de
putatus qui dicitur fuisse michael. danielis. xii. in igne. i. in
percussione assiriorum per ignem modo dicto. et sanctus eius. i.
idem angelus. in flamma. i. per flammam eos interficiet. et
succendetur. et deuorabitur spina eius. i. maiores sui exer
citus. et vepres. i. minores. in die vna. i. similiter illa. n. per
cussio fuit de nocte quia tamen est pars diei naturalis dicit. In die
illa. et gloria saltus eius. i. principes sui exercitus. et carme
li eius. i. acies bellatorum. ab anima usque ad carnem consum
mentur. quia anime eorum descenderunt ad ignem gehenne et
carnes fuerunt incinerate, quia tamen uestes remanserunt
intacte ideo dicit hic usque ad carnem. s. inclusiue. quia combu
stio illa non processit usque ad uestes et arma. et erit ter
rore profugus. s. sennacherib uidens in mane plagam terri
tus fugit ad terram suam cum paucis. ideo subditur. et reliquie
saltus ligni eius. i. residui de exercitu suo qui non fuerunt
percussi. pre paucitate numerabuntur. cito et de facili. Ideo dicit
et puer scribet eos. i. scribere poterit quia potest unum me
diante sine simplici tractu. Cuius figure est sicut ioth apud
hebreos que in numeris significat decem apud eos, et tot cum
serunt cum sennacherib. et erit in die illa idem. in
tempore illo sennacherib fugato. non adiciet residuum
israel. israel. i. illi qui euaserunt manum salmanasar qui cepit
samariam et regem israel. et non audebant intrare regnum
iuda propter inimicicias que fuerunt inter regnum israel
et iuda. sed post recessum sennacherib ezechias assecu
rauit eos per epistolas et sic uenerunt in iherusalem ideo con
fidentes propter percussionem predictam. Vel aliter et melius
ut credo exponitur hoc de regno iude quantum ad ciuitates
alias ab iherusalem vnde habitatores fugerant timore senna
cherib, et plures eorum non fuerunt ausi uenire in iherusalem
uel non poterant et sic alibi latebant. sed fugato senna
cherib redierunt ad loca sua de domino confidentes audito
miraculo. inniti super eo qui percutit eos. i. super regem assy
riorum in quo tempore achaz et populus iuda fuit confisus
et ad peticionem achaz regem syrie interfecit et regnum
israel in parte spoliauit ut habetur. iiii. Re. 16. sed postea de amico fac
tus inimicus regni iuda tempore sennacherib. sed inni
tetur super dominum sanctum israel. quia uisa mirabili percussione
sennacherib ex tunc firmiter confisi fuerunt de eo quod
tur. quia iudei qui remanserunt ad deum conuersi sunt
Si. n. fuerit populus tuus quasi arena maris. i. in multitudine
magna. reliquie conuertentur ex eo. i. pauci remanebunt
ad deum uere conuersi. quia post captiuitatem regni israel per
salmanasar regem assyriorum et post uastationem regni

iude per sennacherib remanserunt pauci iudei in multitu
dine que fuerat temporibus preteritis. Consummatio abbreuia
ta inundabit iusticiam. quia exterminatio exercitus senna
cherib que fuit facta in breui tempore. s. in una nocte. faciet
inundare. i. habundare iusticiam in iudeis, quia uiso mira
culo laudauerunt deum et ex corde fideliter, aliqui uero si
bi habent. inundabit et sumitur ex vicio scriptorum propter similitu
dinem licterarum, et quia illa exterminatio facta fuit diuina
uirtute diuina ut predictum est. ideo subditur. consummationem et
abbreuiationem dominus deus exercituum faciet in medio terre. i.
in iudea que est in quarto climate terre habitabilis que di
uiditur in vii. climata, et ibi fuit percussio exercitus senna
cherib ex diuina iusticia. Sicut. n. pater pius castiga
to filio proicit uirgam ad ignem. sic post mortem deus senna
cherib cum exercitu qui erat dominus uirga ad castigandum
populum suum ut predictum est facta debita castigatione proicit
in ignem infernalem et in igne terrene, ut predictum est. Sen
nacherib tamen in propria persona non fuit combustus corporaliter sed
fugiens ad terram suam ibi interfectus fuit a filiis suis
miserabiliter. iiii. Re. 19. ¶ Propter hoc. posita assiriorum
punitione. hic consequenter ponitur ezechie et populi sui conso
latio. secundo ponitur reditus sennacherib in iudea et sui exerci
tus percussio ibi. uenient. Circa primum dicit. propter hoc. i.
propter punitionem assiriorum. hoc dicit dominus deus exercituum.
Cuius uerbum est infallibiliter uerum. noli timere populus
meus habitator syon. quia ibi uigebat cultus diuinus. ideo specialiter
dicit populus eius. ab assur. i. a rege assiriorum et eius exercitu
in uirga. n. percuciet te. ex mea ordinatione ad tu
am castigationem, et non ad delectionem. et baculum suum
leuabit super te. i. super iherusalem. in uia egypti. sennache
rib. n. cum esset in iudea eam deuastans audiuit rumo
rem de tharatha rege ethiopum quod egressus erat de ter
ra sua ad uastandum uel pugnandum contra eum ut habetur
iiii. Re. 19. et tunc recessit de iudea ut iret obuiam ei, et
uia sua erat uersus egyptum, et tunc misit nuncios et literas
quibus comminabatur ezechie et populo eius de destructione
eorum in suo reditu et hoc est quod dicit. et baculum suum
leuabit super te in uia egypti. i. exiens in uia uersus e
gyptum comminabitur tibi. Verum quia illa comminatio non
habuit effectum quia in illo reditu sennacherib fuit
percussus per angelum ut habetur infra. ideo dicit. leuabit ba
culum suum. et non percuciet quia illa comminatio non habuit
effectum. ideo subditur. adhuc. n. paululum modicumque. quia
post paucos annos rediit sennacherib. s. post duos ut
dictum fuit. iiii. Re. 19. et tunc fuit percussio eius exercitus. ideo
subditur. et consummabitur indignatio mea. i. uindicta su
per scelus eorum. s. sennacherib et sui exercitus. et suscitabit
super eum dominus exercituum flagellum. i. angelum percucientem
ipsum. iuxta plagam madian. &c. quia percussio exercitus
sennacherib fuit miraculosa sicut et percussio madiani
tarum de qua habetur iudicum. vii. et percussio egyptiorum in mari
rubro de qua habetur exo. quartodecimo. ideo subditur. et leuabit
eam in uia egypti. hoc est sicut leuabit potenciam suam ad
puniendum egyptios persequentes hebreos in uia maris
rubri exeuntes de egypto ut habetur exo. 14. In die illa. s.
percussionis exercitus sennacherib auferetur onus eius de
humero tuo. i. grauamina que tibi inferebat. et con
putrescet iugum a facie olei. i. domine misericordie qua dominus con
descendens ezechie interfecit exercitum sennacherib per
angelum et ipsum sennacherib per filios suos ut dictum est
supra. Veniet in aioth &c. hic describitur reditus sen
nacherib in iudeam ubi tunc fuit exercitus percussus cum dicit
Veniet in aioth &c. nomina sunt ciuitatum per quas ue
niebat contra iherusalem. apud magmas commendabit ua
sa sua. ibi. n. in quodam castello reposuit partem supellectilis
sue ut expeditius ueniret ad destruendum iherusalem. ideo
dicit. transierunt cursim. quia festinanter ibant contra iherusalem
gabaa sedes nostra. i. ibi poterimus uenire ad figendum castra
nostra. hoc dicebat sennacherib ad exercitum exercitui

de festinatione contra ihrlm. obstupuit rama .i. ha
bitatores eius audientes aduentum sennacherib. que
rama est ciuitas prope gabaa. gabaa saul fugit .i. habi
tatores eius [illegible] audientes expectare aduentum sennache
rib. et dicitur gabaa saul. quia ibi saul habitauit ut habetur
.i. reg. x. et tempore eius fuit ibi sedes regia. hinni uoce tu
a .i. geme pauitante ex aduentu sennacherib. filia
gallim. galli est mons in quo est ciuitas que dicitur filia il
lius/eo quod est ibi fortalicium unde ciuitas illa defenditur
sicut filia per matrem. attende laisa. s. aduentum sena
cherib ut tibi caueas. paupercula anathot. Ciuitas est
unde fuit ieremias propheta/que dicitur hic paupercula. quia
fuit ab exercitu sennacherib spoliata. migrauit me
dena .i. habitatores eius fugerunt propter sennacherib.
habitatores gebim. similiter fugerunt. quod autem sequitur
dicitur in persona sennacherib festinantis contra ihrlm dicentis
exercitui suo. confortamini adhuc dies est ut in nob stet
talis .n. mutatio in modo loquendi fit frequenter in
prophetis. Est autem nob locus prope ihrlm ad quam cum tendi
festinabat. ideo subditur. agitabit manum suam .i. sui exerci
tus uirtutem. super montem filie syon collem ihrlm. quia
ciuitatem et templum intendebat destruere quod erat
in monte syon. sed quia fuit defraudatus ab intentione
per allisionem sui exercitus per angelum etiam [illegible] quod obsideret
ihrlm ut dictum fuit .4. re. 19. ideo subditur. ecce dominator
dominus exercituum confringet laguncula .i. exercitus sen
nacherib uirtutem. laguncula .n. fit de terra. et ideo
signat humana corpora que a deo sunt de terra. Cor
pora uero bellatorum sennacherib fuerunt iacentes redac
ta. in terrore. quia sennacherib consurgens et contritos
sui exercitus uidens territus fugit. excelsi statura .i.
principes exercitus. succidentur .i. interficientur ab angelo
sicut arbor que per securim incidatur. et sublimes humiliabuntur
.i. superbi quia sennacherib cum paucis fugit a sua
superba [illegible]. et subuertetur condensa saltus ferro .i.
multitudo sui exercitus destruetur uirtute angeli quod
hic dicitur ferrum methaphorice. quia ferrum domat omnia
ut habetur daniel. ii. c. et nullo modo humana potest resis
tere uirtuti angelice. et libanus cum excelsis cadet
.s. sennacherib cum principibus suis fugiens cum ad
terram suam interfectus fuit. Unde [illegible].

Et egredietur. XI

Hic propheta [illegible] reuertitur ad describendum christi misterium quod erat
suum principale intentum. Et diuiditur in duas partes. quia
primo ponitur huius misterij descriptio. 2° subditur gentium electio
ex merito [illegible] ca. xij. Prima in tres. quia primo descri
bitur ipsius christi natiuitas. 2° eius sanctitas ibi et requi
escet. tertio sublimitas ibi in illa die. Circa primum scien
dum quod illud capitulum exponitur ad litteram de christo a doctoribus
hebreis et catholicis. Unde in translatione caldaica sic
habetur. exibit rex de filiis ysay et messyas de filiis
filiorum eius et cetera. Iudei tamen hoc exponunt futurum. christiani
uero dicunt hoc esse impletum in ihesu nazareno. et sic
secundum hoc dicitur hic. egredietur uirga .i. uirgo maria que
dicitur uirga gracilis paupertate et humilitate flexibilis pietate
et flos de radice eius ascendet .i. christus qui dicitur flos
puritatis quia nullum peccatum actuale seu originale
habuit in eo locum. et quia protulit fructum nostre salutis.
Hebrei autem utrumque exponunt de christo qui dicitur hic uirga
propter regiam dignitatem et flos propter uite puritatem.
et dicitur ascendisse de radice iesse. quia pater dauid uo
catus fuit ysai et iesse. christus autem descendit de dauid
secundum eos. ¶ Et requiescet. hic consequenter describitur ipsius christi
sanctitas et primo in se ipso. secundo in comparatione ministrorum ibi et
erit iusticia. Circa primum dicitur. Et requiescet super eum
spiritus domini. quia in baptismo eius apparuit spiritus sanctus

in specie columbe super eum. et cetera quod designat plenitu
dinem omnis gratie in eo. ideo subditur spiritus sapientie .i. datori
sapientie. uel spiritus qui est sapientia/et sic intelligitur de aliis
[illegible] intellectus et cetera. et enumerantur hic .vij. dona spiritus sancti
quorum sufficientia sic accipitur. dona .n. spiritus sancti perficiunt animam
ad hoc quod sit bene mobilis secundum instinctum ipsius dei ut magis a
domini motione prius superiori secundum illud. Ro. 8. qui spiritu dei aguntur
hij filij dei sunt. et ideo dona sunt in ratione et uoluntate. Ratio
uero speculatiua est et practica/et in utraque considerantur appre
hensio ueritatis que pertinet ad inuentionem et iudicium
de ueritate/quo ad apprehensionem igitur ueritatis perficitur specula
tiua per donum intellectus/practica uero per donum consilij. Ad rec
te uero iudicandum. speculatiua uero perficitur per donum sapientie.
practica uero per donum scientie. Uoluntas autem in hiis que
sunt ad alterum perficitur per donum pietatis/in hiis autem
que sunt ad se ipsum perficitur per donum fortitudinis contra terro
rem periculorum/contra concupiscentiam uero inordinatam delec
tabilium perficitur per donum timoris secundum illud prouerbiorum. xvj.
per timorem domini declinat omnis a malo. et sic patet quod do
na se extendunt ad omnia ad que se extendunt uirtutes
intellectuales et morales. Ista autem dona perfectis
sime fuerunt in anima christi que fuit perfectissima in omnibus
donis et carismatibus spiritus sancti. non secundum uisionem ocu
lorum. s. corporalium. iudicabit. quod exponens Ra. Sa. dicit
quod messias iudicabit per scientiam dei in eo existentem per quam
cognoscet quis sit innocens et quis reus/et in hoc lin
dicitur sed secundum catholicos ista scientia dei existens in christo duplex
est. una increata que conuenit ei in quantum deus de qua dicitur pri
re. xvi. homo uidet ea que patent. deus autem intuetur
cor. alia creata que conuenit ei in quantum homo diuinitus
ei data/et ista scientia se extendit ad omnia que fuerunt et
erunt secundum quamcumque differentiam temporis quecumque sint occulta
et sic de utraque scientia uerificatur in christo quod per scientiam
dei in eo latentem cognoscit secreta cordium omnium. et ad
idem refertur quod dicitur. neque secundum auditum aurium arguet
.i. non indigebit edoceri de ueritate ab aliquo quia
per se ipsum cognoscet. et hoc impletum fuisse in christo dicitur io.
2. opus ei non erat ut testimonium quis perhiberet de
homine. sed iudicabit in iustitia pauperes .s. euange
licos iudicans eos diuitiis celestibus dignos. ut habetur .v.
beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. et arguet
in equitate pro mansuetis terre. quod fuit impletum quando pha
riseos arguit pro apostolis quos falso notabant de transgres
sione sabbati. ut habetur xij. capitulo. et percutiet terram .i. homines
terrenos. uirga oris sui .i. doctrina sua arguendo
eorum peccata. et spiritu labiorum suorum interficiet impium .i. an
tichristum secundum quod dicitur .ij. thess. 2. tunc reuelabitur
ille iniquus quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui. et
destruet illustratione aduentus sui. ¶ Et erit. hic autem
describitur sanctitas in christi ministris [illegible] et e
rit iusticia cingulum lumborum eius et cetera .i. iusti et fide
les adherebunt sibi sicut cingulum et lumbare ad
herent homini. Unde translatio caldaica hic habet. et erunt
iusti circuitu eius et agentes fideliter appropinquantes
ei. et hoc patet impletum in apostolis aliis quod christi discipulis
et fidelibus sibi per fidem et mentem adherentibus. ha
bitabit lupus cum agno et cetera. ex hoc et sequentibus di
cunt hebrei quod in aduentu messye siue christi animalia
quecumque ferocia sic domesticabuntur quod non nocebunt
ad inuicem nec etiam hominibus et ex hoc arguunt quod ihesus
nazarenus non fuit christus in lege et prophetis promissus quia
ista domesticatio non est adimpleta temporibus suis. Sed Ra.
moyses istud dictum ponit contra [illegible] ad domesticationem
[illegible] dicens. non attendas super cor. quia in die
bus messye aliquid destinat de nouitate huius seculi uel
mouebit aliquid de operibus sex dierum. Habit enim mundus
iuxta solitum [illegible] et per omnia animalia remanebunt in
conditionibus suis naturalibus et sic ex dicto Ra. moysi pa
tet stemus argumentum. similiter patet ex textu quia [illegible]

capituli loquitur metha^ce^ cum dicit. Egredietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet et cetera ubi dicit hebrei. et botrus de radice eius ascendet et secundum eos messias ibi nominatur virga et botrus methaphorice. similiter quod subditur. et erit iustitia cingulum lumborum eius et fides cinctorium renum eius. secundum hebreos iusti et fideles messye adherentes dicuntur metha^ce^ cingulum eius. et cinctorium ut allegatum est supra per translatione caldaycam. et eadem ratione quod immediate sequitur. habitabit lupus cum agno et cetera. est metha^ce^ locutio per quam intelliguntur pacificatio conversatio et cohabitatio fidelium in primitiva ecclesia. secundum quod dicitur actuum .iiii. multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat. sed erant illis omnia communia. et sic quantumcumque fuissent ante discordes in actibus et moribus vel modo vivendi recepta fide et gratia spiritus sancti fiebant concordes in actibus et moribus et modo vivendi. et hoc est quod dicit. habitabit lupus .i. ille qui prius fuit raptor severus. cum agno .i. cum innocente et mansueto. potest etiam hoc exponi specialiter de paulo qui fuit de tribu beniamin phil. iii. beniamin vero nominatur lupus gen. xlix. beniamin lupus rapax et cetera. et paulus post conversionem suam habitavit quiete cum anania simplici et innocente. quia vero homines nominentur nominibus animalium. patet gen. xlix. ubi iudas nominatur leo. dan coluber. et beniamin lupus. hoc etiam patet communi modo loquendi hominum quo raptor nominatur lupus. fatuus asinus. et mitis agnus et sic de aliis secundum diversas conditiones. pardus .i. habens maculas ex diversis erroribus. cum edo .i. cum simplici fideli. accubabit .i. morabitur pacifice post suam conversionem ad fidem et cetera. et sic intelligitur de sequentibus cum dicit. vitulus .i. homo prius petulantis et dissolutus. et leo .i. prius superbus. et ovis .i. innocens. et puer parvulus minabit eos .i. christus qui supra .ix. capitulo nominatur parvulus. ducet enim eos ad voluntatem suam quod impletum est in illis qui obedierunt ei per fidem. vitulus .i. petulans ut dictum est. et ursus .i. ille qui prius fuit gulosus et post fidem sobrius. pascentur. uniformiter vivendo quia sicut dictum est in primitiva ecclesia omnia erant illis communia. simul requiescent catuli eorum .i. filii et familie ipsorum. et leo quasi bos comedet paleas .i. superbus prius et delicatus cum rustico fideli victu simplici erit contentus. quod impletum fuit in primitiva ecclesia ut dictum est et continue impletur in religionibus. ubi nobiles et ignobiles, litterati et illiterati victu simplici uniformiter sunt contenti. et delectabitur infans .i. de novo renatus per baptismum. super foramina aspidis .i. super personas demonibus obsessas inde demones eiciendo. secundum quod dicitur marci ultimo. signa autem eos qui crediderunt hec sequentur. In nomine meo demonia eicient linguis loquentur novis. serpentes tollent. et in caverna reguli. repetitio est eiusdem per alia verba. quia demon qui nominatur aspis hic nominatur regulus qui est venenosus serpens. non nocebunt et non occident in universo monte sancto meo. .i. ecclesia que dicitur mons sanctus ut dictum est supra .ii. capitulo. In primitiva enim ecclesia credentibus dabatur potestas super demones. sicut dictum est. et quia ista procedebant ex receptione fidei ad predicationem apostolorum per orbem. ideo subditur. quia repleta est terra scientia domini .i. evangelio christi. sicut aque maris operientes. quia tempore apostolorum fuit publicata fides catholica per orbem universum. sicut declaratum fuit ps. xviii. super illud. In omnem terram exivit sonus eorum et cetera. In die. hic consequenter describitur sublimitas christi ad quam pervenit in quantum homo per suam venditam passionem secundum quod dicitur phil. ii. humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem. mortem autem et cetera. Et primo describitur hec exaltatio. secundo exaltationis divulgatio ibi. et erit. Circa primum dicit. In die illa radix iesse .i. egrediens de radice iesse ut dictum est in principio huius capituli. et ad hoc denotandum ubi translator noster posuit secundum grammaticam debuit dicere que in feminino genere dicitur qui in masculino. quia christus naturam humanam accepit in sexu perfecto. ideo subditur. qui stat in signum populorum .i. in signum salutis generalis. et hoc fuit in sua passione impletum quando fuit elevatus in cruce. propter quod dicit salvator. Jo. iii. sicut exaltavit moyses serpentem in deserto in ligno. ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. de exaltatione autem serpentis a moyse dicitur num. xxi. fac serpentem eneum et pone eum pro signo et qui percussus aspexerit eum vivet. qui serpens eneus fuit figura christi passuri quia sicut per aspectum illius serpentis salvabantur homines a morsibus serpentium. sic qui fide intuentur mortem christi sanantur a morsibus peccatorum. sicut dictum fuit plenius num. xxi. et Jo. iii. ipsum gentes deprecabuntur quia post christi resurrectionem et ascensionem gentiles conversi ad fidem per predicationem apostolorum deprecati sunt eum devote. et erit sepulchrum eius gloriosum. tamen quia licet mors christi fuerit contemptibilis. sepultura tamen eius fuit honorabilis quia in sepulcro novo lapideo et cum lintheaminibus et aromatibus preciosis ut habetur Jo. xix. tum quia fideles per orbem existentes etiam magni et nobiles veniunt ad eius sepulcrum venerandum. Et erit. hic consequenter describitur dicte exaltationis divulgatio que facta est per predicationem apostolorum aliorum que discipulorum christi per orbem cum dicit. adiciet dominus. quia primo predicaverat per se ipsum. et secundo per apostolos suos aliosque discipulos. manum suam .i. virtutem. predicationem confirmando signis miraculis secundum quod dicitur. marci ultimo. illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. ad possidendum. per fidem et caritatem. residuum populi sui .i. electos qui sunt pauci respectu aliorum. qui derelinquentur ab assiriis et ab egypto et cetera. nomina sunt diversarum terrarum et locorum ex quibus per predicationem apostolorum aliqui conversi sunt ad fidem christi. et per istas intelliguntur alia loca que non exprimuntur ad que pervenit predicatio eorum. hebrei vero exponunt hoc de sua congregatione in iudea tempore messye quem expectant. sed huic expositioni quam falso innituntur fundamento cum adventu christi consilient in preteritum. et repugnat etiam textui. primo per hoc quod dicit hic adiciet dominus et cetera. quia hebrei primo fuerunt adducti in iudeam de egypto. et secundo de babilone. si igitur reducentur iterum ab hac dispersione in qua sunt diceretur. adiciet dominus. secundo quia dispersio in qua sunt fuit facta per romanos qui tamen non nominantur hic inter populos cum dicit ab assiriis et egypto et cetera. principaliter tamen non nominarentur romani. et elevabit signum in nationes .i. virtute crucis faciet predicari per apostolos aliosque discipulos quam predicationem etiam signis confirmabit quod iam est impletum ut dictum est. Et congregabit profugos israel et dispersos iuda colliget .i. illos qui fuerant profugi a cultu dei et dispersi per varios errores colliget in unitate fidei catholice. a quatuor plagis terre. .i. ex omni parte terre. et auferetur zelus effraym et cetera. per hoc intelligitur mutua concordia et amicitia christianorum. maxime in primitiva ecclesia ut dictum est supra. et volabunt in humeros philistiim per mare. post resurrectionem christi et ascensionem philippus predicavit in civitatibus philistinorum ut habetur actuum viii. ubi dicitur. philippus autem inventus est in azocho que est civitas philistinorum. et pertransiens evangelizabat civitatibus cunctis et cetera. terra autem philistinorum est super mare mediterraneum et sunt ibi portus et naves in quibus aliqui de apostolis et de discipulis christi fuerunt deportati ad predicandum in aliis

terris ut pz de paulo et barba et plurib9 aliis/et hec
est quod dr hic. et uolabunt i humeros philistim
.i. expedite nauigabunt i eorz maribus que dicunt hic
humeri metha[c] eo q sup humeros portant onera
sicut et sup naues. pphe aut capitm ubiqz loquit
metha[c]. simul pdabunt filios orientis. quia aliq
eorz nauigauerunt uersus oriente et pdicantes ibi
dem fidem rapuerunt inde pdam conuertentes aliqs
ad fidem qui prius erant in possione dyaboli. ydu
mea et moab. etc. quia de istis terris ad pdicatoz
aplorz aliqui credideru ad obediam fidei ueien
tes. et desolabit dns uiam maris egypti .i. niluz
qui ingreditur mare mediterraneum transiens p egip
tuz. ideo sbditur qi expositiue. et leuabit manu sua
sup flumen. et accipitur hic et p .i. ita q illud qd
predictuz e desolato lingue maris dr hic pcussio flu
minis. in fortitudine spus sui. quia dedit uirtute fa
ciendi quod subditur. et percutiet euz in septe riuis
alexander .n. magnus p magnu tep post ysayaz
et p aliqued tep ante xpi aduentu ut facilius cu
exercitu suo accederet ad alexandria et aliquas
alias ciuitates egypti fecit diuidi niluz i .vij. par
tes usqz mare mediterraneuz separatz cadentes ita
ut p eum transeant calciati .i. p euz possint hoies in
fixe faciliter et illud fuit prenosticuz q pdicato
res euuagelij transirent faciliter p orbem remotis
impedimentis uirtute diuina q pz ex hoc q adhuc uiue
te bto petro fides catholica diuulgata e uersus occidente
usqz ad mare ...u q pz ex hoc q missi a bto petro
ad ... fundauit ecclam senonis que tunc erat me
tropolis francie i honore bti petri uiui. Cum igr apli
aliiqz discipli exiuerint de ihrlm ad ... p orbem
que e i quarto climate et sic i medio terre habitabil. sic
uiuente petro diuulgata e fides catholica usqz occidente
usqz ad occeanu qui e termin9 terre habitabil ita tene
dum e eam fuisse diuulgata similiter ad alias ptes orbis
et pp uelocitatez hui9 diuulgationis sbditur. et e
rit uia residuo ppli meo .i. electis meis ad fidez uoca
dis. qui relinquetur ab assyriis .i. a demonib9 eu prius
possidentibus. sicut fuit isrl in die qua ascendit de
egypto .i. sicut diuina uirtute remota fuerunt impedimenta
exitus isrlis de egypto. sic diuina uirtute remouebuntur
impedimenta ab electis exeundo de ignorantie et errorz
tenebris q impletuz e in pdicatoe aplorz aliorz qz disci
pulorum ut uisuz e. aliter exponitur ab illo loco. et desola
bit etc. ita q p lingua maris egypti intelligitur ipa e
gyptus que est sup mare et lingit ipm. p flumine. ptas
regia que fuit fortis et magna. pp q cesar augustus
sb quo natus fuit xps diuisit ea in .vij. principatus et
sic fuit ... diminuta ne possent rebellare. et talis
subiugato hui9 regni et aliorz impio romano fuit qdaz
dispositio ad hoc q pdicatio euuagelij fieret libere per
orbem. unde dicit leo ppa in smone de aplis petro et
paulo. dispoi diuini opis maxie congruebat ut multa
regna confederarent impio romano et cito p uios ha
beret ppls pis generalis quos uni9 tenebat regimine ciuita
tis. io subditur. et erit uia residuo etc. et exponatur ut su
pra et hoc maxie fuit ipletuz tpe constantini qui uolu
it p orbem ecclias licite fabricari et fidem xpi predicari.

Et dices. XII

De scpto xpi ...
hic consequenter describit gratiarz actio p tanto
beneficio cum dr. et dices in die illa .i. i tpe gre xpi re
uelate quod uocatur dies. Ro. xiij. nox precessit dies
aut appropinquauit. Confitebor tibi dne. confessione lau
dis et graz actionis. qm iratus es m. pp peccata mea
me puniendo in captiuitate babilonica et psecutione
antiochi illustris et plurib9 tpib9 alias. conuisus est
furor tuus. i mansuetudine. et consolatus es me. p mani
festatione incarnatione. io sbditur ecce deus saluator me9
uisibiliter appens i carne assumpta. fiducialiter agam
et no timebo amplius retardari a uia bta que p xpm
fuit apta. sic n. confitebatur primitiua ecclia sb aplis
in ihrlm congregata que p maiori pte erat de gente
iudeorz ut pz in actib9 aplorum. quia fortitudo mea .i.
dans m fortitudine in aduersis. et laus mea dns. quia
uirtute diuina i primitiua ecclia fideles non solu patient
sustinebant ... sed gaudent et cu laudib9 diuinis
et factus e m in salutez. quia tunc temporis insibant ad uitam ce
lestez q no fiebat sris ueteris testi. haurietis aquas
de fontib9 saluatoris .i. o uos catholici haurietis dona
spus sancti de sacramentis noue legis i quib9 confertur gra
q no fiebat in sacramentis ueteris legis. et dicetis i illa
die. exhortando uos mutuo ad laude diuina. confitemi
dno. eius beneficia recognoscendo. et inuocate nomen ei9
ipm deuote laudando. notas facite i pplis .i. i omib9
gentib9 p pdicatione euuagelice ueritatis. adinuentiones
eius .i. modos mirabiles humane salutis quos adinue
nit diuina sapia i filij dei incarnatione. pdicatione. pas
sione. resurrectione et ascensione. mementote qm ex
celsum e nomen ei9. phil. ij. dedit illi nomen quod e sup
omne nomen ut in noie ei9 etc. Cantate dno qm magni
fice fecit. ponendo nam humanaz in xpo ad patris dexte
ram. annunciate hoc in uniuersa terra. q ipletuz e per
pdicatoz aplorum aliorz qz disciplorz xpi p orbe uni
uersum. exulta in corde. et lauda in ore. habitatio sy
on .i. ecclia que uocatur syon. hebre. xij. accessistis ad
syon montez et ciuitatez dei uiuentis celeste ihrlm. etc. qz
magnus in medio tui sanctus isrl .i. xps sanctificans fide
lem ppl xpianuz noie isrl appellatuz ut frequenter sup
dictuz. pot etia hec lra referri ad monte syon in q erat
templuz ubi legitur xps frequenter pdicasse et miracula
fecisse ibi etiam aplis sua resurrectione manifestauit
et sup eos spm sanctuz i signo uisibili misit ut dicit ie
ro9 in epla ad paulinum de omib9 sacre scpte libris.

Onus babilonis. XIII

Postqz ppha denunci
auit punitionez assyriorum qz captiuauit de
cem tribus. hic consequenter denunciat punitionez babiloniorz
qui captiuauit regnu duarum tribuum et pmo de
nunciat babiloniorz destructioz. scdo iudeorum consolatioez
ca. xiiij. Pma in tres qz pmo describit uastantis exercitus
conuocatio. 2o babiloniorum afflictio ibi. ululate. ter
tio sequens desolatio ibi et erit. Circa pmuz dr onus
babilonis .i. miseria ea opprimens. q uidit ysayas .i. p
uidit in futuru. super montez .i. contra babilone tunc
supbie eleuatam. caliginosum .i. errorib9 obtenebratam
leuate signu .i. uexillum precedens exercitum. et exalta
te uoce exhortando ad pugnaz. leuate manu .i. signum
confidentie et uictorie obtinende io sbditur. et ingredi
antur portas s. babilonis tanq uictores. duces. s. psarz
et medorum qz tyr9 rex psarum et dari9 rex medorum cu
suis exercitib9 babilonez ceperunt ut hr dan. v. ego man
daui sanctificatis meis .i. militibus meis. inspiraui
eis ... uoluntatez et audacia psis et medis pugnan
di contra babilone. et uocaui fortes meos dando eis
fortitudinez. in ira mea .i. ad exequendu punitionez a
me dispositaz. exultantes i gloria mea .i. in uictoria glo
riosa a me concedenda. ul quia tyrus rex psarum illaz
uictoria attribuit glie diuine. ut hr ult. pal. et pmo
esdre pmo. hec dicit tyrus rex psaru omia regna terre
dedit dns michi etc. Vox multitudinis .i. maximi exer
citus contra babilone uenientis. vox sonitus regnorum
.i. tum regis psarum et darij regis medorum. et quia

fortes

forte isti aliquos alios reges adduxerunt secum. dns exercituum precepit miliciae belli. quia militibus et bellatoribus inspiravit voluntatem et audaciam veniendi contra babilonem de terra longinqua non abhorrentes itineris laborem. et quia non solum homines fuerunt executores divine iusticie contra babilonem sed etiam angeli. ideo subditur. a summitate celi dns et vasa furoris eius. i. angeli qui sunt quedam instra ad exequendum divina iudicia. ut disperdat omnem terram. s. babilonis. et est locutio yperbolica ad ostendendum magnitudinem civitatis babilonie et ipsi multitudinem. sicut aliquando dr psius est totus mundus. Ululate. hic consequenter describitur babiloniorum afflictio. et primo quantum ad eorum anxietatem. secundo quantum ad eorum pene acerbitatem ibi. ecce dies dni. tercio quantum ad adversariorum ferocitatem ibi. ecce ego. Circa primum dr. ululate. s. o vos babilonii. ululatus qui est clamor confusus est indicium magni timoris prohibentis formare vocem distinctam. quia prope est dies dni. i. punitionis eius super vos. propter hoc omnes manus dissolventur. a sua virtute pro magnitudine timoris quia timor retrahit spiritus et calorem a membris exterioribus. et sic manent frigida et pars invalida. et omne cor hominis tabescet. i. contereretur pro tristicia. torsiones et dolores etc. i. babilonii affligentur pre angustia sicut illi qui patiuntur talia. unus quisque ad proximum stupebit non potens ei iuvare. facies combuste vultus eorum. quia perse et medi incenderunt babilonem. et isti fuerunt ibi combusti. Ecce dies. hic consequenter describitur afflictio babiloniorum ex pene acerbitate cum dr. ecce dies dni. i. punitionis eius. veniet crudelis. ipsis babilonijs. et plenus indignationis. et ire furoris. quia adhoc ... ponitur ... ad ponendum terram. s. babilonis. in solitudinem. quoniam stelle celi. i. principes magni. et splendor eorum. i. sapientia eorum non expandet lumen suum. quia fugiet ab eis metu et consilium contra inimicos prestandum. obtenebratus est sol in ortu suo. i. balthasar rex qui occisus fuit. daniel. v. et tamen adhuc erat prope principium regni sui. et luna non splendebit in lumine suo. i. regina non prodet ulterius in apparatu regio. et visitabo. hoc dicit in persona dni. super orbis mala. i. babilonis. et propter hoc aliqui dicunt. hic. urbis et male quia in hebreo est orbis. et dr de babilone yperbolice. sicut dr prius totus mundus quia babilon erat valde magna. unde dicit philosophus in libro politicorum quod erat magis regio clausa muris quam civitas. eo quod excedebat nobiliter magnitudinem civitatis. Dicit ... ieronimus quod muri erant in quadro edificati et quodlibet latus habebat sexdecim miliaria que faciunt octo leucas. et requiescere faciam superbiam hominum infidelium. quia babilonij erant ydolatre. ut patet in daniele. et arrogantiam fortium humiliabo. iactabant enim se de fortitudine. pretiosior erit vir auro. i. rarior eo modo loquendi quo dr. omne rarum preciosum. quia valde pauci de babilonijs remanserunt vivi. et hoc mundo obrizo. i. auro puro et rutilante. et dr obrizum ab ob et radio. dicas. super hoc celum turbabo etc. locutio est yperbolica ad designandum magnitudinem ire dei contra babilonem. et erit quasi damula fugiens leones. s. exercitus qui venerunt aliunde ad auxilium balthasar. et quasi ovis fugiens lupum. et non erit qui congreget. ad reducendum eos in babilonis auxilium. ideo subditur. unusquisque ad populum suum convertetur etc. quia timore perterriti fugerunt ad loca sua unde venerant. omnis qui inventus fuerit. remanens in babilonis. occidetur. a persis et medis. et omnis qui supvenerit. ut babilonios adiuvet. contra adversarios. infantes eorum. s. babiloniorum allidentur contra parietes. in oculis eorum. quod videre est gravissimum. diripientur domus eorum. i. opes et utensilia domorum. Ecce ego. hic describitur afflictio babiloniorum ex parte

querum ferocitate cum dr. ecce ego suscitabo super eos. i. babilonios. medos qui argentum non querant etc. unde quasi pre desiderio occidendi retardabunt predam. ideo subditur. sed sagittis parvulos interficient etc. et tamen talibus personis ad se deffendendum invalidis soler parci in bellis. et per hoc arguitur maior crudelitas quam in viros deffendere se potentes. Et erit. hic post occisionem babiloniorum describitur civitatis destructio totalis absque spe reedificationis cum dr. et erit babilon civitas gloriosa. quia de illa gloriabantur babilonii propter murorum fortitudinem et ipsi multitudinem. in regnis inclita. i. nominata propter suam nobilitatem in omnibus regnis. in superbia caldeorum. quia de ipsa se iactabant. sicut subversa. i. destructa et deiecta a statu suo. sicut subvertit dns sodomam et gomorram. i. irreparabiliter. ideo subditur. non habitabitur. ab hominibus. et non fundabitur. ad sui reedificationem. nec ponet tentoria arabs. arabes autem tunc temporis habitabant in tabernaculis frequenter mutantes loca pro pastu animalium. per hoc quod dr. nec ponet etc. designatur destructio babilonis totaliter. quia sicut erit inepta habitationi hominum. ita et pastui domesticorum animalium. ideo subditur. et requiescent ibi bestie. s. feroces et venenose. et monstruose. ideo subditur. et replebuntur domus eorum draconibus. et habitabunt ibi struciones. aves sunt magne solitudinem amantes. et pilosi saltabunt ibi. i. vulpes et lupi ut dicunt aliqui. alij vero dicunt quod pilosi hic accipiuntur pro quibusdam animalibus monstruosis que in parte habent effigiem hominis et in parte bestie. alij vero dicunt quod pilosi hic accipiuntur pro hominibus silvestribus quibus magnitudo et multitudo pilorum est pro indumentis. alij vero dicunt quod pilosi accipiuntur pro demonibus incubis. sed istud non est visibile in loco ille sit inhabitabilis nature humane ut predictum est. demones autem non habitant inter bestias que peccare non possunt. sed inter homines eos ad peccandum provocare nitentes. et respondebunt ibi ulule. aves sunt magnitudinis modice. maculis respersa. que fixo in palude rostro student boare. ideo dicitur. ulule. ab ululatu dicte. et sirene. dicit ieronimus quod sunt serpentes alati et cristati. alij vero dicunt quod sunt pisces maris in forma mulieris in parte. sed quicquid sit de talibus piscibus. tamen non accipiuntur hic sirene pisces. quia si sunt tales pisces habitant in mari et non in civitatibus destructis. In delubris voluptatis. i. in templis ydolorum in quibus gentiles exercebant voluntates suas. ut in templo priapi et veneris.

Prope est. XIIII

hic consequenter propheta denunciat iudeorum consolationem. Circa quod primo nunciatur eorum liberatio de captivitate babilonis. secundo hostes insultatio ibi. et erit. tercio insultationis confirmatio ibi. non veniet. Circa primum dicit. prope est ut veniat tempus eius. i. liberationis iudeorum de babilone que facta est in principio regni cyri. ut habetur esdre primo. sed quia hoc fuit cyro inspiratum a deo ut dr ibidem. suscitavit dns spiritum cyri regis persarum etc. ideo subditur. miserebitur enim dns iacob. i. ipsi regni inde descendentis a iacob. et eliget adhuc de israel. paucos de regno israel cum zorobabel reducendo. captivi enim samaria et translato inde populo salmanasar aliqui evadentes manum eius intraverunt regnum iude ibidem habitantes usque ad captivitatem babilonis. et sic cum illis de regno iude captivati fuerunt. et cum redeuntibus de captivitate redierunt. et requiescere eos faciet super humum suam. tempore zorobabel. esdre. neemie. et machabeorum. adiungetur advena ad eos. quia aliqui de gentilibus convertebantur ad iudaismum propter unius dei cultum. et isti dicebantur advene. et tenebunt eos populi. i. dabunt eis securitatem in via. et adducent eos in locum suum. quia cyrus dedit eis conductum. et possidebit eos domus israel super terram. i. in iudea que erat di

diuino nutu deputata. In fines et auulsos. hoc dicitur ad pauperes gentiles qui uicini fuerunt eis ad seruiendum. et erunt capientes eos qui se ceperant. etc. hoc fuit impletum tempore machabeorum qui regnum iude recuperauit a grecis multis eorum occisis et captis. et aliquibus eorum in seruitutem redactis ut patet primo machabeorum. Et erit hic consequenter ponitur insultatio contra hostes. et primo insultatio uiuorum. et secundo mortuorum ibi. infernus. Circa primum dicitur. et erit in die illa. scilicet quia tempore reductionis babilonice captiuitatis. cum requiem dederit tibi dominus a labore tuo. scilicet itineris quando ducti fuisti in babilonem. et a concussione tua. quia captiui ducuntur impellendo et concutiendo. et a seruitute dura qua ante fuisti. scilicet in babilone. sumes parabolam istam. que sequitur. contra regem babilonis. et dicit regem indefinite. quia aliqua de hiis que sequuntur verificantur de uno rege. et aliqua de altero. quomodo cessauit exactor. quia rex babilonis per violentiam bona aliorum rapiebat. quieuit tributum. quod imposuerat super alias gentes et regna. et hoc fuit potissime tempore nabugodonosor qui fuit rex potentissimus inter reges babiloniorum. contriuit dominus baculum. id est virtutem. impiorum. babiloniorum. et hoc fuit impletum in balthasar quem dominus per cyrum et darium expugnauit et occidit. dan. v. Virgam dominantium. id est sceptrum babiloniorum qui dominabantur multis gentibus. cedentem populos in indignatione. id est supple plaga insanabili. quia non poterant eis resistere. subicientem in furore gentes. quia uictoriis a deo sibi concessis abutebantur crudelitate nimia. Conquieuit et siluit omnis terra. id est habitatores omnis terre habitauerunt in pace rege babilonis deiecto. gauisa est in corde. et exultauit in signo exteriori. exultatio enim dicitur quasi extra saltus. abietes quoque. id est principes magni terre. letate sunt super te. scilicet ex tua deiectione dicentes. ex quo dormisti. sopno mortis. non ascendit qui succidat nos. id est impugnet. prosequitur enim parabolam de arboribus magnos principes significantibus ut dictum est. Infernus. hic consequenter ponitur insultatio mortuorum. et primo contra animam. secundo quantum ad corporis sepulturam ibi. omnes reges. prima in duas quia primo ponitur insultatio contra regem babilonis. secundo occasione huius fit transitus ad casum demonis ibi. quomodo cecidisti. Circa primum sciendum quod hebrei et aliqui expositores catholici ^ descendere ad penas dampnatorum. Sed saluo meliori iudicio istud non videtur ita conuenienter dictum. quia dan. quarto nabugodonosor reuersus de amentia videtur ex tunc uixisse in confessione laudis diuine. Unde ibidem dicitur. igitur post finem dierum ego nabugodonosor oculos meos ad celum leuaui. et sensus meus redditus est michi et altissimo benedixi. etc. et post ea subditur in fine capituli. nunc igitur nabugodonosor ego laudo et glorifico regem celi quia opera eius uera et omnes uie eius iudicia et gradientes in superbia potest humiliare. et sic videtur uitam suam in bono terminasse. quia ulterius non fit mentio de recidiuo ad malum. Item de in ecclesiastico. xxiiij. quarto capitulo. nabugodonosor dicitur quod fecit penitentiam fructuosam. et ideo dicendum est quod hoc refertur ad balthasar nepotem suum. qui in contemptum dei fecit apponi uasa consecrata domus domini et bibit in eis et principes eius uxores et concubine. propter quod interfectus fuit eadem nocte. dan. v. et secundum hoc dicitur. infernus. id est dyabolus qui preest inferno quia infernus dicitur esse in terre profundo. conturbatus est in occursu aduentus tui. id est commotus et intentus eo modo loquendi quo dicitur communiter quando aliquis magnus pessimus homo moritur. quod demones sunt multum occupati circa receptionem anime eius. propheta eciam aliquando utebatur modis loquendi communibus. suscitabit tibi gigantes. id est animas gigantum in inferno existentes. qui fuerunt mali homines gen. vi. ad insultandum tibi omnes principes terre. scilicet defuncti. surrexerunt de soliis suis. id est de locis in inferno sibi deputatis. et eodem modo exponitur quod subditur. omnes principes etc. et dicent tibi. insultando. et tu uulneratus es sicut et nos. id est deiectus in infernum ab honore tuo nudatus. concidit cadauer tuum. per mortem corporis

quod preuit locum istum de anima nabuch.

subter te sternetur tinea etc. quia cadauer mortuum uermibus et tineis consumitur. aliqui tamen referunt hoc ad uermem conscientie qui continue manet in dampnatis. Si autem aliquis uellet exponere ad litteram predicta de anima nabugodonosor dicendum esset quod ista prophetia ysaye non fuit predestinationis que semper impletur. sicut ione. iii. dicitur. adhuc. xl. dies et niniue subuertetur. que tamen non fuit subuersa. talis enim prophetia non profertur prout est in diuina presciencia que est immutabilis. sed secundum merita uel demerita niniuitarum niniue erat subuertenda. sed quia egerunt penitentiam ad predicationem ione non fuit impleta comminatio dicte subuersionis. sic in proposito nabugodonosor eciam ante quam propter penam suam precedentem amentiam meruerat penam gehenne et quod sibi fieret talis insultatio a dampnatis. Verum quia post amentiam recognouit dei potentiam et egit penitentiam fructuosam ut dictum est. Ideo pena per ysayam comminata non fuit impleta. et licet sic posset dici. Videtur tamen michi quod prima expositio est melior et magis consona textui. Quomodo cecidisti hic consequenter occasione regis babilonis agitur de casu demonis secundum regulam exponendi sacram scripturam que dicitur de dyabolo et eius corpore. quam inter alias ponit augustinus tercio de doctrina christiana. et ysidorus de summo bono. xx. capitulo. et illas ego posui in principio gen. pro expositione totius sacre scripture. ista autem regula qua utendum est hic intelligitur per hoc quod dyabolus est caput omnium iniquorum secundum quod dicit gregorius omelia. ix. Et ideo propter conuersionem capitis ad membra et econuerso scriptura sacra aliquando sub uno continens de uno transit ad aliud et econuerso. et hoc modo ysayas hic loquens de rege babilonis qui erat dyaboli membrum simpliciter quantum ad ipsum balthasar et ad tempus quantum ad ipsum nabugodonosor transit ad loquendum de demone dicens. quomodo cecidisti de celo. scilicet empireo. lucifer. id est pulcrior inter angelos sicut lucifer que est stella matutina pulcrior est inter stellas. ideo alio nomine vocatur venus a venustate. qui mane oriebaris. quia inter creationem eius que dicitur hic ortus et lapsum fuit tempus modicum. corruisti in terram. quia proiectus fuit in hoc aere caliginoso. qui uulnerabas gentes. id est alios angelos quibus ipse fuit occasio cadendi. angeli mali et boni frequenter apparuerunt in specie humana. et ideo nomine gentium et hominum nominantur. sicut actuum primo de duobus sanctis angelis dicitur. ecce duo uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis. etc. et de dyabolo dicit saluator mt. xiij. inimicus homo superseminauit zizania in medio tritici. qui dicebas in corde tuo. superbiendo. In celum ascendam super astra celi etc. id est super alios angelos. sic enim uoluit precellere aliis angelis indebite. scilicet ut sibi exhiberent honorem soli deo debitum et nulli subesse. non simpliciter cum sciret se non posse esse absque dei manutenentia. sed quantum ad rationem agendorum. sedebo in monte testamenti. id est in celo empireo unde procedunt omnia que in terris fiunt tamquam de aula summi imperatoris. in lateribus aquilonis qui licet secundum philosophum altitudo mundi dicatur in polo antartico. tamen secundum apparentiam hominum est in polo opposito. scilicet artico. quia iste polus est nobis semper manifestus et super nostrum emisperium eleuatus et super circa ipsum uidentur moueri stelle. polus antarticus est nobis semper occultus. Vel aliter. in monte testamenti. id est super ecclesiam que dicitur mons noui testamenti super personas enim ecclesiasticas appetit dyabolus maxime dominari. in lateribus aquilonis. id est in lateribus frigidis ex defectu caritatis. ascendam super altitudinem nubium. id est angelorum qui dicuntur nubes methaphorice propter uelocitatem motus. sicut et super dicuntur astra propter claritatem naturalis intellectus. similis ero altissimo. appetiit enim similitudinem diuinam ut predictum est. Verumtamen ad infernum detraheris. profundum laci. quia sicut eius culpa fuit grauior. ita pena maior. qui te uiderint. id est angeli sancti qui uiderunt eum cadentem et uident eius dampnationem. ad te inclinabuntur per considerationem diuine iustitie. dicentes. nunquid

est iste

est iste vir qui conturbabat terram · i. celum empireum
qui de terra vincerum · qui concussit regna · i. ordina
tiones angelorum qui de omnibus ordinibus cecide
runt aliqui cum eo · angeli enim in scriptura dicuntur re
ges quia per eos regitur tota corporalis creatura et per
omnes ordines angelorum dicuntur regna · vel potest istud
intelligi de terra habitationi hominum deputata cuius
pacem dyabolus nititur perturbare et frequenter perturbat
qui posuit orbem desertum · quia ante mortem christi o
mnes descendentes trahebant ad infernum · et urbes
eius destruxit · i. loca divini cultus que frequenter destru
xit a deo permisso · vinctis eius non aperuit carcerem
i. eos detinuit quia autem inde aliqui fuerunt emissi
in resurrectione christi fuit contra eius voluntatem · Aliqui
vero expositores exponunt de rege babylonis ad litteram
dicentes sic · quomodo cecidisti lucifer · i. tu rex babylonis
gloriosior regibus aliis sicut lucifer aliis stellis · qui
mane oriebaris · quia licet regnum babylonie fuit
valde gloriosum · tamen in hac gloria duravit per tempus mo
dicum quia primus rex gloriosus legitur fuisse nabuchodonosor cui
successit evilmerodach filius eius et isti successit bal
thasar eius filius ut declaratum fuit diffusius danielis v°
et in isto defecit regnum babylonie et translatum fuit
ad medos et persas, danielis v · corruisti in terram · deiec
tus a regni dignitate · qui vulnerabas gentes · ex
nimia crudelitate · qui dicebas in corde tuo in celum
ascendam · iste opinio · n. erat gentilium quod post dignita
tem regni in vita presenti transferebantur ad celum secundum quod dicitur
2 machabeorum xi · pre meo inter deos translato sedebo in mon
te testimonii · i. super ierusalem extendam regnum meum · sic
et factum est qui cepit sedechiam · in lateribus aquilonis
quia ierusalem dicitur esse in latere aquilonis montis · ascen
dam super altitudinem nubium · i. prophetarum · similis ero altis
simo · i. monarcha in mundo sicut est in celo · verum
ad infernum detraheris · inmo in profundum laci · quia
qui plus se exaltat per superbiam magis deicitur per penam
quod impletum fuit in balthasar ut supra dictum est · qui te
viderint ad te inclinabuntur · q. d. ita profunde deiec
tus quod qui te voluerit videre oportebit se inclinare
numquid iste est vir qui conturbavit terram · i. habitatores
terre · qui concussit regna · subiciendo ea violenter
suo imperio · Rex enim babylonis multa imperia sibi subie
cit armorum violentia · qui posuit orbem desertum
per magna parte interfectis incolis · et urbes eius
destruxit · sicut patet de ierusalem et de multis aliis quas
destruxit rex babylonis · vinctis eius · i. ab eo · non
aperuit carcerem · dimittendo eos etiam post longam macera
tionem · et secundum istam expositionem licet ista dicantur de demone
figuraliter tamen prima expositio magis consonat dic
tis littere. ¶ Omnes reges · hic consequenter ponitur insultatio
contra regem babylonis quantum ad sepulturam · et intelligitur
pars ista de nabuchodonosor de quo dicunt hebrei quod ipso
mortuo evilmerodach filius eius quem incarceraverat
propter mala que tempore amentie patris fecerat timens
ne resurgeret a morte sicut redierat de amentia de
filio ioachim fecit eum de sepulchro eici et particu
latim dividi et vulturibus dari ut sic ipsis evolantibus
partes non possent iterum congregari, et secundum hoc dicitur Omnes
reges gentium universi dormierunt · sopore mortis
in gloria · i. honorifice sepulti · tu autem proiectus es de sepul
chro tuo · modo predicto · quasi stirps inutilis · qui ad nichil
est utilis · sanie pollutus · quia cadavera sic extincta
sanie sunt polluta · Cum hiis qui interfecti sunt gladio
quorum cadavera remanent insepulta · et sic a be
stiis etiam avibus devorantur · descenderunt ad funda
menta · qui comedentibus devorantes ossa remanentia per in
undationem pluviarum trahuntur ad lacus et paludes et
descendunt ad fundum · Cetera patent ex dictis.
¶ Cum ii. posita insultatione contra regem babylonis

hic consequenter ponitur confirmatio insultationis per hoc quod de
nuntiatur exterminatio regni et primo confirmatur verbo · 2°
exemplo · ibi iuravit dominus · Circa primum dicit · Tu autem
terram tuam disperdidisti · i. cives · per oppressionem · occidisti · et si
militer exponitur quod subditur · tu populum tuum · non
vocabitur in eternum · s. regnum babylonicum quantum ad
progeniem saltem nabuchodonosor · ideo subditur · preparate filios eius
occisioni · quia balthasar fuit interfectus et tota pro
genies eius · et translatum fuit regnum ut predictum est sic per
[illegible] usque ibi · et ponam eam · i. babylonem · in possessionem e
ricii · quia facta est inhabitabilis hominibus · est autem ericius
animal spinosum · et scopabo eam · auferendo possessores de
ea, sicut de domo sordes cum scopa ¶ Iuravit · hic con
firmatur exemplo · s. regis assyriorum quem deus destru
xit ante destructionem regni babylonis et utraque de
structionem predixit ysayas in pluribus locis et hic potest
ab eo prima in signum certum destructionis future babylo
nis · q. d. cum videatis dictum meum impletum de rege assyrio
rum sciatis certitudinaliter ipsum implendum de regno babylo
niorum · et subditur hoc dicens · Iuravit dominus · i. firmiter sta
tuit · si non ut putavi · i. in prescientia mea disposui · sic e
veniet · et quid sit illud subditur · ut conteram assy
rium in terra mea · i. in iudea ubi vigebat divinus
cultus et ideo dicitur terra dei specialiter · et in montibus meis
quia iudea est terra montuosa · conculcabo eum · quia angelus
domini de exercitu assyriorum existente in iudea percussit cen
tum octoginta quinque milia bellatorum · 4 Re · 19 · et auferetur
ab eis iugum eius · i. assyriorum et populo ipsi
[illegible] quod cogitavi super omnem terram, s. ab assyriis
deprimi et gravari quod ab ea auferatur iugum assyriorum et
per hoc quod dicitur hic hoc consilium quod cogitavi · patet quod est hic
prophetia predestinationis et penitus infallibilis implenda
ut patet ex predictis · et hec manus · i. dei virtus · extenta super
omnes gentes · ad liberandum eas de oppressione assyriorum ·
Cetera patent. ¶ In anno · postquam prophetia de immanitate pu
nitionem assyriorum qui captivaverunt regnum israel et ba
byloniorum qui captivaverunt regnum iuda · hic consequenter de
nuntiat punitionem philistinorum et sic aliorum usque ad xv. et
ultra, prout patebit prosequendo. Circa primum sciendum
quod tempore achaz fortitudo regni iude fuit multum de
bilitata propter eius maliciam quia facee filius ro
melie occidit de iuda · cxx · milia et propter hoc phy
listiim invaserunt regnum iuda et ceperunt plures ci
vitates et habitaverunt in eis secundum paralipomenon xxviii · et de hoc
letabantur. sed mortuo achaz ezechias filius eius qui fuit
bonus et iustus fortificavit regnum et prevaluit contra
philisteos usque ad gazam et terminos eorum omnes a
turre custodum usque ad civitatem munitam, et hoc denun
tiat hic prophetia futurum ad populi iude consolationem et phi
listinorum desolationem · et primo notat tempus dicens · In anno
quo mortuus est rex achaz · regnante ezechia ut pre
dictum est · factum est onus istud · i. facta est revelatio ysaie
de philistinorum punitione · ideo subditur · ne leteris phi
listea omnis tu · i. nulla civitas tua letetur · quia omnis non
et nullo equipollent · unde quod dicitur omnis civitas non
letetur secundum ordinem constructionis idem est ac si diceretur nulla
civitas philistinorum letetur · s. de hoc quod subditur · quoniam com
minuta est virga · i. potentia percussoris tui · s. regni iude
quod ante tempus achaz consueverat te percutere et subicere
sicut patet tempore david · 2 Re · v · et tempore ozie ut habetur · 2 par
xxvi · ubi dicitur de ozia egressus est et pugnavit contra philisti
im et destruxit murum geth et murum iamne muros
que azoti · Cum autem propter malitiam achaz diminuta fuit po
tentia regni · sed iterum fortificatum tempore ezechie [illegible]
ditur · de radice enim colubri · i. de stirpe david et achaz
regum potentium · egredietur · non nascetur · quia iam
erat in primo anno regni sui · scilicet ad bellandum contra vos o
philistei · regulus · i. ezechias qui plus nocebit vobis quam prece
dentes sicut regulus idem est quod basiliscus qui rex serpentium

a basileos grece q e rex latine p(er)lo nocet q alii sp(eci)es quia interfuit statu et visu. nec mirand(um) e q dauid sic ius et ezechias deuotis noiant(ur) colubri et reguli uol(un)t q(uia) hoc e p(ro)pter nocumenta q fecerunt infidelib(us) sicut et sanson qui i cathalogo scorum ponitur hebreor(um) .xi. no minatur coluber et cerastes gen. xlix. s(ecundu)m om(n)es expo(si) tores **et semen eius absorbens uolucrem** .i. dep(ri)mens philistinor(um) sup(er)biam nimis eleuata ex victoria t(em)p(o)re achaz habita **et pascent(ur) p(ri)mogeniti paup(er)u(m)** .i. iudei q(ui) p(ro) achaz de paup(er)tate releuabuntur t(em)p(o)re ezechie **et pauperes fiducialiter requiescent**. interfecto exercitu se nacherib p angelum et philisteis p ezechiam depressis io s(e)q(ui)tur **et interire faciam i fame radicem tuam** .i. uirtu tem philistinor(um) i obsidione p(ro)pter defectu(m) uictualiu(m) **vlula porta clama ciuitas** (et)c. .i. custodes portaru(m) et ha bitatores ciuitatum p(ro)pter miseriam i uob(is) futura(m). **ab aqui lone .n. fumus ueniet** .i. exercitus ezechie incedens terra(m) philistinor(um) quia geth et alie ciuitates philistinor(um) supposite quas destruxit ezechias declinat uso aquilo ne(m) p(ro)pter ih(e)r(usa)l(e)m. vnde mouit exercit(us) ezechie ut dicit Ra. sa. alii uo exponu(n)t de exercitu assirior(um) et babilo nior(um) q(ui) a p(ar)te aquilonari uenit ad destruendum terra(m) philistinor(um). s(ed) p(ri)ma expo(siti)o magis consonat prece dentibus et sequentib(us). vnde s(e)q(ui)tur **et quid respondebi tur nunciis eius** .i. nunciis ezechie et p(ri)ncipu(m) ei(us) qui discurrentes p iudeam p(re)dicabant dicentes. Restitui mini ad d(omi)n(u)m deum abraham et ysaac et isr(ae)l. et reuertet(ur) ad reliquias que effugerunt manu(s) regis assirior(um) (et)c. s(ecund)o par. xxx. et s(e)q(ui)tur responsio. **quia d(omi)n(u)s fundauit syon**. eligens locum illum ad suum cultum. **et in ip(s)o sperabi(n)t pauperes p(o)p(u)li ei(us)** quia no(n) solu(m) illi de regno iude. s(ed) eciam multi de regno isr(ae)l venit ad ezechiam i ih(e)r(usa)l(e)m confidentes de diuina p(ro)tectione ut ibide(m) d(icitu)r. Sic exponit Ra. sa. aliq(ui) u(er)o expositores uti exponit de nunciis sennacherib quos misit i ih(e)r(usa)l(e)m ad terrendum ezechiam et p(o)p(u)l(u)m eius ut h(abetu)r s(ecund)o par. xxxii. et responsum fuit eis q no(n) traderet se regi assirior(um) s(ed) mag(is) confideret de diuina p(ro)tectione q(ua)m eu(m) ezechias ad hoc exhortatur p(o)p(u)l(u)m suu(m).

Onus moab. XV

Hic p(ost)q(uam) denu(n)ciatione(m) punitionis philistinor(um) p(ro)ph(et)a denu(n)ciat punitionem moabitarum qui descenderunt a loth cui abraha(m) pat(er) iudeor(um) fecit multa bona educe(n)do eu(m) de aram et edu cendo eum i egyptum et reduce(n)do gen. xii. et libera(n) do eu(m) de manu amraphel qui duxerat eu(m) captiuu(m) gen. xiiii. et p p(re)ces suas liberando eu(m) de subu(er)sione so domor(um) gen. xviii. et io moabite debebant filios isr(ae)l diligere et ip(s)i e contra tamq(uam) reddentes malu(m) p bono gaudebant de eor(um) afflictionib(us) et fauebant eor(um) afflic torib(us). et io p(ro)ph(et)a hic denu(n)ciat eor(um) vastatione(m). Et circa hoc p(ri)mo vastatione(m) eor(um) denu(n)ciare incipit. s(ecund)o eor(um) cur(us) d(ic)ta dicta sua reddit in p(ri)n(cipio) xvi. tercio ad p(ro)positum redit ibi **audiuimus**. Circa p(ri)mum incipit denu(n)ciare eor(um) vasta tione(m) duplice(m). p(ri)mo p assirios. s(ecund)o p bab(i)lonios ibi **ad torrentem**. Circa p(ri)mum dicit. **onus moab** .i. ei(us) uastatio michi reuelata supple e que sequit(ur). **quia nocte uastata est ar**. nome(n) e ciuitatis regie in regno illo. **moab co(n)ticuit**. tamq(uam) confusa et no(n) potens rebellare et accipitur hic moab p p(o)p(u)lo moabitarum **quia nocte uastatum est murus** .i. firmitas ab assiriis. eo q custodes muri no(n) pote rant ita defendere de nocte sicut de die. **ascendit dom(us) regia** .i. reg(ia) familia **et dybon** .i. habitatores dybon. **ad excelsa** ubi erant eor(um) ydola. **in planctum**. q(uas)i dicat non ad sacrificandum p uictoria s(ed) ad flendum p de iectione sua. **sup nabo et sup medaba**. no(m)i(n)a sunt ciui tatum ab aduersariis captarum. **moab ululabit**. p(re) dolo re emittens sonu(m) co(n)fusum. **In cunctis capitib(us) ei(us) calui**

pha eius pplm regni iude uocat trituram suam et filium seu filiam aree sue per quod intelligitur granum purum a palea excussum. intentio enim eius erat excutere a ppło illo omnem maliciam et castigare eos per alienam flagellationem ab eo denunciatam. Ideo subditur. que audiuit a dño exercituum. qui fallere non potest neque falli. annunciaui uobis. in ueritate per uiam correctionis. et per hoc patet quod tota pars ista a loco illo. Vade et pone speculatorem etc. intelligitur de ysaya et non de alio pha. Onus duma. hic pha scribit contra ydumeos qui post captiuitatem regni iude fuerunt captiuati a nabug. et postea liberatis iudeis per cyrum ipsi non fuerunt liberati. propter quod conquerebantur cum descendissent de ysaac per esau. sicut filii israel per iacob. sed hoc non ualebat quia non fuerant ita penitentes et conuersi ad deum sicut iudei et hoc est quod dicitur. onus duma id est edom. nomina enim hebraica aliquando variantur a parte principii et a parte finis sicut latina. unde sicut idem est nomen colinus et nicholaus sic edom et duma. ad me clamat ex seyr. id est populus ydumeorum in captiuitate detentus. edom enim et seyr nomina sunt eiusdem terre. clamat ad me pro sua liberatione. Ra. Sa. dicit quod iste clamor intelligitur oratio angeli presidentis pplo ydumeorum. angeli enim sancti deum deprecantur pro pplis quorum custodie sunt prefecti ut habetur daniel. x. Custos id est dñe qui es custos omnium. [illegible] nisi dñs custodierit ciuitatem etc. Quid de nocte. id est quantum remanet nobis de nocte huius captiuitatis. dixit custos. scilicet dñs loquens per ysaiam. Venit mane uenit et nox. id est mane consolationis et nox tribulationis [illegible] [illegible] [illegible] Onus in arabia. hic pha scribit contra agarenos [illegible] Cum quod sciendum quod duplex est arabia superior et inferior. Inferior autem [illegible] ad quam fugerunt iudei et illa fuit captiuata a nabug. propter dominationem [illegible] et non alia. et ad hoc denotandum dicitur hic. onus in arabia id est in una parte arabie et non in tota et non dicitur onus arabie sicut onus babilonis et aliarum. [illegible] In saltu ad uesperam dormietis. propter defectum hospitii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in semitis dodanim. nomen est loci ad quem est uia [illegible] Occurrentes sitienti ferte aquam qui habitatis terram austri etc. id est o uos agareni qui habitatis in plaga australi respectu iudee occurrite misericorditer iudeis fugientibus qui sunt cognati uestri. a facie enim gladiorum fugerunt etc. quod dicitur ista non procedit ex [illegible] [illegible] propter quod debetis eis magis compati. et quia hoc non fecistis. ideo subditur pena uestra cum dicit. quoniam hec dicit dñs. Cuius dictum non potest esse falsum. adhuc in uno anno. id est post captiuitatem iudeorum per unum annum stabilis in gloria et prosperitate uestra. qui in anno mercenarii est ad sciendum et recipiendum [illegible] fine anni in quo locatus reddet uobis penam pro uestra [illegible] et nequitia statim illo anno finito. Ideo subditur. et auferetur omnis gloria cedar. id est terre agarenorum sic nominate a cedar filio ysmaelis. per unum annum enim post captiuitatem regni iude captiuauit eos nabug. et reliquie numeri sagittariorum fortium etc. erant enim agareni [illegible] sagittandi sicut et ysmael eorum pater ut dicitur genesis [illegible] quod erat iuuenis sagittarius. dñs enim deus israel locutus est. cuius uerbum est stabile et firmum. et in hoc ostendit pha quod hec est phia predestinationis que infallibiliter adimpletur. Gallia

Onus uallis

XXII

hic inter predictiones aliarum gentium scribit pha predictionem regni iude addens aliqua que non fuerunt supra dicta. Et diuiditur in duas partes quia primo pha loquitur contra regnum. secundo contra sacerdotes ibi. hoc dicit dñs. Prima in duas quia primo describitur regni iude punitio. secundo subditur punitionis causa ibi reuelabitur. Prima adhuc in duas quia primo punitio denunciatur. secundo ostenditur impletio [illegible] ibi propterea dixi. Circa primum dicitur. onus uallis. hic enim [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et est in ualle. et quia pha hic describit futuram [illegible] [illegible] [illegible] rege [illegible] [illegible] nomine uallis [illegible] uisionis. quam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et tu omnis in tecta. id est ad latitandum [illegible] clamoris plena [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] urbs frequens [illegible] ciuitas exultans. et frequentia [illegible] [illegible] interfecti tui id est de ppło tuo non interfecti gladio. que est mors breuis. sed fame que est mors diuturnior. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Cuncti principes tui fugerunt. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Propterea dixi recedite a me. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] consolationem [illegible] et postea uastationem [illegible] [illegible] Dies enim interfectionis et conculcationis et fletus dño deo exercituum. id est a dño deo exercituum ordinata est dies [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in ualle uisionis. scilicet dñs faciens scrutans per caldeos et de [illegible] et magnificus super montem. scilicet syon. ubi erat templum et domus regni in maximo [illegible] et laboribus edificatum. et omnia que in monte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Unde et in libro qui apud hebreos dicitur [illegible] [illegible] [illegible] quod qui deus recordatur de destructione templi et captiuitatione iudeorum flet et latine eius [illegible] [illegible] Sed hoc dictum falsum est et puerile. et helam sustulit pharetram. In helamite qui sunt optimi sagittarii sustulerunt pharetras ad ueniendum cum nabug. contra ihrlm. et currum. id est currus ad portandum arma et alia necessaria exercitus et parietem nudauit clipeus. et clipei pedestres [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad bellandum contra ihrlm. Et erunt ualles tue electe. id est in quibus crescebat triticum et uinum habundantia. plene quadrigarum. quibus [illegible] [illegible] [illegible] Et equites ponent sedes suas in porta. id est in portis ihrlm ita quod nullus posset ire ad auxiliandum nec exire ad fugiendum. Et reuelabit. hic ponitur destructionis ihrlm causa duplex. et ponitur ibi. et uocabit. Prima causa fuit quia non confidebant de deo sed magis de propria uirtute et industria ad resistendum

[illegible] et hoc est quod dicitur: et revelabitur operimentum iude, scilicet templum quod propter sui sanctitatem sic erat opertum quod soli sacerdotes intrabant. sed tunc fecerunt inde fortalicium. et videbis in die illa armamentarium etc. id est locum ubi reponebantur arma a tempore salomonis ut illi se munirent contra caldeos. et scissuras civitatis david. ad reparandum et ponendum ibi deffensores contra caldeos propter loca debilitationem. et congregastis aquas piscine inferioris. ad providendum hominibus et iumentis de potu tempore obsidionis. et domos ierusalem numerastis. ad sciendum quot essent ibi persone et qualiter possent eis victualia sufficere. et destruxistis domos ad muniendum murum id est muros ierusalem. ad fortificandum eos de lapidibus et lignis inde assumptis et etiam ne hostes possent ibi habere latibula. loquitur enim hic de domibus que erant in suburbiis que solent destrui ante adventum adversariorum ne sint civitati obsesse nocumentum. et lacum fecistis. id est aquam currere. inter duos muros. ad maiorem fortitudinem. Civitas enim clausa erat triplici muro. et aquam piscine veteris. supple in statum pristinum restituistis. In obsidione enim plus indiget quis aqua eo quod plures conveniunt ibi ad defensionem civitatis. et ideo quedam piscina que alio tempore non erat necessaria propter quod fuerat derelicta imminente obsidione fuit reparata. et non suspexistis ad eum qui fecerat eam. scilicet ierusalem. et operatorem eius de longe quod ab eterno predestinavit ibi ponere templum nomini suo dedicatum non vidistis. ad eius auxilium recurrendo. hoc permittit ad ostendendum quod alius talis [illegible] pugne esset licitum et bonum. sicut ezechias diligenter se paravit ad resistendum sennacherib ut habetur iiii Reg. et ii paral. quia principaliter de deo confidit et illud quod erat prudentie non omisit. sed [illegible] divinum auxilium neglexerunt in sua virtute [illegible] [illegible] ¶ Et vocavit [illegible] [illegible] [illegible] in die illa. id est tempore destructionis ierusalem. ad fletum et planctum etc. id est ad debitam contritionem et satisfactionem ut evaderent penam divine ultionis. et ecce gaudium et letitia. per contrarium in contemptum verbi prophetarum ad penitentiam revocantium. comedamus et bibamus cras enim moriemur. hoc enim inter epulas derisorie dicebant eo quod prophete comminabantur eis captivitatem et mortem nisi penituissent. et quia tale contemptum [illegible] [illegible] [illegible] id est [illegible] [illegible]. et revelata est in auribus meis vox domini exercituum. [illegible] [illegible] [illegible] si dimittetur iniquitas hec. id est non [illegible] [illegible] donec moriamini non solum corporis morte sed etiam gehenne et accipitur hic donec [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sicut ps. cix. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. ¶ Hec dicit. hic consequenter loquitur propheta contra sacerdotium et primo contra sobnam in speciali. secundo contra alios magis in generali ibi in die illa. prima in duas quia primo ponitur ipsius sobne deiectio. secundo eliachim institutio ibi et erit. Circa primum sciendum quod iste sobna et ei adherentes suadebant ezechie quod redderet et civitatem sennacherib ut dicunt ebrei. ysaias autem [illegible] contrarium. et quia non fuit factum sobne consilium. ideo propter indignationem motus propter timorem sennacherib ex magnitudine potentie temporalis sennacherib et ex magnitudine potentie temporalis civitatem caperet [illegible] finaliter cum suis occulte exivit et se reddidit assiriis et ductus in eorum terram ibi mortuus fuit et hoc est quod predicitur hic ysaie a domino. vade ingredere ad sobnam prepositum templi. id est summum sacerdotem ut dicunt aliqui hebrei. alii vero dicunt quod erat thesaurarius et custos vasorum templi domini. primum tamen videtur melius dictu quia infra dicitur quod eliachim fuit summus sacerdos tempore ezechie ut dicit Ra. Sa. et scriptura hoc satis innuit in hoc capitulo. quid tu hic. scilicet agis in templo dei indigne ministrando. aut quasi quis hic. quasi dicat sic te ostendis ac si esses de genere david regis. ideo subditur quia excidisti tibi hic sepulcrum etc. edificaverat sibi sepulcrum notabile in civitate david ubi sepultura regum ut post mortem esset in memoria celebri sicut et ioiada summus sacerdos fuerat ibidem sepultus propter bonitatem ipsius ut habetur ii paral. xxiiii. sed non erat simile de isto propter quod privatus fuit intento. ideo subditur ecce dominus asportari te faciet. ab assiriis. sicut asportatur gallus gallinaceus. id est per castrationem ad pusillanimitatem galline reductus et in hoc designat propheta quod propter timorem exiturus erat se assiriis redditurus. et quasi amictum sic levabit te. id est faciliter et sine resistentia. coronans coronabit te tribulatione. id est undique circumstabit tibi tribulationes sicut corona caput circundat. quasi pilam mittet te. que a ludentibus proiicitur de manu ad manum. sic iste sobna redditus primo manibus maiorum fuit positus ad manus minorum qui deduxerunt eum ad terram assiriorum. ibi morieris. et non hic ubi statuisti tibi sepulcrum. ibi erit currus glorie tue. conversus in ignominiam. et ignominia domus domini tui. quia eius ignominia redundabat in templum domini cui fuerat prepositus. et expellam te de statione tua. id est de dignitate sacerdotali in qua credis stabiliri. ¶ Et erit. hic consequenter describitur ipsius eliachim institutio cum dicitur vocabo servum meum eliachim. id est michi fideliter servientem. et induam illum tunica tua. id est tunica sacerdotali iacinctina. et cingulo tuo. de preciositate materie et speciositate forme istorum ornamentorum summi sacerdotis dicitur fuit diffuse exo. xxviii. et erit quasi pater habitantibus ierusalem. id est habens curam de eis pastoralem. et dabo clavem domus david. id est templi quod dicitur hic domus david eo quod precepit ipsum fieri per salomonem filium suum et paravit expensas magna parte et tradidit salomoni de structione templi et edificatione [illegible] ipsius i paral. xxviii. super humerum eius quasi huius omnis cure templi et cetera. ipsius et aperiet et non erit qui claudat. hoc dicitur ad ostendendum superioritatem eius ad disponendum de ingressu templi et ministerii ibidem exercendi ex quo satis ostendit quod fuit in summo sacerdotio constitutus. et figam illum paxillum in loco fideli. id est principalem in templo domini. et suspendent super eum omnem gloriam etc. id est omnes alii sacerdotes et levite innitentur eius precepto sicut appensa in paxillo innititur et. vasorum diversa genera etc. per hoc innuens quod omnia essent sub ordinatione et potestate sua. usque ad omne vas musicorum. dicuntur hic vasa musicorum instrumenta in quibus cantores canebant divinas laudes. modo loquendi hebraico quo instrumentum musicum libet [illegible] dicitur vas eius. unde et primo Reg. xx. ubi dicitur dedit igitur ionathas arma sua puero. in hebreo habetur vasa sua ¶ In die illa. hic loquitur propheta etiam contra alios sacerdotes in generali secundum quod dicunt expositores nostri communiter dicentes quod hic prophetat de abiectione sacerdotii tempore sedechie quo templum fuit combustum et sacerdotes in captivitatem ducti cum dicitur auferetur paxillus. id est iosedech qui tunc fuit sacerdos summus. et peribit quod pependerat in eo. id est alii sacerdotes et ministri innitentes ei sicut principali. Ra. Sa. vero hoc exponit de eiectione sacerdotii minus generaliter referens hanc scripturam ad ipsum sobnam de quo supra fecerat mentionem in speciali et hic iterum ut ostendat deiectionem aliorum sibi adherentium cum eo et secundum hoc cum dicitur auferetur paxillus. intelligitur ipse sobna qui fuit sacerdos summus. qui fixus fuerat in loco fideli. id est constitutus in summo sacerdotio templi et propter hoc ablatus a domino quia ministrabat infideliter et indigne. et peribit quod pependerat in eo. id est adherentes sibi. et videtur ista expositio melior quam prima quia magis littere precedenti consona. :·

Onus Tyri. XXIII

Ad intelligentiam huius capituli sciendum quod Tyrus fuit civitas sita in mari mediterraneo undique mari circumclusa, tamen ex una parte non multum distabat a litore, et ideo erat aptissima ad receptionem navium, propter quod afferebantur ibi multa mercimonia. Unde processu temporis fuit multum ditata et in superbiam elevata, propter quod divino iudicio bis fuit funditus eversa. Primo per Nabuchodonosor, qui ut eam facilius posset capere voluit eam contiguare terre implendo spatium intermedium lapidibus et lignis et terra, sed non potuit. Verumptamen navigio eam cepit et subvertit. Postea reedificata iterum per Alexandrum magnum fuit eversa, qui per multitudinem populi cum eo existentis contiguavit eam terre et sic eam cepit sine navigio. De prima vero eversione agitur in hoc capitulo et similiter ratione captivitatis Iudee, et quia regnum Tyri et regnum Iude fuerunt ad invicem confederata tempore Salomonis, iii Regum v, et ideo captivatis Iudeis debuerunt compati ratione antique confederationis, sed econtrario magis gavisi fuerunt eorum desolatione, propter quod propheta hic denuntiat Tyri destructionem. Et dividitur in duas partes quia primo denuntiat huiusmodi destructionem, secundo eiusdem restitutionem ibi: Et erit. Prima in duas quia primo denuntiat destructionem Tyri, secundo a quibus debeat destrui ibi: Ecce terra Chaldeorum. Prima adhuc in duas secundum duo que similiter propheta describit circa Tyri destructionem: primum est tristicia amicorum, secundum fuga inhabitantium ibi: Transite maria. Circa primum dicit: Onus Tyri, id est eius depressio que [illegible]. Ululate [illegible] naves maris, id est o vos naute, quia [illegible] hic continues per [illegible] domus [illegible] vel civitate, et [illegible] vastata est domus, id est Tyrus [illegible] domus [illegible]. Unde venire consueverant, supple [illegible] navigantes per mare multum consolantur quod venitur ad portum [illegible] et [illegible] quia [illegible] per aliquam [illegible] hic propheta quia [illegible] verborum dolore impediente proferantur [illegible]. De terra Cethim revelatum est eis, id est in illa terra Tyrii habebant amicos [illegible] et illi perfectes apparatum Nabuchodonosor adveniendum contra Tyrum premuniverunt eis ut se munirent, tamen [illegible] non valuit eis. Ideo subditur: Tacete qui habitatis in insula, id est in Tyro mari circumclusa, quasi dicat non loquamini de defensione que non valebit vobis. Negotiatores Sidonis, quia multi mercatores de civitate Sidonis frequentabant Tyrum, propter quod dicit: [illegible] negotiatores eius transfretantes mare repleverunt te divitiis et mercimoniis in suis navibus apportatis. In aquis multis, id est venientes per multas partes maris. Semen Nili, messis fluminis etc. In Egypto raro fit pluvia, sed fluvius Nili diffunditur primo ad hoc quod fructificent semina in terra proiecta, ut habetur Deut. xi, et ideo fruges Egypti dicuntur fruges Nili fluminis, et quia ibi crescunt in magna habundantia ferebantur inde Tyrum per navigium. Erubesce Sidon ait mare etc., id est Tyrus que nominatur hic mare eo quod erat mari circumclusa. Erubesce Sidon, quia respectu Sidonis cedit in confusionem aliarum, et modus destructionis subditur cum dicitur in persona Tyri: Non parturivi et non peperi etc., quia in eius obsidione et destructione mulieres pregnantes fecerunt abortum, et multi de pueris non adultis et de iuvenibus et virginibus mortui sunt ante etatem [illegible] et debitum incrementum. Cum auditum fuerit in Egypto quod destructa sunt Tyrus, dolebunt, eo quod habebant cum Tyriis amicitiam propter habundantiam frugum quam ibi adducebant ad vendendum. Transite. Hic

ponitur destructione Tyri [illegible] cum dicit: Transite maria, fugiendo [illegible] Ululate qui habitatis in insula, id est in Tyro [illegible]. Numquid non hec vestra est, supple civitas, et est [illegible] impedimento [illegible] ratione qua supra. Que gloriabatur a diebus pristinis in antiquitate sua, quia multa tempora cucurrerunt a sua fundatione et nulla poterant eam debellare. Ducent eam longe, id est habitatores eius. Quis cogitavit hoc super Tyrum, quasi dicat nullus homo cogitasset quod sic posset destrui. Cuius ratio subditur: Quondam coronatam, id est super alias civitates reginam propter divitias eius et fortitudinem. Cuius negotiatores principes, id est equales magnis principibus terre vel maiores. Dominus exercituum cogitavit hoc, inspirando Nabuchodonosor audaciam invadendi eam, et subditur causa ut detraheret superbiam omnis glorie, id est glorie Tyri que dicitur hic omnis gloria [illegible] ad designandum magnitudinem superbie eius, sicut de aliqua civitate in qua multum viget superbia dicitur vulgariter quod in ea est superbia totius mundi, et eodem modo intelligitur quod subditur de nobilibus Tyri: et ad ignominiam deduceret universos inclitos. Consequenter denuntiat desolationem, cum subditur: Transi terram tuam quasi flumen, id est ad modum fluminis currentis et velociter currentis. Filia maris, id est o tu Tyre que dicitur filia maris circumclusa ut dictum est supra. Non est cingulum ultra tibi, id est fortitudo resistendi que designatur per cingulum [illegible] propterea sua super mare extendit, scilicet que per navigium suum habebat [illegible] magna [illegible] conturbavit regna per suam potentiam [illegible] et quia hec sunt [illegible] subditur: Dominus mandavit adversus Chanaan, id est adversus Tyrum que sita est in terra Chanaan filii [illegible] potuerunt expellere [illegible] Chananeos. Unde dicitur Iosue xix [illegible] et Sidonis et erat usque ad [illegible] Chananea [illegible] fortitudines eius per Nabuchodonosor [illegible] Et dixit: Non adicies ultra ut glorieris [illegible] superbia elevata. Calumniam sustinens virgo filia Sidonis [illegible] [illegible] edificata [illegible] terra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod illa insula erat aptissima [illegible] edificaret [illegible] [illegible] fugiendo ibi, enim Tyrii amicos habuerunt et ideo ibi fugere [illegible] per receptaculo habendo, [illegible] hoc non valuit eis. Ideo subditur: Ibi quoque non erit requies tibi, quia Nabuchodonosor misit ad terram illam ut redderent sibi fugientes de Tyro, et terra illa non fuit ausa eos retinere. Ecce terra. Hic ostendit propheta a quibus Tyrus fuerit destruenda, scilicet a Chaldeis, et hoc est quod dicit: Ecce terra Chaldeorum parata ad invadendum Tyrum. Talis populus non fuit, id est tam fortis et crudelis. Assur fundavit eam [illegible] exponunt per hoc quod intelligitur Chaldeorum terra, sed hoc non est verum quia Gen. x dicitur de terra illa egressus est Assur, scilicet de Caldea, et iste Assur fuit filius Sem et ab eo denominata est populus Assyriorum ut dictum fuit, dicitur Gen. x. Et quia precedente tempore quidam rex Assyriorum fecit edificari Tyrum ut dictum est, ideo dicitur hic de ea: Assur fundavit eam. Sed quia destructa fuit per Chaldeos, subditur: In captivitatem traduxerunt etc. et post [illegible] Ululate naves maris, id est naute, ut exponitur est in principio huius capituli, quia devastata est fortitudo vestra, id est Tyrus in qua erat portus sollempnissimus. Et erit. Hic autem agitur de Tyri reedificatione, et primo in temporalibus, secundo in spiritualibus ibi: Et erit. Circa primum tangitur primo vastationis Tyri duratio, cum dicitur: In oblivione eris o Tyre lxx annis, quia non venerunt ibi homines ad habitandum. Sicut dies regis unius, scilicet David ut dicunt [illegible]

In quinto anno ... sicut hic dicitur ... post lxx annos. Erit ... canticum meretricis &c. meretrix in oblivione tradita sic consuevit solet cantare ad cantandum meretricis ... ad se et in hac metaphora intelligitur desiderium illorum qui remanserant de habitatoribus tyri ad reedificationem eius ut sic mercatores de diversis regnis venirent ad tyrum. **Et erit post lxx annos visitabit dominus tyrum** faciens eam reedificari. **et reducet eam ad mercedes suas** illuc apportatas de diversis regnis. **et rursus fornicabitur** &c. quod potest intelligi de fornicatione corporali quia mercatores elongati a suis uxoribus sic solent fornicari. et de fornicatione spirituali **quia illa civitas** ydolatrie fuit dedita usque ad tempus christi. ¶ **Et erit** hic incipit usque in hebreo in quo describitur reedificatio tyri in spiritualibus cum dicitur. **et erunt negotiationes eius et merces eius sanctificate domino** &c. quod dicunt aliqui impletum fuisse tempore neemie post reditum captivitatis babilonie. dicentes quod in tyro tunc fuerunt homines devoti et offerentes munera domino in iherusalem ad eius obsequium et sustentationem ministrorum. Sed quod hoc non apparet ex his que scripta sunt in esdra et neemia nec ex historia iosephi seu alia hystoria autentica. ideo videtur in salvo meliori iudicio quod impletio huius reditum debeat ad tempus christi in quo multi de tyro devote venerunt ad audiendum predicationem christi ... et reliqui devoti post eam crediderunt ad predicationem discipulorum christi ... [illegible]

Capitulum XXIIII

Aliqui expositores dicunt quod ... hoc capitulum exponendum est ad litteram de destructione ydumeorum ... [illegible] Sed hoc dictum non videtur ... [illegible] ... [illegible]

[illegible]

... **et nudabit terram** ... **et affliget faciem eius** ... quia igne posito super

fines eius cremabitur et antequam ibi afflicto metha ... sicut et ... [illegible] ... videre qui virescit. **et disperget habitatores eius**. quia tunc omnes movebuntur ut resurgant in iudicio. **et erit sicut populus sic sacerdos** &c. i. quantum ad hoc non erit ibi acceptio conditionis status aut sexus. **luxit et defluxit terra** a statu suo. **infirmata est altitudo populi terre**. quia deficiet in hominibus dominium et principatus. **et terra interfecta est** i. habitatores terre **ab habitatoribus suis** i. propter peccata habitantium. ideo subditur **quia transgressi sunt leges** divinas. **mutaverunt ius** bone consuetudinis que est ius humanum. **dissipaverunt fedus sempiternum**. facientes contra ius nature quod in mentibus humanis indelebiliter est scriptum. **propter hoc maledictio** s. dei **vorabit terram** i. homines terrenos. **et peccabunt habitatores eius** quia appropinquante iudicio habundabit iniquitas et refrigescet caritas multorum &c. ¶ **Luxit** hic consequenter describitur substractio gaudii et primo ex defectu vini quod solet esse materia gaudii secundum illud psalmi. vinum letificat cor hominis ideo dicitur. **luxit vindemia** &c. secundo ex substractione ludi recreativi cum dicitur. **cessabit gaudium tympanorum** &c. et patet littera. tertio ex destructione habitaculi cum dicitur. **attrita est civitas vanitatis** i. quelibet civitas mundi que dicitur vanitatis ... [illegible] ... **clamor erit super vino** i. ex defectu vini ... **deserta est omnis leticia** ... **translatum est gaudium terre** ... **relicta est in urbe solitudo** ... [illegible] ¶ **Quia hec erunt** hic ... describitur ... exaltatio ... [illegible] ... **in medio terre** ... [illegible] ... **quomodo si paucae olivae** ... [illegible] ... **hii levabunt voces suas** ... **atque laudabunt** ... [illegible] ... **glorificate dominum** ... [illegible] ... **a finibus terre laudes** ... [illegible] ... gloriam ... christi ... [illegible]

Futura

futuri seculi princeps pacis transtulerunt / et vocabitur nomen eius magni consilii angelus. ideo dicit hic propheta. et dixi secretum meum michi. et duplicatur ad maiorem affirmationem. vel quia duplex continebatur ibi secretum. unum primo in qua duplex coniungitur natura divina et humana quod valde arduum. aliud tempus quia determinatum tempus sui adventus erat occultum. Ve michi. hec est pars incidentalis in qua propheta deplorat casum populi sui quia in adventu christi pauci iudei crediderunt et multi remanserunt ceci et per consequens a sorte et gaudio electorum privati / quod previdens propheta dicit ve michi. ex casu populi mei. prevaricantes prevaricati sunt. et prevaricatione transgressorum prevaricati sunt. hic quater ponitur prevaricatio. quia primo prevaricati sunt iudei christi humanitatem blasphemantes esse hominem vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. math. xi. capitulo. secundo eius divinitatem miracula virtute divinitatis facta demonibus attribuentes luce xi. in belzebub principe demoniorum eicit demonia. Tertio mortem eius procurantes. quarto ipsum in suis discipulis persequentes ut patet in actibus apostolorum in pluribus locis. Formido. postquam supra contra malos descripta est pene acerbitas. hic consequenter describitur eius inevitabilitas cum dicit. formido et fovea et laqueus super te qui habitator es terre. generaliter / et dicitur hic formido ex persecutione antichristi quam aliqui nimis formidantes cadent in foveam transgressionis et obedientes. Ideo subditur. qui fugerit a facie formidinis etc. et qui se explicuerit de fovea post mortem antichristi de transgressione penitendo quia secundum sanctos doctores nostros post mortem eius dabitur aliquod tempus penitentie deceptis ab eo. tenebitur laqueo. i. igne conflagrationis quantum ad omnes generaliter / vel finali dampnationis quantum ad reprobos specialiter. quia cataracte de excelsis aperte sunt. i. talis pluvia veniet a deo cui non poterit resisti. et concutientur fundamenta terre. quia per terre motum montes adequabuntur terre plane. ideo subditur cum fractione confringetur terra etc. et patet littera usque ibi. et auferetur quasi tabernaculum unius noctis. quod non habet stabilitatem. q. d. firmitas terre non poterit resistere voluntati divine. et gravabit eam iniquitas sua et corruet. a statu suo pristino. et non adiciet ut resurgat. ad hoc quod sit apta habitationi hominum et animalium quia cessabit motus celi et generatio et corruptio. In elementis tamen innovabitur et meliorabitur sicut et cetera.

Et erit. hic ponitur quarto ad divinum iudicium scilicet retrusio demonum et dampnatorum in infernum et deductio electorum ad celum empyreum. primo ponitur cum dicit. In die illa visitabit dominus super militiam celi. i. super demones in quibus remanserunt naturalia integra / et in quibus conveniunt cum angelis sanctis / et sic sunt de militia celi. vel quia habitant in hoc aere. unde dicuntur aeree potestates / et hoc modo possunt dici militia celi eo quod volitant per celum aereum et hoc modo dicuntur etiam aves celi. et super reges terre. i. super tyrannos et per consequens super omnes alios malos. et congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum. i. infernum. ubi simul detrudentur demones et dampnati secundum quod dicitur math. xxv. ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius etc. et claudentur ibi et post multos dies visitabuntur. visitatio dei aliquando accipitur in bonum sicut luce primo. visitavit et fecit redemptionem plebis sue / et hoc modo dicit hic accepisse origenes. dicens quod post magnum circulum annorum salvabuntur dampnati et demones / quod est contra dictum salvatoris allatum math. xxv. ite maledicti in ignem eternum etc. alio modo accipitur visitatio dei in malum pene. sicut infra xxvii. visitabit dominus in gladio suo duro etc. et hoc modo accipitur hic secundum doctores catholicos. ut est sensus. post multos dies visitabuntur. i. post quodcumque tempus datum in pena detinebuntur. Sciendum tamen quod in hebreo sic habetur. de diebus multis vel a diebus multis visitabuntur. i. pro peccatis a diebus multis perpetratis punientur. s. pro peccatis perpetratis a principio mundi. Consequenter ponitur secundum de gloria beatorum cum dicit. et erubescet luna et confundetur sol. non quia lumen eorum immutetur. sed magis augmentabitur ut habetur infra. xxx. erit lux lune sicut lux solis et lux solis septempliciter. Sed dicitur hic erubescere methaphorice quia lumen eorum erit quasi nullum respectu luminis beatorum secundum quod dicitur apoc. xxi. Civitas non eget sole neque luna ut luceant in ea. sed claritas dei illuminabit illam et lucerna eius agnus. cum regnaverit dominus exercituum. i. angelorum. in monte syon et iherusalem. s. celesti de qua dicitur gal. iiii. illa que sursum est iherusalem libera est que est mater nostra. et in conspectu senum suorum. s. patriarcharum et prophetarum et aliorum sanctorum fuerit glorificatus.

Domine deus meus. XXV

hic consequenter propheta insurgit ad dei preconium ex visione predicta. et primo ponitur prophete preconium. secundo celestium civium ibi. super hoc laudabit te. Circa primum dicit propheta. domine. ratione generalis gubernationis. deus. ratione creationis. meus. ratione specialis illuminationis. es tu. et non alius. exaltabo te. collaudando te assidue. quoniam fecisti mirabilia in dampnatione malorum et glorificatione iustorum. cogitationes antiquas. quia ista disposuisti ab eterno. fideles. quia universe vie domini misericordia et veritas. quia posuisti civitatem in tumulum. quod exponunt aliqui doctores nostri de destructione iherusalem facta per tytum et vespasianum sed huic dicto obviat quod sequitur. ut non sit civitas et in sempiternum non reedificetur. iherusalem autem reedificata est post illam destructionem. Sed ad hoc respondetur quod est alia penitus civitas et in alio situ / quod arguitur ex hoc quod christus passus fuit extra iherusalem ut habetur Jo. xix. et ad hebreos. xiii. loca autem ubi fuit passus et sepultus sunt inclusa intra iherusalem que nunc est. Sed hoc non videtur valere quia hystoriographi dicunt iherusalem que nunc est esse in eodem situ cum precedenti. hoc excepto quod propter angulonari murus fuit dilatatus ad includendum loca predicta et ideo nomine huius civitatis intelliguntur omnes civitates mundi accipiendo singulare pro plurali que omnes destruentur in fine mundi. sicut dictum est in precedenti capitulo propheta enim in hoc capitulo gratias agit de visione sibi facta prout continetur precedenti capitulo. et ad talem destructionem non sequitur aliqua reedificatio. Super hoc. hic consequenter ponitur gratiarum actio celestium civium / et primo de sua promotione. secundo de demonum depressione capitulo xxvi. prima in duas quia primo ponitur gratiarum actio de beneficiis collatis in terra. secundo de collatis in celesti patria capitulo xxvi. Circa primum premittitur gratiarum actio de quadruplici beneficio. s. de duplici evasione mali. et de duplici consecutione boni. Et secundum hoc pars ista in quatuor partes dividitur et patebunt partes prosequendo. primum malum est persecutio tyrannorum huiusmodi a qua sunt penitus liberati. et hoc est quod dicitur hic. super hoc laudabit te populus fortis. i. celestis qui non potest amplius a suo statu deici. et civitas gentium robustarum. i. civium celestium. et est replicatio eiusdem sine ad maiorem affirmationem. timebit te. s. timore filiali reverentie. qui timor remanebit in patria secundum illud psalmi. xviii. timor domini sanctus permanet in seculum seculi. et huius laudis et reverentie subditur ratio cum dicit. quia factus es fortitudo pauperi. prestans ei patientiam contra tyrannos pauperes spoliantes. fortitudo egeno in tribulatione sua quia conculcabatur a divitibus in presenti vita. spes a turbine. i. superborum rabie. umbraculum ab estu. cupiditatis iniquorum. unde subditur. quia per expositionem precedentium. spiritus enim robustorum. i. tyrannorum potentium. quasi turbo impellens parietem. quia impellunt iustos et innocentes per tyrannidem. sicut estus in siti. sicut enim homo siciens ab estu aggravatur. Sic de effectu pauperum aggravatur per tyrannidem

iniquorum q̄ tamen a deo destruet. Ideo subdit. et q̄i calore sub torrente nube propaginē fortium .i. tirannorum. marcescere faciet .i. deficere nubes .n. militum calefacta sub sole immittit calorem inferius sup terre nascentia ex quo aliqua marcescunt et desiccantur. Sic uirtute diuina aliqui repente destruit potentia iniquorum. ¶ Et faciet. hec est secunda pars in qua ponitur consecutio primi boni quod respicit refectionem anime in sacramento eucharistie quod instituit dominus in cena imminente sua passione. et quantum ad hoc dicit propheta. et faciet dominus exercituum .i. xpistus rex angelorum. omnibus populis .i. electis suis qui assumuntur ex omnibus populis. in monte hoc .i. in monte syon. ubi dicitur dominus fecisse cenam discipulis suis. conuiuium pinguium etc. .i. conuiuium excellentissimum huius misterii. spirituale delectamentum quod designatur per delectabilia corporalia hic expressa. tunc enim dedit discipulis suis corpus suum in cibum et sanguinem et cibum in potum. et hoc sacramentum est anime marie refectiuum et per apostolos suos et discipulos fecit et facit hoc conuiuium ministrari omnibus xpistianis per orbem diffusis. aliqui autem exponunt illud conuiuium de conuiuio a iudeis facto pro gaudio de interfectione holofernis. sed hoc non uidetur bene dictum. Tum quia illa hystoria non est de canone nec apud hebreos habetur. Tum quia ista expositio se habet contra ad precedentia. et ideo melius exponitur primo modo sequendo alexandrum. ¶ Et precipitabit. hec est tertia pars in qua ponitur euasio secundi mali. uidelicet persecutionis antixpisti que grauior erit omnibus precedentibus cum dicitur. et precipitabit in monte isto .i. in monte syon in quo fuit templum ubi statuet antixpistus sedem suam. secundum quod dicitur. secunda thessal. ij. de antixpisto qui extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur ita ut in templo dei sedeat et xpistus eum ibidem interficiet. unde ibidem dicit apostolus quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui. secundum alios uero hoc erit in monte oliueti in loco illo unde dominus ascendit in celum. et istud communius tenetur. faciem uinculi super omnes populos .i. faciem antixpisti qui erit quasi quoddam uinculum constringens omnes populos sub una potestate et telam quam orditus est .i. processum suum et intentionem. ¶ Precipitabit. hec est quarta pars in qua ponitur consecutio secundi boni. scilicet incorruptionis corporis. et diuiditur in duas partes quia primo propheta describit consecutionem huius boni. secundo redit ad describendum deiectionem antixpisti. ibi. et triturabit. Circa primum dicit. precipitabit mortem in sempiternum quia in iudicio omnes resurgent ad uitam immortalem. ista tamen immortalitas corporis erit in augmentum pene dampnatorum. sicut erit in augmentum glorie beatorum. et auferet dominus deus omnem lacrimam ab omni facie. quod pertinet ad ciuitatem in reprobis et electis. tunc .n. cessabit omnis generatio et corruptio et ideo non erit resolutio lacrimarum a cerebro nec defluxus earum per oculos. tamen in eis erit turbatio cerebri et dolor capitis et tristicia mentis et consilia que possunt esse absque corruptione et secundum istum intellectum dicitur. mathei. viij. ibi erit fletus et stridor dentium. sed in electis non erunt lacrime corporales seu mentales nec dolor aliquis in corpore seu mente. sed plena delectatio in utroque. ideo subditur. et opprobrium populi sui .i. electorum qui frequenter opprobria sustinent in presenti auferet. conferendo eis honorem celestem. et dicent in illa die .s. iudicii qui uidebunt xpistum in forma gloriosa. et dicentem eis. uenite benedicti patris mei etc. mathei xxv. ecce deus noster iste. uisibilis in demonstrata humanitate. expectabimus eum. per ueram spem. et saluabit nos. sicut promisit. iste dominus. scilicet omnium. sustinuimus eum .i. patienter sustinuimus aduersa propter ipsum. exultabimus. exterius. quia exultatio dicitur quasi extra saltatio. et letabimur. interius. in salutari eius .i. in salute eterna nobis ab eo concessa. quia requiescet manus domini .i. potestas eius in monte isto .i. in monte syon qui imminet ualli

Iosaphat ubi tenebitur finale iudicium ut habetur ioel. iij. et tunc requiescet ibi potestas qua dampnati detrudentur in infernum. et electi in anima et corpore transferentur ad celum. ¶ Et triturabit. hic redit propheta ad describendum deiectionem antixpisti quam supra tetigerat in breui dicens. et triturabitur moab .i. antixpistus. nec mirandum si sic nominatur quia prophete et maxime ysaias frequenter metaphorice loquuntur. antixpistus non erit totaliter a demone obsessus et opera eius fient uirtute demonis. et ideo nominatur hic moab. quod interpretatur ex patre quia erit filius perditionis ut dicit apostolus secunda ad thessal. ij. et sic erit ex dyabolo sicut ex patre eo modo loquendi quo saluator dicit iudeis in iohanne viij. uos ex patre dyabolo estis. sicut teruntur palee. quia uirtus eius totaliter adnichilabitur. et extendet .s. antixpistus. manus suas sub eo etc. per hoc .n. intelligitur quod ualide a xpisto percutietur. sicut aliquando inter homines aliquis dicit. ego percutiam te ita ualide quod extenderis ad modum natantis rane. prophete .n. frequenter utuntur communi modo loquendi. et humiliabit. .s. xpistus. gloriam eius. scilicet antixpisti. qui se ostendet tamquam sit deus. pre nimia superbia ut dicitur secunda ad thessal. ij. cum allisione manuum eius .i. ministrorum ipsius. et munimenta sublimium murorum tuorum. o antixpiste. concident. quia omnia per que credebat stabiliri in potestate sua deficient. Cetera patent.

In die illa. XXVI

Hic consequenter ponit gratiarum actionem pro beneficiis collatis et primo ostenditur propositum. secundo concluditur duplex correlarium ibi moriētes. prima in duas quia primo ponitur apertio ianue electis. secundo eiusdem clausio reprobis ibi. cum feceris iudicia. prima in duas quia primo ponitur apertio beatitudinis. secundo ratio huius apertionis ibi. semita iusti. Circa primum dicitur. In die illa. scilicet peracto iudicio. cantabitur canticum istud ab electis in terra iuda. que interpretatur confessio .i. in terra uiuentium ubi est iugis confessio diuine laudis secundum illud psalmi. beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. et ideo terra iuda secundum sensum litteralem hic metaphorice accipitur. et sequitur forma cantici cum dicitur. urbs fortitudinis nostre .i. ciuitas celestis cuius excellentia non potest uerbis humanis exprimi. propter quod non nominatur hic. quod enim in aliquibus libris ponitur. syon. additum fuit ab aliquo expositore secundum suam ymaginationem quia non est in hebreo nec in libris correctis. saluator. ponetur in ea murus et antemurale .i. erit nobis pro omnimoda protectione. aperite portas et ingredietur. de plano et libere. gens iusta. pro qua dabitur diuina sententia. uenite benedicti etc. loquendo de ingressu electorum generaliter in corpore et anima. tamen a tempore passionis xpisti aperta fuit ianua et ingressi electi defuncti quantum ad animas. et aliqui etiam quantum ad corpora ex gratia spirituali ut pie creditur de beata uirgine et beato iohanne et eius ministro et custodiens ueritatem uite et doctrine. uetus error abiit. quamdiu .n. homines sunt in presenti uita possunt errare. sed in beatis clare deum uidentibus hoc est impossibile. et quia non solum est ibi clara uisio. sed etiam perfecta fruitio totaliter quietans appetitum. ideo subditur. seruabit pacem. et est uox sanctorum ad xpistum. pacem. duplicatur propter quietem duplicis appetitus intellectiui et sensitiui per gloriam corporis et anime. quia in te domine sperauimus. tamquam in redemptorem nostrum et glorificatorem. sperastis in domino. uox est prophete alloquentis sanctos. in seculis eternis .i. ad consequendum ab eo uitam eternam. in domino deo forti in perpetuum. per cuius fortitudinem reprobi tenebuntur in penam perpetuam. ideo subditur. quia incuruabit habitantes in excelso .i. superbos demones et etiam tyrannos et potissime antixpistum superbissimum et sibi adherentes. ciuitatem sublimem humiliabit .i. ciuitates accipiendo singulare pro plurali ut frequenter dicitur

dictum est in quibus habundat superbia et alia uitia. Conculcabit eam pes. i. pedes. et quorum sint isti pedes subdit. pedes pauperis. sic est in hebreo et libris correctis. et iste pauper est christus. etiam secundum quod exponit hic Ra. sa. adducens ad hoc pro concordia illud zacharie. ix. ecce rex tuus uenit tibi iustus et saluator ipse pauper etc. Sed reducit hoc ad primum christi aduentum in quo dicit orbem eum subiugandum. sed in hoc fallitur. quia primus eius aduentus transiit in paupertate et fuit in humilitate. secundus autem erit in potestate de quo loquitur hic scriptura cum dicit. Conculcabit eam pes. pedes pauperis. scilicet christi qui in primo suo aduentu duxit uitam pauperem. gressus egenorum. i. apostolorum qui propter christum omnia temporalia reliquerunt propter quod ei in iudicio assessores erunt secundum quod ipse dicit. mat. xix. ecce nos reliquimus omnia etc. sequuti nos sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. et sic superbi huius mundi erunt pedibus subiecti. ¶ Semitta iusti. hic consequenter ponit rationem apertionis ianue celestis que duplex est. prima et principalis est meritum christi per quod aperta est generaliter quantum est ex parte dei qui uult omnes homines saluos fieri. secunda est meritum electorum quo aperitur electis se disponentibus ad ingressum et non reprobis. primum tangit cum dicit. Semita iusti. i. uia christi quam tenuit et docuit. et dicitur semitta propter arctitudinem consiliorum. dicitur autem christus iustus absolute quia per excellentiam. scilicet formaliter et effectiue quia alios iustificat. recta est. nullam habens distorsionem a rectitudine uirtutis. omnes. n. alie leges ab euangelica permittunt aliqua mala sicut manifeste patet de legibus humanis que permittunt meretrices in ciuitatibus et plura alia que non possunt corrigi lege humana ut dicit augustinus. similiter de lege mosayca que permittit usuras cum extraneis et libellum repudii ex duritia cordis. sicut diffusius tractatur in principio mathei. lex autem euangelium nullam perfectionem uirtutis omittit. nec aliquid illicitum permittit. secundum autem tangit cum dicit in persona electorum. In semitta iudiciorum tuorum domine. i. in uia euangelica te sequendo. sustinuimus te. i. propter te sustinuimus tribulationes et opprobria. nomen tuum. scilicet ihesus. et memoriale tuum in desiderio anime. unde dicit bernardus. mel in ore. melos in aure. iubilus in corde. ideo subditur in persona eius. Anima mea desiderabit te in nocte. scilicet presentis uite in qua uidemus per speculum et in enigmate. desiderium enim proprie loquendo est rei non habite. sicut delectatio rei presentis. et ideo electi in uita presenti proprie loquendo deum desiderant cum desiderio succedit fruitio. de mane uigilabo ad te. i. a mane iuuentutis incipiam te querere.

¶ Cum feceris iudicia. hic consequenter describitur eius dez ianue clausio iniustis simpliciter aliquibus autem ad tempus. Primo ergo ponitur primum. secundo secundum ibi. domine dabis. Circa primum sciendum quod clauditur simpliciter et ad semper malis in sua malitia perseuerantibus et sic morientibus. et isti sunt proprie qui non corriguntur diuinis flagellis nec etiam beneficiis. et hoc est quod dicit primo de flagellis. Cum feceris iudicia tua in terra. flagellando peccatores. iustitiam discent. i. iustitiam tuam discet per experientiam flagelli. non tamen per emendationem peccati sicut pharao expertus fuit diuina flagella non tamen ad sui correctionem. sed magis ad obdurationem. secundo de beneficiis cum dicit in persona dei. misereamur. et loquitur in plurali propter trinitatem personarum. uel est sermo dei ad angelos qui sunt executores suorum beneficiorum. impio obstinato. et non discet iustitiam. reuertendo ad ipsam per beneficia diuina. sicut patet de pharaone a quo deus frequenter ex sua misericordia retraxit penas inflictas tamen ex hoc non fuit reuersus ad statum iustitie. in terra sanctorum iniqua gessit. non retractus ex loci sanctitate

quia talis peccat ex contemptu. et ideo subditur. non uidebit gloriam domini. i. numquam admittetur ad gloriam paradisi. domine exaltetur manus tua. i. potestas tue iustitie. ut non uideant. i. ut non illuceant a te propter suum demeritum uideant. scilicet ruinam suorum. et confundantur. sicut de chaym dicitur gen. iiii. iratus est caym uehementer. et concidit uultus eius quia deus respexerat ad abel et ad munera eius. ut ibi premittitur. zelantes populi. i. illi qui inuident fraterne gratie. et ignis. scilicet infernalis. hostes tuos deuoret. non per eorum consumptionem. sed per continuam afflictionem. domine dabis. secundum consequenter ostenditur quibus malis ianua celestis ad tempus clauditur. scilicet quod dum manent in peccatis. sed cum penitent a deo uisitati eis aperitur. et hoc est quod in eorum persona dicit. domine dabis pacem nobis. nos tibi reconciliando. et quia hoc prouenit ex diuina gratia subditur. omnia. n. opera nostra. scilicet meritoria. operatus es in nobis. quia non sunt meritoria nisi ex acceptatione diuina et gratia per quam sunt acceptabilia a solo deo in nobis efficitur. domine deus noster domini possederunt nos absque te. i. spiritus maligni qui sunt alieni a te possederunt nos ut seruos quia qui facit peccatum seruus est peccati. Jo. viii. tantum in te recordemur. nominis tui ita quod de cetero non seruiamus nisi tibi. ¶ Morientes hic ex predictis concluditur duplex corellarium. primum ponitur ibi. domine in angustia. Superius locutus fuerat propheta de refectione generaliter omnium que non erit similis in reprobis et electis ut patet ex supradictis. ideo concluditur quod reprobi non resurgent ad gloriam. sed ad ignominiam et penam. et hoc est quod dicit propheta. morientes non uiuant uita glorie. hoc dicit optando ex conformitate sue uoluntatis ad diuinam iustitiam. secundum illud psalmi. iustus letabitur cum uiderit uindictam. et loquitur hic de morientibus in peccato mortali. gygantes qui fuerunt in corporum mole et tyranni. non resurgant. scilicet ad gloriam. sed magis ad penam. Ideo subditur propterea uisitasti et contriuisti eos pena dura. et perdidisti omnem memoriam eorum. secundum illud prouerb. x. capitulo. nomen impiorum putrescet quia si remanet aliqua eorum memoria non est eis ad honorem sed confusionem. indulsisti domine genti. punitionem eorum deferendo ut haberent locum penitendi. sed quia tales abusi sunt subditur. numquid glorificatus es. scilicet ab eis per penitentiam quasi dicat non. ideo subditur. elongasti. scilicet a te omnes terminos terre. i. obstinatos in peccatis in quacumque parte orbis. ¶ Domine. hic ponitur secundum corellarium. scilicet quod electi resurgent ad gloriam. et diuiditur in tres partes. quia propheta primo describit eorum refectionem iustorum desiderium. secundo refectionis actum ibi. uiuent mortui. tertio terminum ibi. uade populus meus. desiderium autem refectionis ad uitam beatam consurgit principaliter ex duobus. primum est afflictio quam iusti sustinent de communi cursu in presenti uita. secundum quod dicit secunda thimo. iii. omnes qui pie uolunt uiuere in christo persecutiones patientur. propter quod dicit gregorius. mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt. et hoc est quod dicit. domine in angustia positi. electi tui in uita presenti. requisierunt te. desiderantes uitam futuram ex toto corde. requ in tribulatione nimis. in tribulatis. doctrina tua eis. scilicet ualet dando eis patientiam quia tamen non aufert totaliter tristitiam sensibilem licet diminuat. ideo subditur. sicut que concepit etc. sic facti sumus. et associat se propheta in suis positis in tribulationibus et merito quia plures multas tribulationes fuit sexatus ut dictum fuit super proximo capitulo. A facie. hic ponitur secundum ex quo consurgit desiderium uite future. scilicet claritas faciei diuine cuius aspectus est desiderabilis in tantum quod in eam desiderant angeli prospicere. prima petri. i. capitulo. et hoc est quod dicit. a facie tua domine. i. ex pulcritudine faciei tue. concepimus et quasi parturiuimus et peperimus spiritum. hic est punctus in hebreo et in libris correctis. et per spiritum hic intelligitur feruens desiderium et bonum

IIIIIIIIII IIIIIIIIIIIIIIIIII IIIIIIII IIIIIIIIIIII

IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

dr. parturiuimus et peperimus. In partu .n. est afflictio et cum pepererit mulier sequitur delectatio secundum illud Jo. 16. mulier cum parit tristiciam habet. cum autem pepererit puerum iam non meminit pressure propter gaudium. Sic desiderium visionis divine in presenti habet aliquid afflictionis ratione dilationis quia spes que differtur affligit animam prover. 13. et habet aliquid delectationis propter consequendi optatum. sed cum venit visio divina tunc erit delectatio summa absque ulla tristicia. salutes non fecimus in terra. Sic est in hebreo et libris correctis et est sensus per ea que fecimus non obtinuimus nec obtinere possumus in terra salutes .i. anime et corporis benedictiones. quia primo requiritur mors generalis omnium ad quam sequetur refectio mortuorum que in electis erit ad gloriam anime et corporis propter quod subditur. ideo non ceciderunt. per mortem scilicet. habitatores terre generaliter. et tenet hic locum ideo consequentie et non causalitatis. ¶ Vivent mortui. Post quam propheta descripsit desiderium refectionis in electis hic consequenter describit eius veritatem refectionis actum dicens. vivent mortui. vita glorie quantum ad electos de quorum refectione fit hic sermo. Ideo subditur. interfectique mei. propter deum et iusticiam resurgent. et dicit. mei. se eis connumerando quantum de sua morte prophetando. quia sunt septem anni sicut dictum fuit in principio huius libri de precepto manasse regis ydolatre pessimi, eo quod ipsum et alios ydolatras pessimos arguebat. ¶ Consequenter vertit sermonem ad electos resuscitandos dicens. expergiscimini. a sompno mortis et laudate deum. de vestra futura glorificatione. qui habitatis in pulvere quantum ad corpora in cinerem redacta. Consequenter alloquitur deum ex cuius virtute fiet resurrectio mortuorum dicens. quia ros lucis ros tuus .i. sicut ros celestis est suavis terre nascentibus qui facit ea de terra surgere. Sic benignitas tua erit suavis electis dormientibus quos faciet ad gloriam resurgere econtrario hec refectio erit terribilis dampnatis. ideo subditur. et terram gygantum .i. potentum qui per potentiam fideles opprimunt. detrahes in ruinam .i. in gehennam. et accipitur hic terra pro parvulis mundi hominibus eo modo loquendi quo dicitur terra destructa quando eius habitatores destruuntur. ¶ Vade. hic consequenter describitur refectionis tempus. posset .n. aliquis credere ex predictis quod esset propinquum tempus refectionis quod non est verum sed erit in fine temporis. ideo dicitur. vade populus meus. prius recedendo de vita presenti. intra cubicula tua .i. sepulcrum quantum ad corpus et purgatorium quantum ad animas electorum que tamen habent aliquid ad purgandum in futuro vel limbum patrum quantum ad purgatos et ante redemptionem tamen nunc per mortem christi. vel celum empireum quantum ad purgatos post redemptionem. absconde te. quia defuncti ab hominibus huius vite sunt absconditi. modicum ad momentum. quia tempus usque ad iudicium respectu est modicum et hoc modo dicitur animabus electorum decerentibus ultimum iudicium apocalypsis 6. et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur conservi eorum et fratres eorum. donec pertranseat indignatio .i. electorum probatio per tribulationes tyrannorum. et maxime tempore antichristi in aliquibus libris additur meum. sed hoc non est in hebreo nec in libris correctis. ecce .n. dominus ihesus christus egredietur de loco suo .i. de celo empyreo ad iudicium veniendo quantum circa humanitatem egredietur et veniet per localem motum quantum vero ad deitatem que est ubique egredietur per novum effectum. ut visitet iniquitatem habitatoris terre .i. iniquitates peccatorum terrena amantium. et revelabit terra sanguinem suum .i. mortes et depressiones fidelium quia tunc manifestabuntur omnia latentia. et non operiet ultra interfectos suos quia de cetero non committentur talia.

XXVII

In die illa. postquam descriptum est generaliter actio de primatione electorum. hic consequenter ponitur generaliter actio de electione demonum. Et dividitur in duas partes quia primo ponitur huiusmodi delectio. secundo solvitur duplex questio ibi. ego dominus. Circa primum dicit. In die illa. scilicet iudicii generalis. in gladio suo duro. quantum ad pene asperitatem. et grandi. quantum ad eius latitudinem et forti. quantum ad immutabilitatem. super leviathan etc. per leviathan qui bis ponitur et per cetum idem intelligitur ut dictum fuit diffusius. iob. xl. et dicitur hic leviathan vectem propter eius fortitudinem secundum quod de eo dicitur iob. xli. non est potestas super terram que ei comparetur. et leviathan tortuosum propter eius calliditatem ad decipiendum. et occidet cetum qui est in mari .i. dyabolum qui habitat in hoc aere caliginoso tamquam in mari tempestuoso. non tamen intelligitur eius occisio per mortem nature cum hoc modo sit immortalis sed per mortem gehenne quia tunc ibi retrudetur nec poterit inde exire et homines temptare seu ad peccatum inducere quod erit sibi grave et in hoc crescet pena eius quia etiam modo portat ignem suum secum. crescet enim pena sua accidentalis ex dampnatione hominum quos induxit ad peccatum. sicut et gloria sanctorum angelorum ex gloria electorum quos induxit ad bonum. In die illa. delectionis demonis. Vinea meri. In hebreo habetur. vinea vinosa. Ex quo patet quod meri non est hic nomen proprium sed commune et significat vinum purum et optimum. vinea igitur meri hic accipitur societas superiorum civium in quibus nichil erit impurum. et ipsi deum laudabunt de delectione demonum. Ego dominus. hic consequenter solvitur duplex questio oriens ex predictis. secunda solvitur ibi. quis dabit me. prima questio oritur ex hoc quod hic dicitur. vinea meri societas electorum quia ex quo fuerunt a deo sic electi et dilecti ab eterno. videretur aliquid esse inconveniens quod deus permittit eos tribulari in hoc mundo secundum quod dicitur secunda thimotheum iii. omnes qui pie volunt vivere in christo persecutiones patientur. et respondet dominus ad hoc quod talis permissio non est ex odio. sed magis ex dilectione. ne prosperis in superbiam eleventur et per exercitium patientie in bono custodiantur secundum dictum salvatoris luce xxi in patientia vestra possidebitis animas vestras. et hoc est quod dicitur. ego dominus qui servo eam. scilicet vineam meam que est universalis ecclesia et quot a primo abel iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nascetur est quasi electos protulit tot palmites misit ut dicit gregorius omelia. vii. Repente propinabo ei. scilicet potum tribulationis condimentis predictis. ideo subditur. ne forte visitetur eam etc. .i. ne ex prosperis insolescat et sic per insolentiam visitetur contra eam in die iudicii. nocte et die servo eam .i. tempore adversitatis et prosperitatis sub pena disciplina. non est indignatio mihi .i. ex ira hoc non facio seu indignatione. sed ex paterna correctione. ¶ Quis dabit. hic solvitur secunda questio que videretur aliquid quia per multo iustorum de populo israel et maxime apostolorum persecuti fuissent alios populi eius regem de captivitate que facta est per romanos et sic in hac questione producitur quia primo ponitur ad utramque partem ratio. secundo ponitur questionis solutio ibi. numquid iuxta. Et primo arguitur quod non debuit pati. sed magis per multitudinem iusti debuerunt affligi sicut frequenter dictum fuit in veteri testamento et hoc est quod dicitur in persona domini. quis dabit me spinam et veprem. ad succendendum civitatem ihrlm. in prelio. scilicet romanorum. qui impetum civitatem incenderunt. gradiar super eam. eam calcando per romanos. succendam eam pariter. scilicet fideles in christum credentes cum infidelibus in sua civitate obstinatis. quasi diceret hoc videretur decens iusticie mee. sicut secunda ihrlm per caldeos multi iusti fuerunt ibi mortui et capti

et captiuati oratione iniustorum. In porcius. hic ponit argumentum ad oppositum. scilicet quod debeat perimi malis cum dicitur an potius tenebo. id est retinebo fortitudinem meam. cessando a punitione illius spe conuersionis. ideo subditur faciet pacem mihi. et per apostolos alios quam christi discipulos intelligitur ideo subditur. qui egredientur. scilicet ad predicandum fidem catholicam per orbem. cum impetu. id est cum feruenti desiderio. a iacob. id est a populo israel cuius membra fuerunt apostoli et alii christi discipuli. quia maior pars fuerunt iudei. Florebit et germinabit israel. in apostolis florebant sanctitate uite et doctrine. et implebunt faciem orbis semine. id est uerbo euangelice doctrine secundum quod dicitur in parabola seminantis luce viii. semen est uerbum dei. ¶ Numquid. hic ponitur solutio in qua sic proceditur quia primo soluitur quantum ad malos. secundo quantum ad bonos ibi et erit. Circa primum primo ostenditur quod pro predictis non est malis parcendum. secundo soluitur argumentum ibi. in sermone. et tertio ponitur malorum exterminium ibi. Ciuitas. Circa primum dicitur. numquid iuxta plagam percutientis se. id est populi iudaici christum dominum tam crudeliter affligentis percussit eum. quasi dicat non. ante ciuitatis destructionem. aut sicut occidit interfectos eius. id est apostolos christi quam discipulos a iudeis occisos quos occiderunt iudei et persecuti sunt grauiter ut patet actuum viii. de stephano et xii. de iacob et viii. de persecutione generali christianorum et in pluribus locis de persecutione pauli et aliorum apostolorum. In mensura contra mensuram etc. quasi diceret non conuenit diuine iustitie quod tanta facinora transeant absque debita pena. ideo subditur. meditatus est in spiritu suo duro. id est disposuit diffinitiue ista punire. Ideo iniquitas. soluitur argumentum ad oppositum de uita apostolorum. Ideo super hoc. id est propter uitam apostolorum. dimittetur iniquitas predicta. domui iacob. id est iudeis in sua malitia obstinatis. et iste omnis fructus ut auferatur peccatum eius. id est ne totus fructus meriti apostolorum quod dimittatur iudeis aliis dictum peccatum et ideo [illegible] mitius. Cum posuerit. id est per predicationem apostolorum. omnes lapides altaris. id est cultum ydolorum. sicut lapides cineris allisos. per predicationem enim apostolorum fuit cultus ydolorum multum destructus per orbem etiam ipsis uiuentibus et totaliter ablatus per successores eorum. Ideo subditur. non stabunt luci et delubra. ubi exercebatur ydolatria. nec potest istud intelligi de ydolatria iudeorum que redierat captiuitatis babylonice nam legitur in populo iudaico fuisse ita ad tempus [illegible] et per uiolentiam et in paucis. scilicet tempore antiochi illustris qui cogebat iudeos ydolis ymmolare ut patet primo et secundo machabeorum. nec quod dicitur. cum posuerit omnes lapides altaris etc. potest conuenienter exponi de destructione templi per romanos ut uoluit dicere aliqui quia statim subditur. non stabunt luci et delubra. per que intelligitur ydolatria que nulla tunc erat apud iudeos. et ideo intelligitur de destructione ydolatrie gentilium per predicationem apostolorum ut dictum est. ¶ Ciuitas. hic ponitur iudeorum exterminium quantum ad obstinatos cum dicitur. Ciuitas enim munita. scilicet iherusalem desolata erit. per romanos qui eam destruxerunt. speciosa relinquetur. id est iherusalem que ante erat speciosa relinquetur a suis habitatoribus quia a principio obsidionis usque ad finem ibi fuerunt mortui gladio et fame et peste. scilicet decies centum milia ut dicit egesipus libro quinto et dimittetur quasi desertum quia alii fuerunt in captiuitatem uenditi et ciuitas fuit destructa ita quod non erat habitatio hominum apta. ibi pascetur uitulus. scilicet populus romanus qui dicitur hic uitulus propter carnis petulantiam. ibi accubabit. id est poterit secure dormire quia erunt eradicati. et consumet summitates eius. id est templum et edificia in excelso que erant in monte syon qui est superior pars ciuitatis. In siccitate messes eius. id est ex defectu uictus in iherusalem. Mulieres uenientes. scilicet in iherusalem ad diem festum. conterentur. multe egesipus libro v. quod quedam mulier de ultra iordanem

que uenerat in iherusalem [illegible] sunt [illegible] angustia famis comedit [illegible] filium [illegible] tamen incredibile est de [illegible] quia talia enormia sunt [illegible] et docere [illegible] est in hebreo et in libris correctis [illegible] tes. ipsi sacerdotes qui ex officio habebant [illegible] tunc fuerunt [illegible] quia [illegible] sit eos occidi dicens eos [illegible] nimium superius [illegible] populus sapiens. id est huius dei sapientiam [illegible] tantum terrena sapiam que est [illegible] propterea non miserebitur eius. ¶ Et erit. hic soluitur quantum ad bonos qui de iudeis [illegible] in iudea fuerunt saluati [illegible] In die illa percutiet dominus ab aluo fluminis [illegible] alueus fluminis locus ubi currit aqua [illegible] autem egypti dicitur hic [illegible] qui est [illegible] in extremitate iudee in parte australi [illegible] egyptum. alueus autem iordanis est in extremitate iudee in parte aquilonari [illegible] et sic designatur hic terra iudee [illegible] nis. et uos congregabimini unus et unus. id est [illegible] multitudine [illegible] et captiuitate filii israel. id est nos christum credentes [illegible] iacob qui alio nomine dicitur israel imitantes. Scribitur enim in historia ecclesiastica [illegible] ante obsidionem iherusalem per romanos fideles qui erant in iherusalem et iudea fuerunt admoniti per angelum ut [illegible] in regnum agrippe qui erat [illegible] et sic fuerunt ibi saluati. et erit in die illa clangetur in tuba magna. per hanc tubam intelligitur edictum helyadriani imperatoris romani qui iherusalem destructam [illegible] reedificauit et suo nomine heliam appellauit. [illegible] magis tenuit nomen antiquum et ipse edicto publico prohibuit ne ibidem aliquis iudeus [illegible] permissa ipsis christianis [illegible] ut dicit hugo floriacensis libro quarto. et [illegible] in iherusalem confluebant undecumque ad christum conuersi eo quod diligebant locum illum. Ideo subditur. et uenient qui perditi fuerant de terra assiriorum et qui eiecti de terra egypti. quia multis terris [illegible] iudei fuerant dispersi et [illegible] qui per predicationem apostolorum [illegible] discipulorum fuerunt conuersi ad fidem et sic uenerunt in iherusalem ratione [illegible] et per istas duas terras intelliguntur etiam alie in quibus iudei captiuati habitabant. Potest etiam hec littera exponi de ecclesia nomine iherusalem significata quod dicitur apocalypsis xxi. uidi ciuitatem sanctam iherusalem descendentem de celo etc. ad quam uenerunt per fidem multi de omnibus terris qui prius erant [illegible] per errores et ydolatriam deum adorantes fideliter et [illegible] hoc adoratione latrie.

Ve corone XXVIII

superbie. Supra locutus est propheta contra duarum tribuum persecutores. hic prophetat contra [illegible] contemptores. Et diuiditur in duas [illegible] xxx. capitulo. prima in duas quia primo prophetat contra contemptores de decem tribubus. secundo contra eos de duabus ibi. In die illa. Circa primum dicitur. Ve corone superbie. id est regno decem tribuum quas [illegible] quia prophetas domini omnino contempserunt et [illegible] adhereant. ebriis effraym. quia illud regnum non solum infectum erat per peccatum superbie sed etiam gule et luxurie. et denominatur ab effraym quia [illegible] primo rex. scilicet ieroboam fuit de tribu effraym. et flori decidenti etc. per hoc designatur [illegible] regni erat propinqua [illegible]

[illegible] assiriorum [illegible] ode regis isl'. e. Re. 23. qui erat [illegible] nis vallis pinguissime. ipsa vallis fuit. Ra fa [illegible] est vallis [illegible] fertilissima ex'tns in regno dece [illegible] tribuum. ecce validus et fortis dns. cui nullo potest resistere. [illegible] grandinis. ic. p hoc intelligit exercitus salmanasar instructu diuino venturus cum [illegible] magna fortitudine ad destruendu regnu isl' ita [illegible] q isr'a eius no possent resistere. sicut et factu fuit [illegible] sub dicitur. [illegible] ic. et p'cox. dicit [illegible] qui repositoner. i. puecunu. ante ma turitatem autupni. i. ante maturitate de tuctu con quod [illegible] et est sna q sicut aliquis [illegible] aliqua e maturaz ante alios ut pomu [illegible] ul' huiusmodi ex desiderio nouitatis statim cu [illegible] sic sal' manasar et ei' exercitus cu magna [illegible] destruendo regnu isl' venturi erat de [illegible] contingit quia ipsum pprm occiderunt [illegible] in assirios et terram [illegible] e. Re. 18. c'. In die illa. i. [illegible] qui erat de duab' tribu [illegible] maiores ipsi spaliter. Fo contra [illegible] in duas quia ut [illegible] dei beneficium eis [illegible] [illegible]

[illegible] et io debite [illegible] de bello et no bellantib' quia [illegible] victoriam non fecit dns p hoies s p angelu [illegible] hic premisso beneficio de [illegible] [illegible] et p'mo ponit' [illegible] factu p caldeos. Fo p romanos ibi. ppter hoc [illegible] duas. quia p'mo ipsa destruct' [illegible] ponit ibi et erit. Cum p'' [illegible] i. illi de duab' tribub'. p'mo nesci

III [illegible] exposuerunt se eplis et potib' et aliis malis et [illegible] dei [illegible] obliti fuerunt io ss'dit' [illegible] debere ut alios de dei benefi [illegible] dei laudem munitare. ne fuerunt [illegible] et loquitur hic ysaias de pphis falsis [illegible] e uborum ide sig'fi [illegible] magnitudine excessu eorum i [illegible] venum pphiam. fm q' [illegible] hodie di' pphia olim appel [illegible] sacerdotes. n. mali et pphe fal [illegible] dni recipiebant. Ideo ss'ditur. igna [illegible] nolebant dirigi p u'ba sco [illegible] mense replete sunt vomitu. ex [illegible] et potationis excessu. ita ut no [illegible] a talib' sordib' et quia talis [illegible] intellectu sic contrario absti [illegible] q' di' dan. p'mo de ipo et sociis

eius qui fuerunt valde abstinentes ut ibidem di'. pu eris autem his dedit deus sciam et disciplina in oi libro et in oi sapia ic. io ss'ditur. que docebit sciam. p sacerdotum septuaginta studium et que intel ligere faciet auditum. i. u'ba doctorum vel etia age lorum revelantium/ et Rendet. ablactatos a lacte ic. i. seggatos a delectatoib' carnalib' que sunt cura cibos et venerea/ et quia detenti delectatoib' car nalibus sunt ad hoc inepti. Ideo ss'ditur. manda re manda. expecta reexpecta ic. Sic. n. loquebantur sacerdotes mali et pphe falsi deridendo u'ba pphiarum sanctorum que non intelligebant s falsa replicabat. Circa q sciend' q pphe utebant' pplm retrahere a malis aliqn comminando eis mala si in malis p severarent et tunc utebant' u'bo mandati sicut supra quinto ca'. mandabo nubib' meis ic. et. 13. manda bo militie celi. aliquando vero pmittendo bona si a ma lis desisterent et tunc utebantur u'bo expectatois. sicut abacuc 2'. si mora fecit expecta eum. ic/ et io sacer dotes mali et pphe fl'i eos irridendo dicebat. manda remanda ic. et ss'ditur. modicu ibi qui dicunt de com minatoibus eorum seu pmissionibus modicu aut ni chil nimis impletur. In loquela. n. labii. In hebreo est ha'. in balbuciendo. balbucieus. n. satis movet la bia. s tn loquit' male intelligibiliter. et in lingua altera. i. extranea. loquitur ad pplm istum. et est s'n's q sicut loqla balbucientis et loquentis aliam in ligua sibi extranea no est sibi intelligibil'. Sic u'bum dni per pphas loquentis non intelligebat' saltem q tum ad ef fectum a contepcoub' p'dictis/ et ponit' exemplum cum ss' ditur. Cui dixit. s. dns. hec e requies mea. i. impletio mee volutatis. reficite lassum. i. afflictis impendite c opera mie et hoc est refrigerium meum. fm illud m't. 25. quod uni ex minimis meis fecistis m fecistis. et noluerunt audire. in obediendo. et sic factum e eis u'bum dni qi non intelligibile. Et erit. hic qnter ponitur pena debita ex dei iusticia p caldeos i'flicta. Circa q sciendum q sedechias rebellauit regi baba lonis ex confidentia adiutorij p regem egypti. et io veniente rege babilonis contra eum misit plures ad regem egypti ad habend' auxiliu et ille plures pro misit et de terra sua exivit ad hoc agend' s non pfecit quia rediit in egyptum ut h' Jere. 37. et sic sedechias fuit defraudatus a suis petitoib' et pro missis regis egypti et hoc sibi imperat' hic. Sicut ipe et sui ipperabant pphis dni q u'ba eorum no ha berent effectum ut p'dictum e et hoc est quod di' hic. Et erit eis u'bum dni. eos deridendo. manda remanda regem egypti p recursu hndo. expecta reexpecta. et' adventum sicut dixit pmittendo. modicu ibi modicu ibi. i. nullum remedium habebis ab eo io ss'dit'. ut vadant in rebellione sua pcedendo. et cadant retror sum tamq' victi. et conterantur. fame et gladio q tum ad mortuos et illaqueentur et capiantur. q tum ad ceteros in captivitatem babilonicam in vinculis deduc tos. Propter hoc. hic qnter contra illusores intat' p'di afflictio p romanos/ circa q sciendu q illa afflic tio fuit qdam signum iudicij final' ppter quod apostoli simul qsierunt de tpre utriusq m't. 24. dic nob qn do hec erunt. s. destructio civitatis et templi. et quod sig' in adventus tui et consumatois seculi/ et xps ad utrumq Rendet m't. 24. et marci. 13. et luce. 21/ Et io p'mo ponitur hic afflictio p'ma. Fa. Fo ibi et nunc. Circa p'' mu sciend' q afflictio p'ma facta e ppter malicia iu deorum contra xpm ut h' manifeste luce. 19. et ideo h' p'mo ponitur contra xpm iudeorum malignitas. Fo ipi' xpi firma stabilitas ibi. Fo cum. Tercio pene iudeor' acerbitas ibi et ponam. Circa p'mum di'. ppter hoc. i. ppter destructionem civitatis p caldeos que contigit illusores

illusores pphani ut dictum est. Audite uerbum domini vi
ri illusores. s. ueritatis, quales fuerunt sacerdotes
et legis doctores tempore christi, propter quod dixit eis christus mt. 15.
irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram
doctrinam etiam christi uerissimam illudebant. qui domi
namini super populum meum qui est in ierusalem. tunc enim sacerdotes
et scribe regebant populum. dixistis enim. i. facto ostendistis
percussimus fedus cum morte etc. ille enim qui habet fedus
uel pactum cum aliquo non timet ab eo. Est igitur sensus
uos ostendistis per facta quod non timetis mortem nature
nec gehenne, quia ita obstinate persecuti sunt christum in
nocentem usque ad mortem ac si nullam penam timerent
inde sequi in presenti uel futuro. ideo subditur. flagellum
inundans cum transierit super alios. et intelligitur hic
flagellum inundans exercitus romanorum qui afflixit to
tum mundum. non ueniet super nos destruendo nos et
captiuando. quia posuimus mendacium spem nostram etc.
ad hoc enim procurauerunt mortem christi ut euaderent fla
gellum exercitus romani ut habetur Io. xi. si dimittimus eum
omnes credent in eum et uenient romani et tollent lo
cum nostrum et gentem. hanc autem mortem procurauerunt per
mendacia accusantes eum coram pilato quod prohibebat tri
butum dari cesari et quod uolebat se facere regem ut habetur luc.
23. sciebant tamen ista esse falsa quia responderat eis christus mt. 22.
Reddite que sunt cesaris cesari etc. et quia fugerat populus
uolebat eum regem constituere Io. vi. hoc enim fuerat ita
publicum quod non poterat eos latere, et sic per ista menda
cia procurando mortem christi credebant euadere insultus
romanorum. propter hoc tamen accidit contrarium eis. ut predictum
est. Ideo. hic consequenter describitur ipsius christi stabilitas
quia per afflictionem et mortem a iudeis sibi procuratam
peruenit ad stabilitatem immortalitatis corporis. et hoc est
quod dicitur hic. Ideo. i. propter nequiciam iudeorum predictam
hec dicit dominus deus. Cuius uerbum non potest cassari. Ecce ego
uerbum est patris de filio uel totius trinitatis de homine christo
secundum eum omnes expositores hebraicos et latinos scripturam
hic loquitur de christo. mittam in fundamentis syon. i. ecclesie
militantis que fundata fuit in syon per predicationem christi
quia pluries existens in monte in monte syon predicauit, et
quia in monte syon suam resurrectionem discipulis manifesta
uit et ibidem super apostolos spiritum sanctum in signo uisibi
li misit. lapidem. i. christum qui dicitur lapis. danielis. ii. la
pis qui percussit statuam factus est mons magnus. lapi
dem probatum. multis persecutionibus in sua passione
et approbatum a deo patre. et quod hoc intelligatur de christo contra
nos ad litteram secundum iudeos patet per translationem caldaicam que sic
habet. ecce ego statuens in syon regem messyam regem poten
tem angularem. quia ex iudeis et gentibus tanquam ex duo
bus parietibus simul iunctis fecit unam ecclesiam secundum quod dicitur
Io. x. alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili et illas
oportet me adducere et fiet unum ouile et unus pastor. pre
tiosum. quia humanitas christi ex coniunctione ad deita
tem habet quodammodo infinitum ualorem. In fundamento fun
datum. hoc dicitur quia apostoli aliquando dicuntur ecclesie fun
damenta apoc. 21. murus ciuitatis habens fundamenta. xii. tamen
hoc eis solum conuenit in quantum innituntur ipsi christo. qui
crediderit non festinet. hoc potest referri ad dictum
ysaye, et sic est sensus qui crediderit in denunciati
aduentum christi per me non festinet sic intelligendo uerbum
meum quod christus sit statim uenturus quia adhuc est longum
tempus a tempore enim ysaie usque ad tempus christi fluxerunt
anni quingenti uel circiter, aliomodo potest referri ad ipsum
pluries locutus fuit de aduentu suo ad iudicium ut
patet ex predictis. non festinet. sed expectet patienter
tempus a deo determinatum. unde et apostolis querentibus
de tempore huius aduentus act. primo respondit. non est uestrum nosse
tempora uel momenta que pater posuit in sua potestate.
Et ponam. hic consequenter describitur iudeorum pene acer

bitas pro morte christi nequiter procurata cum dicitur. Et po
nam in pondere iudicium etc. i. puniam eos
secundum demeritum. et subuertet grando. i. exercitus romanorum
cum magno strepitu ueniens ad modum grandinis
descendentis. spem mendacii. qua sperabant euadere
insultum exercitus romani, mendaciter procurando mortem
christi ut predictum est. et protectionem ex hoc mendacio speratam
aque. s. tribulationum. inundabunt. i. simpliciter auferent
sicut aque inundantes rapiunt quod inueniunt. Io
subditur. et delebitur fedus uestrum cum morte. quia uos
inuadet ineuitabiliter, a principio obsidionis per romanos
fuerunt decies centum milia mortui ut dictum est supra.
et pactum uestrum cum inferno non stabit. quia obstina
ti in illa incredulitate decedentes fuerunt secundum animas ad pe
nam gehenne. flagellum inundans. i. exercitus roma
norum ualde potens. cum transierit. ad terram uestram
eritis in conculcationem. quantum ad mortuos. quandocumque per
transierit tollet uos. quantum ad captiuos. mane diluculo
etc. i. quocumque tempore uel hora uenerit continget uob
sine dilatione ista miseria. et tantum modo sola uexatio
intellectum dabit auditui. predixit enim christus hanc
uexationem pluries ut patet in euangeliis, sed noluerunt
credere donec senserunt per experimentum. coangustatum
est enim stratum. i. cor humanum non potest capere simul
deum et dyabolum. sed suscepto dyabolo per peccatum exit
deus et econuerso. et pallium breue. s. amoris utrumque
non potest operire, quia dyabolus non potest operiri pallio cari
tatis nec deus pallio amoris male inflammatis. et quia
iudei a se eiecerunt deum humanatum, per consequens receperunt dya
bolum in domum, ex quo merito debebant sequi dicta puni
tio. Sicut enim in monte diuisionum etc. hic tanguntur
due hystorie. prima habetur 2. Re. v. ubi dicitur quod uirtute di
uina philistei uenientes contra dauid fuerunt debel
lati et fugerunt relinquentes ydola sua, et tunc dixit
dauid diuisit dominus inimicos meos sicut diuiduntur
aque. et propter hoc uocatus est locus ille baalpha
rasim. i. campus diuisionum secundum hebreos. secunda hystoria
habetur iosue. x. ubi dicit Iosue sol non mouearis contra
gabaon et sic stetit sol immobilis donec fuerunt eius
aduersarii totaliter debellati. Est ergo sensus quod sicut tunc
dominus ostendit iram suam contra philisteos tempore dauid
et contra chananeos tempore iosue, sic ostendet iram
suam contra illusores ueritatis predictos. Ideo sub
ditur ut faciat opus suum. i. uindictam de peccatoribus
quia tamen punire non est sibi proprium. sed magis misereri
et parcere. punire autem conuenit ei per accidens, scilicet propter
hominum maliciam, ideo subditur. alienum est opus eius etc. quod
dicit opus puniendi non competit ei ex sua conditione
sed ex malorum transgressione. Et nunc. hic consequenter a
gitur de punitione que erit in finali iudicio cum dicitur
et nunc. i. post destructionem ciuitatis per romanos nol
te illudere ueritatem euangelice predicationis. ne
forte constringantur uincula uestra. pena irremediabili.
in iudicio finali. ideo subditur. consummationem enim. s. mundi
et abreuiationem. i. istud breue tempus residui eiusdem
mundi. audiui a domino. qui est rex uirtutis super uniuersam
terram. malos generaliter puniendo pena irremedi
abili, et bonos glorificando gloria interminabili. auribus
percipite etc. i. attendite diligenter ista. et ponit exemplum
ad hoc sensibile. et primo quantum ad preparationem bono
rum dicens. numquid tota die. i. in singulis diebus con
tinue arabit arans ut serat semen suum in agro. pro
scindet. cum aratro uel ligone. et sarriet. i. purgabit
a sentibus et herbis nociuis. quasi diceret non. ideo subditur. Nonne
cum adequauerit faciem eius. i. superficiem terre perfecte
disposuerit ad recipiendum semina. seret gith. secundum
glosam genus est leguminis cimino simile. et ponet triti
cum etc. i. ponet semina ordinate secundum uariam dispositionem
terre, cuius una pars est apta uni semini, altera alii

p hoc intelligitur q xᵖˢ qui ē agricola agri sui q̄ ē
āīa ponet finali iudicio electos ponet ī distinctis
mansionibus glīe f̄m varia eorum mīta. ꝓpter q̄ dic̄
Jo. xiiii. In domo pris mei multe mansiones. ¶ Ho
eiz in serris ⁊c̄. hic ponit exēplum de punitōe malor
quia terre nascentia collecta nō siliter triturant seu
excutiūt vniformiter. s̄ aliqua cum leuiori instrō ut
pote cum uirga. ut ciminū et silia. alia aūt trituni
tur cum instris ferreis et ponderosis. siliter ī finali iu
dicio vbi erit vniūsal' piorum collectio non oms vnifor
miter puniēntur. s̄ aliqui grauius aliqui min' grauiter
f̄m eorum demerita. et f̄m hoc intelligitur ista ꝑabola
nec mirand' q p eadem sententia itelligūtur iusti pmi
andi et peccatores puniendi. quia hoc ē ꝓpter ydēpti
tatem nature et spēi in ipis. s; est uarietas ī mītis et
demītis. panis aūt comminuet. i. triticū vnde fit pa
nis quod comminuit inter molas. verū nō ī ppetuū
triturās triturabit illū ⁊c̄. hoc refertur ad penas tē
porales quib; deus f̄m ordinē sapie sue aliqn pu
nit peccatores ad correctōem eorum ul' ad terrore alior
et tal' punitō cessabit in iudicio et succedet pena eter
na. quam deus execucōi demonū tradet quib; erunt
subiecti in pena quib; ante fuerant subiecti ī culpa
et hoc a dn̄o deo exercituū exiuit. tāq̄ ubi mirabi
tabile ut mirabile faceret cōsilium suum. quia nullus
sit in qua pte sit futurus. s. pmi ul' pene final'. ut ma
gnificaret iusticiam. q finale iudicium omnibus appa
rebit iustum. ¶ Et nō. Callianis.

Capitulum. XXIX

Ve ariel. hic cōmīter ꝓpha loquitur contra illusores
ueritatis generaliter. Et diuidi ī duas ptes
quia pmo declarat suū ꝓpositū. 2° remouet dubiū
ibi. ꝓpter hoc. pma adhuc in duas q pmo cōmina
tur ꝓpls captiuitatem p caldeos. 2° p romanos ibi.
obstupescite. pma adhuc in duas q pmo ꝓpl'o com
minatur. 2° ipm aliqualiter cōsolatur more samarita
ni post vinum mortificatiuū īfundēs oleū leniuum
2° ibi. et erit. Circa pmum dī. ve ariel. et quid p
ariel intelligitur ōndit̄ cum subditur. ariel ciuitas
quā expugnauit dauid. s. ihrlm quā expugnauit
in pncipio regni sui inde eiciens iebuzeos 2° Re. v. addi
tus annus ad annum. q dicat appinquat finis duratōis
ihrlm quia caldei destruxerūt ea tpe sedechie reg.
sollēpnitates euolute sūt. quia destructo tēplo p cal
deos cessauerūt. vnde in hebreo hī. prise sūt. et loq̄t
ꝓpha de futuro p modū pteriti. ꝓpter quod subditur. et
circumuallabo ariel. i. ihrlm que a caldeis obsessa fuit
in circuitu. 4° Re. ult°. et erit tristis et merēs. ex fame
et gladio supuenīente. Et erit mi. s. ihrlm. q ariel. h'
dī ad exprimend' q̄re ihrlm sic uocatur in loco isto. ari
el. n. f̄m hebreos significat altare holocaustor. et hoc
etiā hētur ezechiel. ex. p hoc aūt qd' dī hic de ihrlm
erit mi q ariel. intelligitur q sicut altare holocaustor
erat optum et circūdatum carnib; aīalium ymolatorum
quia vna pars sup altare ponebatur sup altare ibi
cremanda. alie aūte ptes dimittebātur circa altare di
stribuende sacerdotibus et leuitis ministrantib; et aliq̄
etiam offerentib; s. de hostiis pacificis. sic ī destructōe
ihrlm p caldeos ciuitas fuit plena cadauerib; mor
tuorum intus et extra et sic exponit Ra. Sa. Et circuīda
bo q̄si sphērā ⁊c̄. reuertitur ꝓpha ad describend' obsidio
nis modum. q sic fuit obsessa a caldeis q nullus po
terat egredi ad fugiendū nec aliquis exterior intra
re ad ciuitatis auxilium. et iaciam cōtra te aggerē. s.
terram lapides et ligna ad implend' fossata. et mu
nimenta ponā. i. machinas ad destruend' muros. hu
miliaberis. deiecta a regno. de terra loqris ⁊c̄. q tēul

neron ad terrā cadentes gemitus emittebant. Et erit
q̄si phitonis de terra uox tua. vox. n. acquisita p arte
phitonica est uox mortuorum ul' potius demonū ī si
militudine mortuorum apparentium et loquentiū ut dictū
fuit pmo Re. 28. et p hoc dat intellige ꝓpli mortā
litatem ita q non audietur ultra uox eius nisi p mod'
phitonicum. Et erit. hic cōmīter ꝓpha ꝓplm regni iu
de aliqualiter cōsolatur denūciando babiloniorum
destructōem qui q̄uis f̄m ordinem diuine iusticie ie
rusalem destruxerint magis uirtute diuina q̄ hu
mana tū hoc iniqua uoluntate fecerūt et factū i°
ꝓprie uirtuti attribuerūt. ꝓpter q p⁹ ea p psas et
medos deleti fuerūt. et hoc est qd' dī. et erit sicut
puluis tenuis. que a uento rapitur et dispgitur
multitudo uentilanciū te. i. caldeorum ī captiuitatē
te deducenciū. et pz lr̄a usq; ibi visitabitur in toni
truo et cōmotōne terre ⁊c̄. p hoc intelligitur mul
titudo et fortitudo et crudelitas exercitus psarū et me
dorum uenturi in breui contra babilonem. et flamme
ignis deuorantis. quia capta babilone incēderūt
eam. et erit sicut sompniū ⁊c̄. q sicut sompnians aliqn̄
sompniat se comedere et bibere et in deliciis ēē et ī hoc
delectatur. s; hec delectatio modicum durat. quia e
uigilans sentit se esurientem et sicientem. sic gloria
regni babilonis modico tpre durauit respectu aliorum
regnorum q incepit ēē gloriosum sub nabugo. et sub ne
pote eius balthasar defecit illud regnū et f̄m
istam sniam pz lr̄a sequēs. ¶ Obstupescite. hic cōmīt
ꝓpha cōminatur destructōem p romanos. xl. āno p⁹
passionē xpi. et illo tpre aliqui de iudeis licet pauci
cōpatiue receperūt fidem xpi. et alii remanserūt ī sua
infidelitate excecati. pmo igr ꝓpha denūciat dic
tam destructōem. 2° malorum excecatōem ibi claudet o
culos uros. tertio bonorum illuiatōnem. ibi nōne
adhuc. Circa pmum dicit ꝓpha. obstupescite et ad
miramini. pre magnitudine mali sup uos uenturi. fluc
tuate et vacillate. quia sicut dicit Josephus īmin
ēte obsidione ihrlm a romanis iudea dissensio
nibus internis erat lacerata. et aliqui seqbantur vnū
tyrānū et alii alium. appinquātib; etiā romanis a
liqui cōsulebant q ciuitas redderetur eis. alii autem
contrarium. et sic totus ꝓplus erat ī quadā fluctuatōe
et uacillatōe. inebriamini. p defectum sensus et cōsilii
et nō a vino. s; a stupore uos conturbante. moue
mini de vno ꝓposito ad aliud. et nō ebrietate. s; ex p
plexitate. qm̄ miscuit uob' dn̄s spm̄ soporis. i. mort'
que sopor uocatur. et iste potus fuit eis ꝓpinatus a rōa
nis qui ꝓplm in maxima multitudie occiderūt et re
siduum captiuauerūt. ut dictum ē sup ca° 27. ¶ Claudet.
hic cōmīter ponit malorum excecatō. Et pmo q̄tū ad
maiores. 2° q̄tum ad uulgares ibi. ve qui pfundi e
stis. pma in duas q pmo ponitur maiorum excecatō.
2° excecatōnis rō ibi. et dixit dn̄s. Circa pmū dī
claudet oculos uros. i. excecabit sacerdotes et scri
bas qui debent uos dirigē. sicut oculi cetera mēbra
corporis. Sciendum tū q deus nō ē cā excecatōnis
directe. s; indirecte in q̄tum iuste amat' subtrahit grām
suam mentis illuiatiuam. ꝓphas. Imminēte. n. euersione
ihrlm apparuerūt plura signa huius euersionis ut dicit
Josephus. que tū aliqui tāq̄ ꝓphe falsi interpretaba
tur ī cōtrarium. s. in bonum ciuitatis futurū. et pncipes
uros. quia decepti a talib; ꝓphis rebellauerūt rōa
nis. et erit uob' uisio oīum. s. ꝓpharum antiquorum qui
ꝓphauerūt de aduentu xpi et destructōne ciuitatis
et tēpli. ꝓpter eius mortē. sicut uba libri signati q
nō pt legi q̄diu ē sigillatus. Et io subdit'. quē cū
dederint scienti lr̄as ⁊c̄. Sic. n. Rn̄dent iudei mo
derni. multi. n. doctores eorū qui pcesserūt defini
uerūt tpus aduentus messye vnus post aliū et omēs

deffecerūt q

defecerunt quia t[em]p[or]a ab eis prefixa transierunt. Sed
q[uo]d dicit Ra. sa. sup[er] danielem. et tam[en] huius defectus
dicunt doctores moderni. s. q[uod] sermones prophetarum sunt
clausi. et dabitur liber. s. apto p[ro] predicatione xpi et
ap[osto]lorum. nescienti l[itte]ras. etc. quia quando simplicibus
iudeorum fit s[er]mo de aduentu xpi p[re]dicto et de consilib[us]
dicunt se no[n] e[ss]e no[n] e[ss]e p[er]itos in lege. s[ed] magistri eorum
sciret de talib[us] respondere quorum erroribus firmissime
firmissime adherent. ¶ Et dixit d[omi]n[u]s. hic ponitur
ca[usa] dicte excecationis. s. ypocrisis siue simulata sanctitas
q[ue] s[ecundu]m Jeronimum est duplex iniquitas. et maxime uige
bat in sacerdotib[us] scribis et phariseis t[em]p[or]e xpi ut p[atet]
ex decursu euuangelii. et hoc est quod dicit. eo q[uod] appropinquat
p[o]p[u]l[u]s iste ore suo. etc. falso simulando iusticiam. et timuerunt
me mandato hominum. etc. p[ro]pter q[uod] xpus increpat eos. mat. xv.
Jrritum fecistis mandatum dei p[ro]pter traditionem uestram.
Jdeo ecce ego addam. ad cecitatem eorum p[ro]pter q[uod] sequitur
p[er]ibit. n. sap[ient]ia a sapientib[us]. etc. i. ab illis qui sunt i[n] statu
sapientium ut erant scribe sacerdotes et pharisei.
Ve qui p[ro]fundi. hic autem ponitur excecatio uulgarium
t[em]p[or]e. n. xpi in iudeis erat una secta saduceorum qui
negant sp[iritu]m et angelum et p[er] [con]s[equen]s resurrectionem futu
ram actuum. xxiii. et p[er] [con]s[equen]s negant punitionem omnem
p[ost] uitam istam et ex hoc processit error i[n] uulgarib[us] q[uod] deus
non intromitteret se de humanis actib[us] puniendis ne
q[ue] cognosceret. et hoc est quod dicit. Ve qui p[ro]fundi estis
corde. i. in tantum s[ecundu]m estimationem q[uod] diuina s[ci]e[nti]a no[n] attigit
ad ip[su]m. quorum sunt in tenebris opera. in tantum q[uod] sunt
deo occulta s[ecundu]m errorem illum. et absurditatem hanc ar
guit p[ro]ph[et]a dicens. peruersa est hec cogitatio u[est]ra q[ua]si
lutum contra figulum. etc. p[ro]pter q[uod] Jere. xviii. dicit sicut lu
tum in manu figuli sic uos i[n] manu mea domus isr[ae]l. Nonne.
hic autem ponitur simplicium illuminatio. Sicut. n. i[n]
aduentu xpi sacerdotes et scribe qui erant littera
ti fuerunt suis demeritis excecati. sic ap[osto]li aliiq[ue] dis
cipuli xpi qui plus erant simplices et illiterati fu
erunt diuinitus illuminati. p[ro]pter q[uod] dicit saluator mat. xi.
Confiteor tibi d[omi]ne pater celi et terre quia abscondisti
hec a sapientib[us] et prudentib[us] et reuelasti ea paruul[is].
et hoc est quod dicit hic. nonne adhuc i[n] modico et in
breui. quia illuminatio ap[osto]lorum fuit statim p[ost] resurrectio
nem xpi. n. aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas
luce. xx. co[n]uertetur libanus in chermel et chermel
in saltum reputabitur. Jn hebreo h[abet]ur. Jn nemus repu
tabitur. p[er] chermel. intelligitur hic mons carmeli ubi
helyas interfecit p[ro]ph[et]as baal qui locus e[st] aridus et steri
lis. libanus autem est nemus ubi sunt arbores pulchre et
aromatice. p[er] hanc igitur parabolam intelligitur q[uod] sacerdo
tes et scribe qui erant magne reputationis et aucto
ritatis adnichilarentur p[er] excecationem in destructione ciui
tatis p[er] romanos. et ap[osto]li alii q[ue] discipuli xpi qui
nullius erant reputationis eleuarentur p[er] illuminationes
diuinas et p[er] operationes miraculosas. ut p[atet] i[n] actibus
ap[osto]lorum in pluribus locis. et quia p[er] eorum predicationem
conuersi sunt gentiles ad fidem ideo sequitur. et au
dient in illa die surdi. i. gentiles qui p[ri]us erant ydo
latrie dediti. Verba libri. s. ueteris et noui testam[en]ti.
et de tenebris et caligine. erroris et ignorantie. oculi
cecorum. i. gentilium. uidebunt et addent mites. i. apo
stoli quib[us] dixit xpus mat. xi. discite a me quia mitis.
Jn d[omi]no leticiam. de conuersione gentium ad fidem
et pauperes homines. i. paupertatem euuangelicam sequentes
quia in primitiua eccl[es]ia omnia erant fidelib[us] commu
nia renunciando p[ro]prietati act. iiii. q[uonia]m defecit qui pre
ualebat. cetus sacerdotum scribarum et phariseorum qui
in destructione ciuitatis fuit occisus. consummatus est illu
sor. illusit. n. multipli[citer] doctrinam xpi et succisi sunt om[ne]s
qui uigilabant super iniquitatem. quia tota eorum inten
tio uersa erat ad auariciam et rapinam. qui peccare fa

ciebant homines in uerbo. quia querebant de ore xpi
discipulorum q[ue] eius aliquid calumpniabile cap[er]e ut p[atet]
in euuangelio in actib[us] ap[osto]lorum in pluribus locis. et arguen
tem in porta supplantabant. s. xpm arguentem eorum
uitia in palam. et declinauerunt frustra a iusto. i. xpo.
qui d[icitu]r xpo anthonomasice eo q[uod] alios iustificat. quia con
dempnauerunt coram pilato ¶ P[ro]pter hoc. hic remouetur qua
dam dubium circa predicta de excecatione sapientum et il
luminatione simplicium ne forte crederet aliquis q[uod] hec
deberet accidere p[ro]pter t[em]p[u]s ysaie ideo hoc remouet dicens
no[n] modo confundetur iacob. i. p[o]p[u]l[u]s iudaicus q[ui] t[ame]n ma
iori p[ar]te in aduentu xpi fuit excecatus et p[ost] roma
nos p[er] orbem in captiuitate dispersus ubi uariis confusiones
sustinet. et ideo determinatio huius temporis s[equitu]r [illegible]
S[ed] cum uiderit filios suos. i. apostolos [illegible]
illa. opera manuum mearum. quia [illegible]
ydiotis et timentib[us] fecit eos sapientissimos [illegible]
Jn medio sui sanctificantes nomen meum. et hoc [illegible]
fuit in die penthecostes actuum ii. et sanctificabunt [illegible]
tum predicabunt. scilicet iacob [illegible] p[ro]ph[et]ia [illegible]
cha predixit uenturum ad sanctificandum iudeos [illegible]
non auferetur sceptrum de iuda et dux de femore eius
donec ueniat qui mittendus e[st] et ipse erit expectatio gen
tium. et deum isr[ae]l predicabunt. gentib[us] p[er] orbem dispersis. et
scient errantes sp[iritu]m. i. gentiles p[ri]us in suis erroribus [illegible]
ti. intellectum legis et euuangelii. et mussitatores q[ui] p[ri]us
erant ociosi et uanis occupati. discent legem moysay
cam et euuangelium. et hoc p[atet] i[m]pletum p[er] orbem.

Ve filii. XXX

Hic o[ste]ndit ysaias
loquitur contra transgressores p[ro]phetarum futurorum
et p[re]cipue Jeremie qui p[ro]phetauit t[em]p[or]e captiuitatis ba
bilonice. ysaias uero ante p[ro]phetauit p[er] plures annos.
Jnterfectus. n. fuit circa principium regni manasse. ut
dictum fuit sup[ra] p[ri]mo c[apitu]lo. a p[r]i[ncipi]o. n. regni manasse usq[ue] ad
destructionem ciuitatis p[er] caldeos fluxerunt an[n]i. cx. quia
manasses regnauit. lv. annis. amon. ii. Josias. xxxi.
Joachim. xi. sedechias. xi. s[ecundu]m igitur q[uod] regnum isr[ae]l et
regnum iuda fuerunt destructa ex confidentia adiutorii
regis egypti. Expositores igitur n[ost]ri communiter exponunt hoc
c[apitu]l[u]m ad l[itte]ram de iudeis qui euaserunt manus regis babilo
nis. s[ed] interfecto godolia quem rex babilonis prefecerat
terre inde transierunt in egyptum timore caldeorum contra
mandatum d[omi]ni factum eis ex ore ieremie. ut h[ab]etur Je
remie. xliii. s[ed] hoc no[n] uidetur uerum. q[uia] de ipsis descen
dentib[us] in egyptum d[icitu]r infra c[apitu]lo isto. nuncii tui usq[ue]
ad anes peruenerunt. que e[st] ciuitas egypti. illi autem
qui interfecto godolia transierunt in egyptum no[n] ire
runt illuc sicut nuncii ad redeundum. s[ed] fugitiui sicut
ad illuc manendum. p[ro]pter q[uod] Ra. sa. exponit hoc c[apitu]l[u]m
de osee rege isr[ae]l qui misit nuncios ad regem egypti p[ro]
auxilio habendo contra regem assiriorum ut sic liberare
tur a tributo quod sibi reddebat singulis annis ut h[abetu]r
iiii. Re. xvii. et licet litt[er]a posset ad hoc applicari. uidetur
t[ame]n m[ihi] q[uod] melius debeat intelligi de sedechia rege iu
da qui confidentia regis egypti rebellauit nabuchodono
sor contra consilium ieremie [illegible] [illegible]
lendo misit frequenter sedechias sollempnes nuncios ad
regem egypti. s[ed] defraudatus fuit ab intentu quia rex
egypti no[n] adimpleuit p[ro]missa [illegible]
Jgitur s[ecundu]m hanc sententiam [illegible]
comminatur penam regno iuda [illegible]
chis. s[ed] idem facit regno isr[ae]l [illegible]
p[ri]mo comminatur illis de regno iuda [illegible]
nat eis consolationem [illegible]
ea expectat d[omi]n[u]s. [illegible]
pam. s[ed] sequitur de bitum [illegible]

domini. quia nabugodonosor non fecit illas victorias virtute
propria. sed in hoc erat flagellum dei ad puniendum pecca
ta illius temporis. interfecit eos. id est interficiet. loquendo

de futuro per modum preteriti. interfecti eorum proicientur
bestiis et auibus insepulti. tabescent montes a san
guine eorum. per hoc designatur multitudo interfectorum.
et tabescet omnis militia celorum. quod exponunt [illegible]
de angelis prefectis ad custodiam diuersarum gentium quos
dicit similiter puniri et contristari cum gentibus quibus pre
sunt. quod est erroneum. illi enim sunt angeli beati et ideo non
potest eis aliquid contingere quod sit contrarium volunta
ti ipsorum. et ideo in nullo tristantur vel grauantur de punitione
temporali seu eterna gentium quas custodiunt. quia talia
procedunt secundum ordinem diuine iusticie cui per omnia et
simpliciter assentiunt. et ideo aliqui expositores hoc
exponunt de demonibus. sed non videtur rationabiliter dictum
quia de talibus occasionibus non tristantur. sed magis delec
tantur. et ideo per militiam celi sol et luna et alia astra
nobilia intelliguntur que frequenter in sacra scriptura mi
litia celi dicuntur. hec enim astra multi gentiles aliquando
colebant sicut deos. et ideo methaphorice dicuntur tabescere
in destructione gentium ea adorantium eo quod apparet ma
nifeste quod non poterant eas saluare. et complicabuntur
sicut liber celi. in libro plicato non potest legi. et eodem modo
dicit hic quod gentiles ex constellationibus futura presumen
tes non poterant ibi videre infortunia super
eos ventura per nabugodonosor. et militia eorum defluet. id est
influentia stellarum eis non proficiet. quia inebriatus
est in celo gladius meus. id est gladius vindicte mee
ex ordinatione celesti seu diuina extractus est ad effusi
onem multi sanguinis. Ecce super ydumeam. hic ostendit
hic propheta contra ydumeos specialiter et diuiditur in tres
partes quia primo comminatur eis hominum occisionem. secundo terre
destructionem ibi et conuertentur. et tertio ponit veri
tatis dicti confirmationem ibi requirite diligenter. Circa pri
mum dicit ipse dominus. ecce super ydumeam etc. et patet litera
usque ibi de sanguine agnorum. id est minorum. et hircorum. id est
mediocrium. et de sanguine medullatorum arietum. id est maio
rum in potentia et diuitiis. victima enim domini id est interfec
tio peccatorum ex sententia domini. in bosra. de hac enim ciuitate fuit
iobab rex edom genesis 36. et descendent vnicornes id est
superbi et ceruicosi. et tauri cum potentibus id est indomiti.
inebriabitur terra eorum sanguine. In hoc notatur magni
tudo effusionis sanguinis humani. cuius causa subditur cum dicitur
quia dies vltionis domini etc. sic enim fuerunt puniti ydumei
id est eo quod fuerunt molesti et aduersarii iudeis quorum
[illegible] fuit iherusalem in qua erat mons
syon. Et conuertentur. hic ostendit propheta comminatur
eis terre destructionem cum dicit. et conuertentur torrentes
eius in picem. id est in corruptionem et amaritudinem
ex multitudine sanguinis ibidem decurrentis et ca
dauerum ibidem putrentium. et humus eius in sulphur.
hoc est in fetorem ex cadaueribus exalantem. et erit
terra eius in picem ardentem nocte ac die. quia habita
cula illius terre fuerunt combusta ab aduersariis ita
faciliter ac si essent linita pice. non extinguetur in
sempiternum opera humana. ignis enim ille non fuit extinc
tus ab incolis qui erant pro maiori parte interfecti et re
sidui erant fugitiui vel capti. nec ab aduersariis
qui ignem incenderant. sed solum cessauit per defectum
materie combustibilis. vel potest dici quod in aliqua parte il
lius terre in signum diuine vindicte apparuit ignis exi
ens de venis sulphuris terre qui adhuc perseuerat
sicut est in sicilia in monte ethne. Ideo subditur. ascen
det fumus eius etc. non erit transiens per eam. quia erunt
habitatores ab incolis. et possidebunt eam onocrotalus.
auis est immunda. et dicitur ab onos quod est asinus eo quod
habet faciem aliquomodo similem asino ut habetur in libro qui dicitur
catholicon. hebrei tamen dicunt hic. noctua. que est
auis volans de nocte. et hericius. animal est paruum
spinosum. et ibix. id est ciconia. hebrei dicunt. mo
nedula. per ista designatur vastatio terre. quia illam
habitant

bitabit in locis. *et extendetur super eam mensura* .i. destructio et vastatio secundum mensuram peccatorum. ideo sequitur *nobiles eius non erunt ibi* quia erunt interfecti vel capti. Ideo subditur *regem potius invocabunt* .i. regem babilonis cui erunt subiecti invocabunt ut eorum misereatur quia tunc non invenient apud eum nisi subditur *et erunt omnes principes eius in nichilum. et orientur in domibus eius* .i. ruinosis et derelictis *spine et urtice et paliurus* .i. carduus est cum quo pascitur panis. *et erit cubile draconum* etc. per omnia ista intelligitur quod terra ad solitudinem redigetur. *et occurrent demonia onocentauris.* secundum expositores nostros dicuntur hic demonia demones incubi vel homines silvestres. *onocentauri* autem animalia monstruosa in parte superiori similitudinem hominis habentia et in inferiori asini. ideo dicitur ab onos quod est asinus. hebrei sic dicunt *et occurrent martine canis silvestribus* .et dicuntur martine apud eos animalia bruta similitudinem cui simulis sit tamen caudam. *et pilosus clamabit alter ad alterum* .i. ululabit et dicitur hic pilosus secundum hebreos animalia ferina pilosa sicut lupi et huiusmodi. *ibi cubavit lamia* est animal monstruosum habens in superiori parte similitudinem mulieris et inferiori pedes equinos. Cetera patent ex dictis. *Requirite diligenter.* hic consequenter probat predictorum certitudinem cum dicitur *requirite diligenter in libro domini* .i. in hoc libro ysaye qui scripsit ipsum spiritu sancto dictante. prout dictum fuit in principio huius libri. *et legite* .s. futuris temporibus. *et invenietis quod unum ex eis* que predixi venturum ex edom. *non defuit* quia sic ad implendum. *alter ad alterum non quesivit.* hoc est dictum. hoc non contigit vel ex humana industria sed ex ordinatione divina predestinatum. *quia quod ex ore meo procedit* prophetando *ille* .s. deus *mandavit* michi inspirando. *et spiritus eius ipse congregavit ea* .s. animalia monstruosa predicta. *et ipse misit eis sortem* .i. locum ad habitandum. *et manus eius divisit illis in mensuram* .i. singulis secundum suam naturam convenientiam. *usque in eternum* etc. In hebreo habetur *usque in seculum* quod aliquando pro tempore quinquaginta annorum aliquando tamen accipitur in scriptura pro maiori tempore aliquando pro minori. Unde non accipitur hic pro duratione perpetua quia ydumea post destructionem dictam per multos annos fuit postea habitata ab hominibus et predicta animalia inde deiecta.

Letabitur

XXXV

deserta. Audientes et expositores catholici in hoc capitulo sequentes exponunt illud capitulum ad litteram in magna materia .s. de prosperitate iudeorum post reditum de babilone. sed hoc non videtur rationabiliter dictum quia illo tempore usque ad christum fuerunt infiniti quamvis in terra sua sicut dictum fuit supra .32. fuerunt etiam in multis afflictionibus et angustiis ut patet in libris esdre et neemie et daniel. et iosephus prosperitatis et iocunditatis que in hoc capitulo describuntur ad tempus illud nullo modo referri videntur. Si autem dicatur quod vano quod hic est yperbolica locutio. sicut dicitur de alba muliere quod est albior nive quamvis in rei veritate deficiat a nivis albedine. hoc non videtur convenienter dictum in proposito quia magnificum et pium decet plus conferre quam promittere vel saltem non minus prestare quam comminari. deus autem est magnificentissimus et piissimus et eius promissiones de bonis non videntur rationabiliter exponi pro restitutione impletionis. nisi aliunde appareat manifeste quod sic debeat exponi ut propter meritum manifeste supveniens propter quod bonum promissum iuste rescinditur vel totaliter aufertur. comminationes tamen de malis sic rationabiliter aliquando exponuntur propter quod Ra. Sa. hoc capitulum exponit de felici statu quem expectant iudei in adventu

messye. Igitur dimittendo quod falsum est in dictis eius .s. quod christus sit adhuc venturus in mundum et accipiendo quod verum est .s. quod hoc capitulum sit ad tempus christi referendum potest sic continuari ad precedentia. in quo propheta denuntiavit destructionem ydumee ad consolationem iudeorum. hic consequenter denuntiat eis consolationem perfectam christi tempore credentibus affuturam. Et dividitur in tres partes quia primo consolatur eos de futura multiplicatione. secundo de credentium roboratione ibi. *confortate manus.* Tertio de demonum detectione ibi. *in cubilibus.* Ad evidentiam primi sciendum quod in senhendrin ierosolimitano qui apud hebreos est liber autenticus dicitur quod quinque res notabiles defuerunt in secundo templo per zorobabel edificato que fuerant in templo salomonis. primum est ignis celestis continuus in altari holocaustorum qui per pluviam vel ventum non extinguebatur quamvis esset sub divo. Secundum est archa testamenti. Unde dicitur Iere. iii. in illis diebus non dicent ultra archa testamenti nec ascendet super cor. Tertium est unctio regum et pontificum quia pontifices qui fuerunt post captivitatem babilonicam non fuerunt instituti per unctionem sacram. sed instituebantur frequenter per reges quibus iudei erant tributarii qui frequenter vendebant summum sacerdotium. similiter eo tempore illo iudei reges non habuerunt sed aliquos paucos parum ante adventum christi. et illi non fuerunt per unctionem instituti. Quartum est spiritus sanctus seu divinitas que per tantum ducebatur in templo salomonis. Sciendum quod ibi a summo sacerdote audiebantur divina responsa non autem in secundo templo. Quintum est urim et thummim per quo ponitur in latino doctrina et veritas. exo. xxviii. et secundum iosephum erat quoddam fulgens [illegible] [illegible] de lapidibus [illegible] et super humerale [illegible] [illegible] [illegible] sacerdotis de quo dicit iosephus in libro antiquitatum iudaicarum quod cessavit [illegible] annos ante quam [illegible] scribere librum quem incepit scribere xiii anno a passione christi [illegible] quia librum illum obtulit vespasiano imperatori qui cepit imperare anno domini [illegible] [illegible] [illegible] secundum ipsum cessavit [illegible] tempus [illegible] per manus tempus [illegible] cessavit [illegible] [illegible] [illegible] sicut secundum [illegible] dicitur. *letabitur deserta* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] primi templi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] retrahendo et ad bonum exhortando tempore secundi templi non leguntur habuisse nisi aggeum zachariam et malachiam qui prophetaverunt tempore reedificationis templi [illegible] sed post ea prophetis [illegible] [illegible] fuit per [illegible] natus per ccc annos et amplius usque ad tempus iohannis baptiste qui cepit primam predicare et adventum christi nuntiare. *letabitur* .s. iudea que fuerat [illegible] [illegible] deserta. *et invia.* In adventu christi habebit [illegible] [illegible] dii. quantum ad defunctos quos christus de limbo [illegible] tulit ad gloriam. et quantum ad vivos credentes in eum quod perfectissime fuit impletum qui recepto spiritu sancto in die penthecostes confidenter et magna voce laudabant deum act. ii. *et exultabit solitudo* .i. gentilitas que ad modum solitudinis caruerat cultura legis et prophetarum et cum gaudio suscepit fidem christi ad predicationem apostolorum *et florebit quasi lilium.* decore sanctitatis et odore bone fame. *germinans germinabit.* per talem reduplicationem intelligitur multitudo gentium recipiens christi fidem *et exultabit letabunda corde. et laudans ore. gloria libani* etc. per ista tria loca que prius in iudea fuerunt amena et fertilia intelligitur quod quicquid erat pulcritudinis et amenitatis in sanctitate et honestate in synagoga translatum est ad ecclesiam ex iudeis et gentibus congregatam. *ipsi videbunt gloriam domini* .i. ipsius christi quem viderunt apostoli oculis corporis quantum ad humanitatem. et oculis mentis quantum ad deitatem. Io. primo. Vidimus gloriam eius.

gliam eius gliam qi vnigeniti a pre &c. viderunt
enim gliam eius i miracloz opatone et resurrectoe
eius et ascensione. gentiles etiaz p'ea ad fide con
uersi viderunt gliam ei' in miracul' factis p aplos
in noie xpi. ¶ Confortate. hic cons' denuntiat' ma
gaudij ex roboratone credentium in deo. confortate
&c. et est vbum ,pphe ad apostolos. confortate man'
dissolutas. i. gentilium qui ante erant tardi et pi
gri ad opus bonum. et genua debilia. gentilium ro
borate. uerbo et exeplo ad quecuq asp'a p xpo su
stinend'. dicite. i. cons' pdicate. pusillanimes. tpre
persec'. confortamini. in uirtute xpi. et nolite timere.
s. tormenta tyrannoz. cu' ca sbditur. ecce deus ut ultionis
adducet retributionis. sup uos psecutores. ipse ue
niet et saluabit uos. p passiones medias ad gliam
deducendo. et sic factum fuit in pmitiua ecclia p longum
tpus p'ea q multi gentiles ad xpm conuersi ita erant
in dno confortati q no timebant tormenta s magis ap
petebant ut pz in legendis multoz scoz. tunc aperientur
oculi cecorum &c. ista. n. miracula fuerunt facta ad litt
p xpm et p'ea p aplos et alios credentes in noie xpi
ut pz in euuangelijs et actib' aploz/ fuerunt etia fac
ta spualiter in illuiatoe infidelium fidem recipiendo
et aures eoz fuerunt apte mandatis xpi obediendo
et claudi sanati p uiam moz incedendo. et muti solu
ti fidem libere confitendo cu' ca sbditur. quia scisse su
in deserto. uidete et gentilitatis ut pz ex sup dictis aq
s. sacramentum baptismi. et torrentes in solitudine. i. do
na gre spus sancti de quib' di. act. x. alij dantur
[illegible] &c. et que erat arida in stagnum &c. pe
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] draconex
i. demones in [illegible] dabantur [illegible]
[illegible] demones [illegible]
[illegible] orietur. quia [illegible]
[illegible] aplos alios q discipulos di
[illegible] et erit ibi semita. [illegible]
[illegible] et uia. [illegible]
[illegible] directa [illegible]
[illegible] ita ut stulti. i. simplices et illitt
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] et uos [illegible]
[illegible] et non transibit p eam pollutus. et hic
pz q ppha loquitur no hic de uia [illegible]
[illegible] pollutio et mundo. et hic erat uia [illegible]
in precedentib' et seq. s. stulti. non erit ibi leo. &c.
p hoc intelliguntur demones qui in pmitiua ecclia
fugabant' pcedentis mali [illegible] signa eos q cre
diderint hec sequent'. In noie meo demonia eicient
&c. et ambulabunt. p uiam [illegible] qui liberati fue
runt a demonis [illegible] et redempti a dno ihu xpo
suo sanguine pcioso. conuertentur et uenient in syon
. i. ad ecclesiam militantem pmo postea ad triumphantem
s'm qd di. hebr. xij. accessistis ad syon montem et ci
uitatem dei uiuentis ihrlm celestem &c. et letitia se
pitena. &c. ex hoc et plurib' alijs in hoc capitulo
positis uidetur q hoc caplm referri no possit ad te
pus iudeoz de captiuitate babilo [illegible] redeuntium.

Et factum est

XXXVI

Supius ysaias descripsit liberatonem ezechie et po
puli eius p modum pphie. hic cons' describit
eam p modum historie. Circa q sciend' q ezechi
as misit magnas pecunias regi assyrioz tali pac
to q a terra ei' recederet et ipm i pace dimitteret ut
dictum fuit. iiij. Re. xviij. s3 accepta pecunia pacem fre
git intendens ihrlm destruere et ppim i assyrios transfer
re/ et ad terrend' ezechiam et ppim suum vbis comminato
rijs misit rapsacen cum magno exercitu ante ihrlm. Cir
ca hoc igr sic pcedit' q pmo ponitur dicta comminato
2° ezechie liberato caplo. 37. prima diuidit' in tres
quia pmo poit' dicta comminato. 2° comminati postulo
ibi. et dixit. Tertio refutato petitonis ibi. et dixit
ad eos. pma in duas q pmo pmittitur qda pre
ambula. 2° comminato dicta ibi. et dixit. Circa pri
mum pmo premittit' tpus cum di. et factum e in
qrto decimo anno. &c. 2° locus ibi. super omnes ciuita
tes iuda. excepta tamen ihrlm et paucas fortiores
et misit rex assyrioz rapsacen de lachis. ubi rema
sit cum pte exercitus ad expugnandu locu illum. i ma
nu graui. i. in multa ptate q ezechias no poterat in
campo sustinere. io tenebat se intra muros ihrlm. et
stet in aque ductu piscine superioris. illum aque ductu
qui exibat ex ciuitatem diuerterat ezechias ut dictu
est supra. 22. tamen locus retinebat nome aque duc
tus. in uia agri fullonis. sic uocati eo q fullones
extendebant ibi uestes ad desiccand'. et egressus est
ad eum. ad tractand' de pace de consensu utriusq ptis q
erat sup domu. s. domini q erat sum' sacerdos ut di
cit est sup. 22. et sobna scriba. i. scriptor annalium et
iste alius ab illo de quo hr. sup. 22. qui ante eliachim
fuit summus sacerdos. et ioae filius asaph
a commentarijs. i. cancellari' regis. et e a commentarijs
unum nome indeclinabile et neutri generis. In hebreo
tamen hr. recordator. et ut dicit Ra. sa. habebat offi
cium reducendi ad memoriam causas tractandas coram
rege. et s'm debitum ordinem p ut causs debebant p'
ius p' eu' expediri ¶ Et dixit. positis quib'dam pre
ambulis. hic cons' describitur comminato rapsacis
ex pte reg' assyriorum loquentis. que est ista fiducia
qua confidis. s. te posse resistere. q. d. nulla e. quia
si confidis de auxilio humano p regem egypti illud
nullum est. ideo sbditur. ecce confidis sup baculum
arundineum. &c. et pz littera usq ibi. q. si responderis
m in dno. ubi excludit ab ezechia auxilium diuinu
dicens. nonne iste e cui' abstulit ezechias excelsa
&c. q. d. non debes a deo spare auxilium cui' diuinu
cultum diminuisti tamen rapsaces dicebat falsum qz
post edificatonem templi p salomonem non fuit licitum
iudeis alibi offerre sacrificia nisi tamen ex diuina
dispensatone. sicut helyas obtulit i monte carmeli.
3. Re. xviij. et nunc trade te dno meo &c. i. obliga te
p munitonem sustinendam. unde in hebreo hr. sis ua
dium. s. p duob' milib' equoz quos tradam tibi. si
poteris ex te pbere ascensores eoz. q. d. i toto
ppto tuo non inuenies tot hoies qui sciant et pos
sint equitare. et quomo sustineb' &c. q. d. nullo mo
quia quilz eorum ht plures equites sags sub se sua
q. si confidis in egypto. &c. i. in adiutorio dei et reg'
egypti simul excludit hoc dicens. dns dixit ad
me ascende super terram istam. hoc fto dicebat ad ter
rendum ezechiam ¶ Et dixit. hic cons' ponitur eze
chie petito p nuncios suos facta cum di. loquere ad s
uos tuos syra lingua. que no erat intelligibilis
coi ppto/ et erat petito ronabil' quia tal' tracta
tus de re secreta quousq sit pfecto et firmatus
¶ Et dixit. hic cons' ponitur dicte petitonis refu
tato cum sbditur. ad dnm tuum. s. ezechiam. et ad
te eius nuncium. misit me dns meus &c. q. d. s3 mag'
ad ppim. ut comedant stercora sua. i. nisi reddant
se uoluntarie ita diu erunt obsessi q no hebunt ali
quid ad comedend' et bibend'. urinam pedum suorum

i. flu

i. fluerent ad pedes suos. habebant n. in more et angustia magna portis solet fluere urina usque pedes / et per hoc innuit famem et anxietatem eis futuram in obsidione nisi reddiderint se. et clamavit voce magna iudaice. ex hoc dicunt doctores quod iste erat apostata a iudaismo. non vos seducat ezechias. promittendo vobis auxilium a domino futurum. facite mecum benedictionem. reddendo vos in voluntate. et comedite unusquisque vineam suam etc. i. habitate pacifice et quiete in terra ista. donec veniam et tollam vos. q. d. hic est modus regum assyriorum. s. transferre gentes subiectas de terra sua nativa ad aliam / ut de eis obedientia sit magis secura. iam n. ante fecerat hoc rex assyriorum de osee rege israel et eius populo ut habetur. iiii. R. xvii. ad terram que est in terra vestra. i. similis in fertilitate et amenitate / propter quod talis translatio non debet esse gravis vobis. nec conturbet vos ezechias. retrahendo vos ab isto quod vobis offero. dicens dominus liberabit nos. Quid dicitur non potentiam nimium probare cum dicit. numquid liberaverunt dii gentium etc. q. d. cum essent multi dii non potuerunt deffendere cultores suos contra regem assyriorum / ergo deus vester qui unus est ut dicitis non poterit deffendere. sed illud argumentum nullum est quia illi non erant dii veri sed falsi / et nullius virtutis. deus autem verus unus est potentie infinite. et siluerunt de mandato regis ezechie / timebant n. ne si responderent quod rapsaces multiplicaret verba blasphemie contra deum. et ingressus est eliachim etc. ut referrent ezechie rapsacis verba. scissis vestibus. hic erat modus iudeorum quod scindebant vestes suas in signum doloris quando contra deum blasphemias audiebant. Unde et summus sacerdos imponens xpo quod blasphemasset scidit vestimenta sua / ut habetur matth. xxvi. capitulo.

Et factum est XXXVII

hic consequenter describitur ipsius ezechie liberatio / et primo ponitur eius liberatio ab hoste. secundo ab infirmitate capitulo. xxxviii. prima in duas quia primo circa hoc ponitur prophetica denunciatio. secundo angelica executio ibi egressus est / prima in duas secundum duplicem denunciationem. secunda ibi reversus est / prima in duas quia primo ponitur ezechie humilis petitio. secundo ysaie consolabilis responsio ibi et dixit. Circa primum dicit. Et factum est cum audisset rex ezechias scidit vestimenta sua. eadem ratione qua et nuncii sui ut dictum est. et obvolutus est sacco. i. veste aliqua humiliando se coram domino. ideo subditur et intravit in domum domini ad ipsum deprecandum humiliter et devote. et misit eliachim etc. quia magis confidebat de meritis ysaie quam de suis. filium amos prophete. iam habent aliqui quod factum est ab aliquibus correctoribus / eo quod iste amos fuit propheta sicut dictum fuit in principio huius libri sed melius dicitur hic prophetam. ut referatur ad ysaiam. sicut et iiii. R. xix. in principio ubi tractatur ista hystoria. dies tribulationis et correptionis. s. mee et totius populi. et blasphemie contra deum. dies hec. scilicet in qua rapsaces dixerat predicta que erant ad afflictionem regis ezechie et populi et vituperium dei. quia venerunt filii usque ad partum etc. i. in tanta afflictione sumus positi sicut mulier existens in afflictione partus cui deficiunt vires pariendi. si quomodo audiat dominus etc. ... ad deum pro reliquiis que reperte sunt. i. pro iudeis qui remanebant in regno iude / qui sunt valde pauci comparatione ad ipsum peccatum / quia iam decem tribus fuerunt cum his sublate. Si quomodo audiat dominus deus tuus verba rapsacis ut sic indignetur contra assyrios pro verbis blasphematoriis. et liberet nos ab eis. Et dixit. hic consequenter ponitur ysaie consolabilis responsio cum subditur. ne timeas a facie verborum. i. propter verba rapsacis. quibus blasphemaverunt etc. quia verba illa exprimebant deum israel esse impotentem eo quod non posset salvare ezechiam de manu regis assyriorum et sic sequebatur quod esset impotentior homine mortali. ecce ego dabo ei spiritum. i. turbationem mentis et audiet nuncium. de tharacha rege ethiopum invadente regnum suum ut habetur parte sequenti. et revertetur in terram suam. ad eam deffendendam. et corruere eum faciam gladio. hoc non fuit in ista reversione qua rediit pro deffensione terre sue. sed in alia / quia debellato rege ethiopum postea venit in iudeam ad destruendum ierusalem / et percusso suo exercitu ab angelo fugiens rediit in terram suam / et tunc filii sui interfecerunt eum gladio ut habetur in fine huius capituli. Reversus est. hic consequenter ponitur secunda denunciatio prophetica de liberatione ezechie et populi sui / Et primo circa hoc ponitur comminatio ezechie per regem assyriorum. secundo eius devota oratio coram regem celorum ibi et tulit ezechias / Circa primum notandum quod cum dicit. reversus est autem rapsaces. pacto suo nuncio / et invenit regem assyriorum pugnantem adversus lobnam ubi erat fortalicium. audierat n. quod profectus esset de lachis. ipsa expugnata. et audivit sennacherib de tharacha rege ethiopie dicentes. i. nuncios qui ad hoc venerant ad eum dicentes quod sequitur egressus est etc. quod cum audisset misit nuncios ad ezechiam. ne gloriaretur aut assecuraretur in aliquo propter recessum sennacherib de iudea asserens pro certo quod rediret contra eum et populum suum tanta fortitudine quod non posset eis resistere non solum virtute humana sed nec etiam divina. ideo subditur. non te decipiat deus tuus et sic blasphemavit deum tamquam falsiloquum et impotentem / et ad hoc adducit rationem cum dicit. ecce tu audisti etc. et est eadem ratio que posita est capitulo precedenti a rapsace dicta. Et tulit ezechias. hic consequenter ponitur ipsius ezechie devota deprecatio cum dicit. et tulit. i. accepit libros. i. litteras regis assyriorum qui ei comminabatur litteris et verbis ad maiorem assertionem. et ascendit in domum domini. ad devotius deprecandum ex sanctitate loci. et expandit eos coram deo. quia continebant blasphemias contra ipsum ut sic indignaretur contra regem assyriorum. domine exercituum. i. angelorum. deus israel qui sedes super cherubin propiciatorium. n. quod sedes dei dicebatur super alas cherubin ponebatur / ut dictum fuit exo. xxv. et per hoc designabatur quod preerat omni angelice creature. inclina aurem tuam et audi. i. effectum tue iustitie ostende contra sennacherib te blasphemantem. Cetera patent usque ibi. ut cognoscant omnia regna terre quia tu es deus solus. conterendo sennacherib qui deos aliarum gentium destruxit / et misit. hic consequenter ponitur ezechie consolatio per ysaiam ruinam sennacherib de propinquo futuram denunciando / et primo dicta ruina predicitur. secundo ad hoc signum miraculose inducitur ibi. tu autem. Circa primum dirigitur primo verbum ad ezechiam cum subditur. hec dicit dominus deus israel. Cuius verbum non potest esse falsum. pro quibus rogasti me de sennacherib sunt exaudita. despexit te. in corde suo virtutem suam pro nichilo computando. et subsannavit te. sensibili signo. subsannatio n. proprie dicitur contemptus qui fit cum rugatione nasi. virgo filia syon. i. habitatio templi in monte syon in dilecta sicut filia / et dicitur virgo propter integritatem fidei que semper mansit ibi in aliquibus et maxime tunc vigebat tempore ezechie. post te caput movit comminando a longe. virgo filia ierusalem. que dicitur virgo et filia ratione iam dicta quia ierusalem fuit civitas electa ad dei cultum ut habetur. iii. R. xi. Cum ysaias dirigit sermonem ad sennacherib dicens. cui exprobasti etc. comminando et blasphemando ex nimia superbia. et contra quem exaltasti vocem. ad sanctum israel. i. ad deum sanctificantem / vel sic ad illum quem israel adorat ut sanctum sanctorum / et sic superbisti contra deum et non contra hominem tantum

In montibus furorum tuorum exprobrasti domino · ut patet de rapsace precedenti capitulo · et de aliis nunciis a sennacherib missis / ut habetur in illo / et iste fuit magnus contemptus quod sennacherib si sub hoc fecisset in propria persona / sicut dare alapam alicui per personam uilem quod si aliquis nobilis hoc faceret manu propria · et dixisti · presumptuose attribuendo tibi victorias quas diuina uirtute habuisti · ideo subditur · in multitudine etc. ego ascendi in altitudines montium · i · iudee que est terra montuosa · iuga libani · i · montem syon ubi erat templum qui dicitur hic libanus eo quod erat edificatum de lignis libani ut habetur · iii · Re · v · et loquitur de futuro per modum preteriti · quia presumpcio credebat certitudinaliter hoc facturum se / ac si iam fecisset · Uerumtamen quia realiter non erat factum ideo subditur per modum futuri · et succidam excelsa cedrorum eius et electas abietes · templum · n · erat edificatum partim de lignis cedrinis et partim de abiegnis · saltum carmeli eius · ad deprendendum animalia que ibi pascebantur in magna copia · ego fodi · s · puteos et cisternas de nouo / et ideo subditur · et siccaui uestigio pedis mei etc. q · d · tanta est multitudo exercitus mei in hominibus et animalibus quod aque preexistentes non sufficerent · numquid non audisti · tu sennacherib · que olym fecerim · creando mundum de nichilo · uel aliter et melius ut uidetur · que olym fecerim · transferendo regna de gente in gentem per uoluntatem meam qui dicit sic / ex annalibus et cronicis in conspectu tuo lectis · sicut et de assuero legitur hester · vi° capitulo · In aliquibus libris additur · ei · sed non est in hebreo · nec · quarto Re · 19° ubi ponitur ista hystoria · Si tamen addatur non est referendum ad regem assyriorum ut aliqui expositores dicunt sed ad genus humanum cuius deus transtulit potestates et regna ut dictum est · ex diebus antiquis · i · ab eterno · ego plasmaui illud · i · disposui fiendum quod fit per successionem temporum · et nunc adduxi · i · uictorias quas per patres tuos et te feci propter peccata hominum secundum quod dicitur supra · x · ue assur uirga furoris mei et baculus ipse est · et factum est in hereditatem collium compugnantium · i · principum ad inuicem discordantium quia aliqui nolebat se reddere aliis quod ducebant · habitatores earum breuiata manu contremuerunt · i · potestate eorum diminuta · facti sunt sicut fenum agri in quo non est potencia resistendi · et herba tectorum que deficit ante quam ueniat ad perfectionem · habitationem tuam · in regno tuo · et egressum tuum · ad uexandum populum meum · et introitum tuum · intra iudeam · ego cognoui · i · ante disposui · et insaniam tuam contra me ut permitterem te hoc facere / quia deus non est actor mali culpe nisi tantum permissiue · cum furores aduersum me · meam maiestatem blasphemando · superbia tua · quia facta sublata a tribuendo uictoria tue · ascendit in aures meas · q · d · tempus est te reprimendi et puniendi · Ideo subditur · ponam ergo circulum in naribus tuis · sicut fit bubalo ut iugo supponatur · et frenum in labiis tuis · sicut equis indomitis et reducam te · malis gradibus tuis · in terram tuam ut habetur infra eodem capitulo · ¶ Tibi autem · hic ad predictorum confirmationem datur mirabile signum cum subditur · comede hoc anno que sponte nascuntur · i · sine cultura hominis · et illa fuerunt que germinauerunt ex granis contritis ab exercitu sennacherib qui uastauit et diripuit bona terre qui iuit ad pugnandum contra regem ethiopie ut predictum est / quia sicut dicunt hebrei ex illis granis tot bona creuerunt quod totus populus ezechie potuit uno anno ex illis uiuere · et in anno secundo poma uescere · dicit Ra · sa · quod exercitus sennacherib prosciderat arbores fructuosas et ipsi ezechie permittitur quod miraculose facient ramos ita magnos quod de fructibus ibi nascentibus populus anno secundo poterit sustentari · In anno autem tercio seminate · etc. quasi diceret · o tu ezechia cum uideris hec duo signa scias ruinam sennacherib futuram in primo anni tercii qui reuertetur ad obsidendum iherusalem / ita quod ipso deiecto poteritis tute seminare et metere et uiuere cum ideo subditur · et mittet etc. subditur · radicem deorsum · i · stabilietur in terra · et faciet fructum sursum · i · opera sancta · quia de iherusalem exibunt reliquie · i · due tribus que remanserant decem aliis captiuatis / et iste due tribus timore sennacherib intrauerant iherusalem fugiendo de ciuitatibus locis tiore sennacherib · sed exercitu eius percusso exierunt inde secure ad loca sua et ciuitates · et saluatio de monte syon quia orationes ezechie ibidem facte et sacrificia sacerdotis cum precibus ysaie meruerunt illam saluationem populi de manu sennacherib · zelus domini exercituum faciet hoc · uindicando blasphemiam sennacherib · propterea hec dicit dominus cuius ubique non potest esse finis · non intrabit ciuitatem hanc ut credit · et non iaciet ibi sagittam · quia non permittetur tantum appropinquare ut hoc possit facere · et non occupabit eam clipeus · i · bellatores clipeati ad inuadendum ciuitatem possit · unde · iiii · Re · 19 · dicitur · et non occupabit eam munitio · quia sicut dicit Ra · sa · adhuc exercitus sennacherib non erat ante iherusalem quando fuit percussus · sed erat in nobe que non multum distat a iherusalem et huic consonat quod dictum est supra · x · adhuc dies est ut in nob stetur / et dicitur hic nob locus ille quem Ra · sa · uocat nobe · et non mittet in circuitu eius aggerem · ad implendum fossata · In uia qua uenit etc. quia compulsus fuit fugiendo redire ad terram suam ut habetur parte sequenti · propter me · i · propter meam iusticiam demonstrandam in sennacherib destructione · et gloriam meam in templi protectione · ¶ Egressus est · premissa denunciatione ponitur de ruina sennacherib · hic quomodo ponitur execucio angelica ubi primo ponitur percussio exercitus cum dicitur · egressus est autem etc. secundo percussio regis cum dicitur · et egressus est / de iudea confusibiliter fugiens et factum est cum adoraret etc. filii eius percusserunt eum dicunt aliqui quod hoc fuit quia ordinauerat assaradon regnaturum istis duobus postpositis / et sic interfecerunt desiderio regnandi eum / Sed huic uidetur obuiare quod subditur · fugeruntque ad terram ararath · i · armenie / et sic uidetur quod non interfecerunt eum cupiditate regnandi / propter quod Ra · sa · aliam causam assignat dicens quod principes regni sui erant turbati contra eum / eo quod filii eorum et amici fuerant mortui propter eius superbiam et blasphemiam contra deum israel ut dictum est propter quod tractabant de morte ipsius / quod cum ad aures eius peruenisset intrauit templum dei sui orans et promittens quod si periculum hoc euaderet in eius honorem duos filios suos predictos sacrificaret / quod intelligentes eum interfecerunt; ne ab eo occiderentur / et huic consonat quod dicitur · cum adoraret etc.

In diebus XXXVIII


illis · Post liberationem ezechie ab hoste hic consequenter ponitur eius liberatio ab hoste infirmitatis / Circa quod primo ponitur eius mirabilis sanatio · secundo reprimitur ex hoc insurgens elatio capitulo 39 / prima in tres quia primo denunciatur sanatio · secundo interponitur ezechie oratio ibi · scriptura · Tercio sanationis execucio ibi · et iussit · prima in duas · quia primo sanatio nunciatur · secundo ad hoc signum mirabile datur ibi · hoc autem / Circa primum premittitur infirmitas et secundo nunciatur sanitas ibi · et factum est / Circa primum dicitur · In diebus illis egrotauit ezechias usque ad mortem · i · taliter quod non poterat curari per naturam · dicunt aliqui quod hoc contigit ei eo quod non reddiderat gratias deo sufficienter de percussione exercitus sennacherib / sed hoc improbat Ra · sa · per hoc quod ysaias dixit sibi postea · et de manu regis assyriorum eruam te et ciuitatem istam · ex quo uidetur quod illa percussio exercitus fuit post infirmitatem ezechie

ezechie et nō ante/ ppter q dixit hoc ei accidisse eo q noluerat uxorē accepisse q tamē facere tenebatur ut linea dauid in regno p ipm cōtinuaretur. ppter q cōualescēs accepit uxorē de qua genuit manassen/ et huic dicto concordare uidet quod hr. iiij. R. xxi. ubi dr q manasses erat. xij. annorū cū regnare cepisset inmedte post mortē ezechie qui uixit. xv. anis post sanatōnē istā/ et ideo dicit hu. sa. q id quod sequitur. dispone domui tue &c. i. fac testamētū tuū dixit ysaias ezechie tercia die ante pcussiōe exercitus sennacherib/ et tercia die sequenti qua fuit illa pcussio ezechias sanatus ascendit i domū dni ut hr. ē. R. xx. et conuertit ezechias faciē suā ad pietē ut oraret secretius et deuotius et non impediret ab assistentibus. obsecro dne memēto queso quō ambulauerim coram te &c. hoc non dixit ad iactanciā/ sed magis ad gratiarū actōnē recognoscens q hoc pcessisset ex bonitate diuina ut sic gratus de pcedentibus ulteriorē grām impetraret ¶ Et factum ē. hic ostenditur denunciatur sanitas/ et pz lra usqz ibi. ecce ego adiciam super dies tuos. quos iam pfecisti. xv. anos. ista fuit pphia predestinatonis/ que ē qn fit reuelatō pphe alicuius futuri put est in dispositone diuina et eius pscia/ et hoc infallibiliter ipletur/ q diuina pscia est imutabilis. pphia autem supraposita q dixit. morieris tu et non uiues. fuit pphia cōminatōis que est qn reuelatur aliquid futurū futurum non put est in mēte diuina. s put est in causis inferioribus et sic erat de infirmitate ezechie que erat incurabilis per naturā/ nō tn p hoc excludebatur qn diuina uirtute curaretur. et ideo talis pphia non sp ipletur ¶ Hoc autem hic ostenditur datum signū mirabile ad cōfirmatonem dicte pphie que erat pdestinatōis cū dr in psona dni. ecce ego reuti faciā umbrā &c. Ex hoc pz quod horologium erat ad solem ad cognoscēdū horas diei p umbram et dicunt aliqui q due linee faciebant unam horam/ et sm hoc illa dies artificialis fuit augmentata in decem horis tm. s. quinqz horis in regressu solis uersus orientem/ et quinqz horis redeundo ad locum ubi incepit retrocessio. alij uero dicunt et cōius q qlibet linea faciebat unam horam/ et sic illa dies artificialis fuit augmētata. xx^ti horis decem retrocedēdo ad orientem/ et decem redeundo ad locum pstinum/ et sic illa dies artificialis fuit. xxxij. horarum. qn ante habuerat decem horas et postea duas huit sole tēdente ad occasum/ et hec uidetur opinio dyonisij in epla ad policarpum. ubi loquēs de ista retrocessione solis dicit sic. Sol cum decima hora esset deo pcipiente repedauit ad orientem aliis decem horis dessignatis. deinde rursus decem horis aliis ad occidentem currente sole. s et residuis diei duabus horis &c. ¶ Ad maiorē pdictorum intelligentiam posui duas figuras i pagina sequenti. quarum pma facta ē sm illam opinionē q due linee faciunt unam horam. scda uero sm opinionem dicentium q quelibet linea facit unā horā ¶ que autem dies fuerit longior. s. ista sub ezechia per retrocessionem solis plongata uel illa que tpe iosue plongata fuit p solis statum. dixi quod m uidebatur satis diffuse sup iosue capto decimo.

¶ Sequitur figura de retrocessione solis in sanatōe ezechie


¶ Sequitur ergo figure horologiorum in pagina sequenti

Figura secundū primā oppinionē qua due linee faciūt unam horam intelligendo tamen de lineis interioribus.



Notandū q iste due figure facte sūt unā uiam qua josue. x. s. q dies plōgate sb eze. fuit in eqnoctio hyemali z sic breuior dies plōgata sub josue

figura iusta. scdm oppiniōem in qua quelibet linea facit unā horā



Scriptura. hic interponitur oratio ezechie pro gratiarum actione de sua sanatione et primo premittitur titulus cum dicitur scriptura. et post hoc tractatus cum dicitur ego dixi. Et dividitur in duas partes quia primo ezechias recolit anxietatem in qua fuerat. secundo bonum quod sibi deus per ysaiam promiserat ibi tu autem eruisti. Circa primum dicitur. In dimidio dierum meorum. tunc enim ezechias erat in 39 anno vite sue quod sic patet quia 4 Reg. 18 dicitur quod ezechias erat 25 annorum cum regnare cepit et 29 annis regnavit qui simul iuncti faciunt 54 annos a quibus si subtrahantur 15 quibus regnavit post infirmitatem istam remanent 39 et sic erat in 39 cum infirmatus fuit et est quasi medium vite hominis secundum cursum nature. vadam ad portas. In hebreo habetur scheol quod aliquando accipitur pro fossa seu sepulcro et sic accipit ...

[illegible]

In tempore XXXIX

illo. Postquam descriptum est ezechie mirabilis sanatio, hic ponitur defectus ex hoc consecutus ...

[illegible]

ipse ioachim et iste mitti et exaudiri ut possent
stare in palatio regis sicut habetur danielis .i. Exibunt ex
eunuchis qui egressi sunt de domo domini. penitentie .n. desilo
chaldei et sic acceptaverunt sententiam domini super se et super res
suas: propter quod pena ista non fuit inducta temporibus suis.
sed fuit dilata usque ad tempus ioachim regis et sedechie
quod impletum fuisset per visionem hic dicit: fiat tantum
pax et veritas in diebus meis. recognoscens quod sententia
[illegible] de dicto [illegible]

Consolamini. XL

In precedentibus huius libri
visionibus cum mixtura xpi deminavit per
catorum punitionem. hic autem descendendo ad misse
rium demiciat [illegible] consolatoriam et dividitur in duas partes
quia primo inducit eos ad expectandum promissa divina
secundo magis in speciali prosequitur illa .xlv. ca. Prima adhuc
dividitur in tres secundum tria ex quibus inducit ad dictam
expectationem: quia primo inducit ad hoc ex divina pro
te. secundo ex eius [illegible] .xli. capitulo tertio ex eius virtute .ex.
capitulo. prima in duas quia primo describit consolatoris personam
secundo describit eius potentiam ibi quis mensus est. prima adhuc
in tres quia primo alloquitur prophetam verbis consolatoriis
secundo describit personam precursoris ibi vox clamantis. tertio
personam xpi consolatoris ibi super montem. Circa primum
dicit ibi consolamini consolamini. reduplicat hoc verbum
quia promittit eis duplicem consolationem: scilicet in bonis temporali
bus et spiritualibus. loquimini uos prophete. ad cor ierusalem. i. ad
consolationem fidelium. quia completa est .i. terminata. mali
tia eius. quia peccatum non per xpm fuit ablatum. dimis
sa est iniquitas illius. quia est contra peccatum personalia
[illegible] remedium et loquitur hic propheta de futuro per
modum preteriti propter certitudinem prophetie. suscepit
de manu domini dei .i. duplicem consolationem per xpm. scilicet
in collatione gratie et apertione glorie. sicut pro peccatis incep
at duplicem penam. scilicet corporis et anime ¶ Vox clamantis.
hic consequenter inducitur persona precursoris. scilicet iohannis bap
tiste de quo intelligitur ad litteram hec scriptura ut patet Io. p
mo et marci primo et alibi. propter quod aliqui doctores
catholici male videntur dicere exponendo hunc passum
ad litteram de reditu captivitatis babilonice [illegible] ma
gis inconveniens quantum ad aliquid quod hebrei quod hunc
passum et totum capitulum exponunt ad litteram referendo ad
tempus messie quem venturum [illegible] tunc suspiciunt terre habita
biles complanabuntur divinitus per elevationem vallium et de
pressionem montium ut sic aduentus omnibus impedimentis in
dei per orbem terre dispersi possint faciliter venire ierusalem. iudeo co
gregari et sic exponunt quod dicit hic. omnis vallis imple
bitur etc. Sed deficiunt dupliciter primo quia adventum xpi di
cunt futurum quod iam transivit in preteritum. secundo quia litteraliter se
sum hic accipiunt secundum significationem vocum cum dicit. omnis vall
implebitur etc. quod non est verum in locutione parabolica sicut
iudicum .9. cum dicit. Ierunt ligna ad arborem ramnum etc.
sensus litteralis non est de arboribus materialibus per voces significatis quia
sic scriptura esset falsa. sed de abimelech et viris sichem
qui ibi per arbores metaphorice significantur. Quod autem sit sensus metapho
ricus patet non solum per dicta doctorum catholicorum sed etiam
per dicta Ra. moysi. dicit non ascendat super cor quod in die
bus messie deficiat aliquid de via huius seculi vel
innovetur aliquid de operibus sex dierum. sed ibit mundus in
xta solitum morem et per omnis non est intelligendum quod in ad
ventu messie sit talis complanatio montium et vallium
nisi intelligatur de adventu xpi ad iudicium quia
tunc immutabitur mundi status. sed iudei hoc non intel
ligunt sed de adventu eius ad mundum ut satis patet ex predict
[illegible] sequendo litteram evangelistarum passus iste est expo
nendus ad litteram de iohanne baptista et eius predicatione
cum dicit. vox clamantis .i. iohannis predicantis. in deserto

.i. in iudea que dicitur deserta ratione dicta supra in primo .2.
capitulo et quia ad litteram iohannes incepit predicare in de
serto iudee ut habetur Mat. iii. ubi dicitur in diebus illis venit io
hannes baptista predicans etc. parate viam domini. predicatio
enim eius et suus baptismus erant quedam dispositiones
populi ad suscipiendum de propinquo fidem xpi venturi ut patet
ex decursu evangelii. et dicit viam domini. quantum ad
mandata decalogi. semitas dei nostri. quantum ad consilia
evangelica. omnis vallis .i. humilis et omnis mons et
collis .i. superbus etc. quia sicut dictum fuit in primo huius
libri. per adventum xpi superbi deiecti sunt et humiles exal
tati. et erunt prava .i. homines depravati ex consuetudine
peccandi. in directa .i. ad rectitudinem iustitie reducti et
aspera .i. crudeles et duri. in vias planas .i. ad mansue
tudinem deducti sicut patet de paulo qui factus fuit agnus
de lupo: potest etiam aliter exponi de operibus penitentie que videntur
dura et aspera sed per gratiam xpi facta sunt credentibus levia
unde dicit aug. omnia seva et inania levia et prope n
ulla facit amor. et revelabitur gloria domini .i. dei filius qui
dicitur gloria patris. eo quod gloria est clara notitia cum laude.
unde gloria dicitur quasi quedam claria. et notitia [illegible] illa autem
que ad notitiam pertinet in divinis filio appropriatur. et re
licitur dicitur sapientia patris [illegible] eius gloria. et videbit omnis ca
ro .i. potest videre quod os domini locutum est. cuius verbum deficere
non potest ab impletione. Vox dicentis. scilicet domini loquentis ad
ysaiam vel ad iohannem baptistam. clama omnis caro fenum
.i. publice denuntia. omnis caro fenum .i. nullam firmitatem
seu stabilitatem ex se habens. et accipitur hic caro pro o
homine carnaliter vivente. secundum quod dicitur .i. cor. xv. caro et
sanguis regnum dei non possidebunt. et omnis gloria ei
quasi flos agri. qui repente deficit ex modico calore
febrili ex voluntate dei. io. [illegible] quia spiritus domini [illegible]
vere fenum est populus. per hoc ostenditur [illegible] quod pro
pheta loquitur hic metaphorice ut predictum est. Verbum autem
dei nostri stabit in eternum. quod potest intelligi de verbo in
creato. secundum quod dicit Io. primo in principio erat verbum etc. et
de verbo creato per prophetas dicto quod infallibiliter imple
tur. cum propheta precessit [illegible] dictum est super hoc
capitulo. ¶ Super montem. hic consequenter introducitur persona
consolatoris. scilicet domini nostri ihesu xpi et est verbum domini ad y
saiam vel potius ad iohannem baptistam cum dicit super montem
excelsum ascende .i. ad preeminentiam sanctitatis vite. quia scilicet
iohannes de quo dicit salvator Mat. xi. inter natos mulierum
non surrexit maior iohanne baptista. qui evangeli
zas syon .i. populo iudaico. et dicit evangelizas. quia
predicatio iohannis ad evangelium pertinet. Exalta
noli timere. Iohannes .n. timore herodis aut pharisaeo
rum et sacerdotum non desistit a constanti [illegible] de nuntia
tione. ecce deus noster .i. deus humanatus. sic .n. demonstravit
Iohannes. Io. primo dicens. ecce agnus dei. ecce qui tollit
peccata mundi nomine agni exprimens humanitatem et per ablu
tionem peccati eius deitatem. ecce dominus deus in fortitudine ve
niet. In adventu .n. suo xpus egit miracula stupenda
que fieri non poterant nisi virtute infinita. et brachium eius
dominabitur. per brachia .n. eius in cruce extensa pervenit ad
gloriam sue resurrectionis et sic ad dominium plene potestatis
propter quod tunc dixit. Mat. ultimo data est mihi omnis potestas in ce
lo et in terra. ecce merces eius cum eo. quia virtute dei
tatis de se poterat dare gratiam in presenti et gloriam in futuro
et opus illius coram illo .i. in eius voluntate et potestate. sicut
pastor gregem suum pascet. unde dicit de se ipso. Io. x.
ego sum pastor bonus etc. in brachio suo congregabit ag
nos. etc. per hoc designatur xpi pietas ad fideles suos
propter quod ibidem dicit et animam meam pono pro ovibus meis
¶ Quis mensus est. hic consequenter ponitur potestas consolatoris ad
ostendendum quod de eius promissione nullus debeat dubita
re cum sit potens adimplere. Et dividitur in duas quia
primo declaratur eius potestas quantum ad creationem et creaturarum
qualitates. secundo [illegible] pusillanimes iudeos de ipso [illegible]

confidentes debito ibi. levate. Primo inducit quia primo dicta potestas ostenditur. Secundo ex hoc ydolatria arguitur ibi cui ergo. Circa primum dicit. Quis mensus est pugillo. i. valde velociter vel faciliter. aquas. quamvis sint multe et magne et celos palmo ponderavit. i. sine difficultate aliqua. Sicut illud quod continetur in palma quis appendit tribus digitis molem terre. i. valde velociter vel faciliter. quando enim aliquis vult levare aliquod ponderosum apponit duas manus. Sed quod est sibi valde leve apponit tantum duos vel tres digitos. Per hec autem ostenditur potestas Christi qui natura deitatis omnia ista fecit. Utitur autem hic scriptura verbo ponderis et statere. quia deus omnia disposuit in numero pondere et mensura. Sap. xi. et propter dictam potentiam subiungit quis adiuvit spiritum domini. qui minus potentes. qui dicat nullo. aut quis consiliarius eius fuit etc. quia habeat sapientiam diminutam et per litteram usque ibi. ecce gentes omnes generaliter. quasi stilla situle. i. cadens de situla que nullius momenti reputatur. et quasi momentum statere. i. lingua statere que valde de facili ad utramque partem movetur de se nullam habens stabilitatem. ecce insule quasi pulvis exiguus in conspectu eius. et libanus non sufficiet ad succendendum. i. si aliquis. i. si aliquis vellet facere sibi sacrificium debitum omnia ligna non sufficerent ad ipsum cremandum. Similiter omnia animalia non sufficerent ad offerendum sibi debitum holocaustum. omnes gentes quasi non sint quia ex se non habent aliquod esse. omnia ista inducuntur ad ostendendum quod in nullo indiget adiutorio alterius seu consilio. Cui ergo. hic consequenter ex dictis ydolatria reprehenditur, in qua cultus soli deo debitus creature impenditur et sic ei creatura reputatione ydolatre adequatur, propter quod dicit. Cui ergo similem fecistis deum. hoc dicit contra ydolatras credentes aliquid divinitatis esse in ymaginibus factis. aut quam ymaginem ponetis ei. hoc dicit contra ydolatras qui ymaginibus non attribuebant aliquid numinis, sed quibusdam diis invisibilibus in ymaginibus representatis, ponebant in pluralitatem deorum. numquid sculptile conflavit faber etc. omnia ista inducuntur hic ad ostendendum quod ydola nullam stabilitatem habent a se. sed magis ab artifice, et cum omnes gentes quasi nulle reputate sint respectu dei ut predictum est, ex hoc concluditur quod ydola adhuc minus sunt reputanda, ideo subditur. numquid non scietis illud quod dictum est de ydolis quod sensibiliter experiri potestis. numquid non audistis. q. d. sic quia in libris gentilium et prophetarum semper sunt facta mentio de ortu ydolatrie per opus hominum ut magis videbitur capitulo sequenti. numquid intellexistis fundamenta terre. q. d. intelligere debuistis quod a solo deo habet stabilitatem. Cum non sit sed ea sustentans eam. qui sedet super gyrum terre. tanquam princeps terrenus. et habitatores eius. i. homines et habitantes sunt quasi locuste. respectu dei. qui extendit velut nichilum celos. i. nature subtilis que dicitur eo quod non est palpabilis, ex modo loquendi quo aer nichil nominatur propter suam subtilitatem. Unde dicitur communiter nichil in puteo esse cum tamen sit plenus aere. In hebreo tamen habetur. qui extendit velut telam celos, et sic plana est litera et sequentibus consona, cum subditur. et expandit eos sicut tabernaculum. loquitur hic de celo secundum apparentiam visus, quia extrema celi in circuitu orizontis nostri videntur super terram figi, et medium quod est supra capita nostra in altum exigi, et sic habet apparentiam tabernaculi extenti. qui dat secretorum scrutatores. i. sapientes in speculabilibus. iudices terre. i. prudentes in agibilibus. velut inane. i. nullius reputationis in dei comparatione, quod ostendit per simile cum subditur. et quidem. i. certe. neque plantatum etc. i. sicut plantula non radicata adhuc nec confirmata in terra a modico vento eradicatur. sic etiam omnis predicti quantumcumque magni

ad nutum dei eradicantur et tolluntur de medio. quia generaliter ideo in fine concluditur. et cui assimilastis me etc. quia talis assimilatio est valde erronea. levate. hic ostenditur dei potestas contra inquisitores de eo minus bene confidentes, et primo ad consideratione divine immensitatis inducitur cum dicit. levate in excelsum oculos vestros. i. ad corpora celestia. et videte quis creavit hec. i. ex hoc considerate magnitudinem creatoris secundum quod dicitur Sapientie. xiii. a magnitudine enim speciei et creature poterit cognoscibiliter creator eorum videri. qui educit in numero militiam eorum. i. multitudine stellarum ordinate in suo cursu procedentium et omnes ex nomine vocat. quia omnia cognoscit perfecte usque ad minima. pre multitudine fortitudinis et roboris virtutisque eius. illa tria videntur unum tamen in nobis dicuntur. fortitudo enim respicit magnitudinem et correspondentiam membrorum. robur fortitudinem ossium et nervorum. virtus. magnitudinem effectus. neque unum reliquum fuit. i. nulla res quantumcumque modica extra potentiam et scientiam divinam. io concludit. quare dicis iacob. i. populus iudaicus descendens a iacob. abscondita est via mea. i. opera. a domino. i. non reddet pro eis mercedem. et a deo meo iudicium meum transibit. i. non faciet vindictam de inimicis in illatis. ex hoc videtur quod in populo illo erant aliqui qui [illegible]

[illegible]

si sunt ad deum.

Capitulum XLI

Postquam propheta induxit prelibatis ad tempus expectandum promissorum ex divina virtute [illegible] quam [illegible] fuit ex eius [illegible] que amicos non defraudat a promissi conservatione, et dividitur in duas partes. quia primo ostenditur dei dilectio ad dictum populum ex beneficiis quod ei in patribus concessit. Secundo ex ipso filio quem ei promisit. Prima in tres. Secundum tria beneficia. Secunda ponitur ibi. et tu israel. tertium ibi. ipse faciet. Circa primum sciendum quod primum beneficium fuit collatum in abraham quem deus separavit ab infidelibus educendo eum primo de ur chaldeorum Gen. xi. capitulo. et secundo de aram Gen. xii. et per consequens populum ab eo descendentem per ysaac et iacob ab infidelibus separavit, propter quod et legem in monte synai spiritualiter [illegible] quod psalmus cxlvii. dicit. non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestavit eis. Et dividitur in duas partes quia primo ponitur huius separatio. secundo contra ydolatras [illegible] unusquisque. Circa primum primo ad huius considerationem [illegible] dicens. taceant insule ad me. i. habitatores insularum [illegible]

[illegible] terra aridam himmes. fortitudinem mutent. sic qui erant fortes ad mala sint fortes ad bona. accedant et loquantur. sibi aliquid iustum pro se. Secundo bene- ficium recolit dicens. quis suscitavit ab oriente iustum. i. abraham patrem quem exponunt doctores catholici et hebrei quem dominus vocavit de caldea ut dictum est et postea ab aran et utrumque regionem pergit ad orientem respectu iude- dee [illegible] vocavit eum ut sequeretur se per [illegible] fidei et obedientie. Unde et ex fide ad mandatum dei voluit filium occidere et immolare gen. xxii. et he- bre. xi. et ideo dominus exaltavit ipsum pre ceteris propter quod [illegible] dabit in conspectu eius gentes et reges obtinebit [illegible] hic [illegible] de preterito per modum futuri sicut frequenter [illegible] in psalmis et hoc fuit impletum quando abraham cum [illegible] vernaculis suis quatuor reges fortissimos debellavit gen. xiiii. [illegible] pulverem gladio eius etc. quia eos similiter debellavit divina virtute sibi assistente. persequetur eos quia persecutus fuit fugientes usque ad soba et phenicem [illegible]

[illegible]

supple consolidatori glutino bonum est. i. bonum est per- ydoli formantis et polientis ad invicem coniungere. gluti- no. i. forti iunctura. ita quod accipitur hic glutinum pro illo metallo quo consolidantur partes ad invicem et vocatur gallice souderure. Unde in hebreo sic habetur. dicens conso- lidationi bonum hoc. scilicet quod fortiter consolides partes ydoli sic [illegible]. Sic enim mutuo se exhortabantur artifices [illegible] manus lucrum videlicet et propter gratiam dominorum; Et tu israel. hic recolitur secundum beneficium exhibitum populo quando fuit ma- ximum scilicet de servitute egypti eductio. Et dividitur in tres partes quia primo describitur hic exitus. secundo ad usum eorum ibi. ecce confundentur. tertio hebreorum profectio ibi egeni. Circa primum dicitur in persona dei. et tu israel serve meus q. d. ex quo eduxi te de servitute egypti factus es spe- cialiter servus meus. iacob quem elegi. esau reprobato secundum quod dicitur malachie. i. iacob dilexi. esau odio habui. et accipi- tur hic iacob pro populo descendente ab eo. semen abraham amici mei. quia amore mei paratus fuit filium unigeni- tum immolare. in quo apprehendi te. i. in quo apparui eis [illegible] ab extremis terre etc. quia abraham fuit [illegible] de caldea ut dictum est supra. servus meus etc. expo- natur ut supra. ne timeas minas pharaonis quia ego sum tecum etc. protegens et defendens. ne declines a ver- bis meis seu fide mea. quia ego deus tuus confortavi te. scilicet per eum ideo subditur. et suscepit me dextera iusti mei. i. moy- si ad educendum te de servitute egypti. Ecce confundent- tur hic ostenditur [illegible] eius cum dicitur. ecce confun- dentur etc. quia pharao cum suo exercitu persequens hebre- os submersus fuit in mari rubro exo. xiiii. mare proiecit egyp- tios mortuos ad litus ad quod transierant filii israel ut sic [illegible] certi de morte eorum et haberent spolia. ideo subditur queres eos et non invenies [illegible] que erant super corpora defunctorum. et non invenies viros rebelles tuos. non dicit non invenies eos absolute. sed non invenies viros rebelles tuos. i. te persequentes quia iam erant mortui et sic non poterant eos persequi et sic patet littera usque ibi. noli ti- mere vermis iacob. qui sunt inter egyptios reputati vilis [illegible] qui mortui estis ex israel. i. reputati ut mortui in servitute egypti quia servitus est mors civilis et quia non solum egyptii fuerunt ad usum hebreorum sed etiam chananei qui postea ab hebreis fuerunt debellati ut patet libro iosue. ideo subditur. ego posui te quasi plaustrum triturans novum etc. Sicut enim plaustrum ducitur super segetem conterit eam sic populus israel contrivit chananeos. ideo sub- ditur. triturabis montes. i. maiores. iosue. xi. debellavit [illegible] iosue. xii. et colles. i. minores principes. et in exaltabis [illegible] expulsis chananeis de terra pro- missionis. Egeni. hic describitur profectus filiorum israel per desertum ubi filii israel primo passi sunt aque defectum sed dominus supplevit non solum semel sed pluries ut patet exo. xv. et xvii. et num. xx. et hoc est quod dicitur egeni et pauperes querunt aquas etc. et patet littera usque ibi. dabo in solitudine cedrum etc. i. umbraculum in locum ubi melius quam fuerit arbor iste. umbraculum enim nubis erat excelsius quadam divina virtute non nature. ideo subditur. et [illegible] sunt pariter. quia manus domini fecit hoc. prope facite. hic recolitur tertium beneficium populo exhibitum tempore zorobabel scilicet liberatio de captivitate babilonica. Et dividitur in duas partes quia primo [illegible] ydola que vigebant in ba- bilone ponitur invectio. secundo subditur populi liberatio ibi suscita- vi. Circa primum dicitur. prope facite iudicium vestrum. i. decla- rate iustitiam vestram si habetis o babilonii. afferte si quid habetis o babilonii. scilicet iustitie et veritatis. accedant et nuncient nobis scilicet ydola vestra de quibus confiditis. que ven- tura sunt etc. quod est proprium divinitatis ideo subditur et sciemus quia dii estis vos. o ydola. bene quoque aut ma- le si potestis facite. q. d. non potestis quia sine sensu et intellec- tu caretis. ideo subditur. ecce vos estis ex nichilo vos babilonii. et opus vestrum. i. ydola vestra que fecistis. ex eo

q. nõ

quod nõ est .i. nullum hñs firmamentum. et conuertit se monem ad ydola dices. abhominatio est .i. supra modum abhominabilis deo. Ideo dicit abhominatio in abstracto. sicut excellens in liberalitate dicitur liberalitas. qui elegit uos .i. quiniam reputauit uos tamquam deos suos. suscitaui. hic ostendit potius liberationem populi de babilone que facta fuit per cyrum et hoc est quod dicit. suscitaui .s. cyrum. ei uoluntatem inspirando pugnandi contra babilonem. ab aquilone et ueniet ab ortu solis. Regio .n. persidis est que in medio aquilonis et orientis medium autem ab utroque termino nominatur. et ideo adueniens cyrus contra babilonem dicitur hic esse ab aquilone et ab oriente uel quia darius rex medorum uenit cum [illegible] contra babilonem et regnum unius [illegible] declinat ad orientem alterius autem ad aquilonem. uocabit nomen meum .i. confitebitur. confessus .n. fuit se cyrus obtinuisse monarchiam uirtute dei celi ut patet primo esdre i. hec dicit cyrus persarum. omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi et terre etc. et adducet magistratus .i. potentes babilonis quasi lutum. et conculcauit eos et deiciens. quis annunciauit ab exordio etc. .i. ante quam fierent. q.d. hoc non fecerunt ydola babilonie quia non predixerunt tamquam illius terre. ideo subditur. non est annuncians etc. Contrarium ostenditur quis annunciauit primus .i. ipse deus qui est primus et nouissimus ut dictum est supra eodem capitulo. ad syon dicet .i. ad ierusalem idem denominatur a loco principaliori quo uigebat cultus dei. ecce assum. ad meam liberationem per cyrum seruum meum. et ierusalem euangelistam dabo .i. prophetam hec bonum prenunciantem. et ponitur hic euangelista in significatione pro pluralis sicut exo. viij. venit musca grauissima. idest multitudo muscarum. quia deus per plures prophetas hanc prenunciauit. et uidi .s. reuelationem diuinam facta et est ubi ysaye cui plures reuelationes fuerunt facte de ista liberatione ut patuit ex antecedentibus et sequentibus et non erat ex istis .i. ex babilonie ydolis. quisque qui iniret consilium pro liberatione electorum suorum et interrogatus a suis cultoribus responderet uerbum. ideo concluditur. ecce omnes iniusti .s. babilonij. et inania opera eorum .i. ydola ab eis facta. ideo subditur. uento et inane simulacra eorum.

Ecce seruus. XLII

In presenti capitulo ostensa est dilectio dei ad populum iudeorum ex beneficiis que in prioribus concessit. hic autem ostenditur in filio quem ei ex dilectione misit. secundum quod dicit Io. 3. capitulo. sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret etc. Et diuiditur in duas partes quia primo agitur de filij missione. secundo de fidei multiplicatione capitulo xliij. prima adhuc in duas partes quia primo describitur beneficij magnitudo. secundo malorum ingratitudo ibi. hec dixit. prima in tres quia primo predicit filij dei aduentum. secundo magisterium eius ibi. dominus sicut fortis. tertio ministerium prosperitatis ibi. et educam. prima adhuc in tres quia primo describitur filij mittendi conditio. secundo predicatur eidem missio ibi. hec dicit dominus. Tertio indicatur gratiarum actio ibi. cantate domino. Circa primum sciendum quod littera ista secundum latinos et hebreos est de christo ad litteram intelligenda. et hoc patet ma. xij. ubi ista littera allegatur impleta in christo. hoc etiam patet per translationem caldaycam que uocatur targum apud hebreos et tante auctoritatis apud eos quod nullo fuit ausus ei contradicere. propter quod aliqui doctores catholici exponentes passum istum et totum capitulum de cyro rege qui iudeos liberauit a captiuitate babilonica male dicunt et quantum ad hoc magis iudayzant quam hebrei exponentes de tempore christi. tamen hoc exponunt in futurum et hoc male quia tamen fuit in preteritum secundo dictum beati mathei apostoli et euangeliste exponatur de christo

ut sit ubi prius euin dicit. ecce seruus meus. quia licet ab eterno esset in forma dei. In tempore tamen accepit formam serui. ut habetur philip. ij. suscipiam eum. quia humanitas christi assumpta est in unitatem suppositi diuini. per hoc enim quod dicit. suscipiam eum. non est intelligendum quod pater naturam humanam assumpsit quia solus filius est humanatus. sed hanc assumptionem tota trinitas fecit. electus meus ad redimendum humanum genus. complacuit sibi in illo etc. per hoc intelligitur patris [illegible] filium dilectum perfectum. dedi spiritum meum super eum .i. plenitudinem gratie spiritus sancti in anima christi. Io. primo. vidimus eum quasi unigenitum a patre plenum gratie et ueritatis. Iudicium gentibus proferet iudicium .n. extremum denunciauit hominibus futurum ut patet ma. xxv. Item in forma humanitatis in qua iudicatus fuit coram pilato feret similiter in ultimo iudicio hoc excepto quod tunc apparebit in forma gloriosa. act. i. hic ihesus qui assumptus est a uobis sic ueniet .s. ad iudicium sicut uidistis eum ascendentem .s. in forma gloriosa in qua ascendit in celum. non clamabit. clamore contentionis licet clamauerit clamorem predicationis. Io. vij. In nouissimo festiuitatis die stabat ihesus et clamabat etc. et clamore orationis hebre. v. cum clamore ualido et lacrimis offerens etc. neque accipiet personam. secundum quod dicit ma. xxij. non respicis personam hominum. neque audietur uox eius foris .i. uox predicationis extra iudeam quia in persona propria non predicauit nisi iudeis nisi [illegible] ut patet samaritanis. Io. iiij. qui tamen in parte erant iudei quia recipiebant quinque libros moysi. et propter hoc dicit mathei xv. non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. calamum quassatum non conteret .i. populum gentilem uacuum a fide ad modum calami et conquassatum uariis erroribus ydolatrie. hunc calamum non contriuit. sed magis reformauit uocando ad fidem per apostolorum predicationem. et linum fumigans .i. populum iudeorum modice aut nullius pietatis contra christum incanduerunt. non extinguet. quia ignis per romanos accenso in ierusalem non fuit extinctus. nec per consumptionem combustibilis materie. In ueritate educet iudicium. quod intelligitur de iudicio discretionis quo aliquos uocauit et uocat ad fidem suo iusto iudicio aliis dimissis. et de iudicio extreme examinationis in quo procedet secundum lineam equitatis. non erit tristis. in anima. neque turbulentus. in exteriori signo. hoc tamen non est intelligendum de tristicia naturali que est passio existens in parte sensitiua. illam .n. assumpsit ad ostendendum in se ueritatem humane nature. ma. 26. tristis est anima mea usque ad mortem. sed de tristicia obnubilante rationem que in eo non habuit locum. Unde habemus. non erit tristis. In hebreo habetur. non obscurabitur donec ponat in terra iudicium. quod potest intelligi de duplici iudicio predicto. et legem eius insule expectabunt. quod patet impletum in sicilia. anglia. cypro et aliis que legem receperunt euangelicam. etiam aliqui a tempore apostolorum ut patet in actibus apostolorum in pluribus locis quomodo paulus predicauit in insulis. Hec dicit. hic consequenter describitur ipsa missio cum dicit. hec dicit dominus deus creans celos etc. q.d. sicut creauit omnia de nichilo sua uirtute infinita eadem potestate mittet filium in mundum. ideo sequitur. ego dominus uocaui te in iustitia. quia christus mundum redimit per uiam iustitie satisfaciens pro peccato plenissime. et apprehendi manum tuam. humanitas .n. christi est instrumentum diuinitatis coniunctum et ideo non mouetur ad aliquid nisi secundum motum diuinitatis. et seruaui te. recipiendo animam tuam in morte. secundum quod saluator dicit luce. xxiij. pater in manus tuas commendo spiritum meum. et dedi te in fedus populi. quia per mortem eius homines deo reconciliati. in lucem gentium. recipientium fidem ad predicationem apostolorum. ut aperires oculos cecorum .i. gentilium qui prius erant erroribus excecati. et quia ad litteram christus multos cecos illuminauit corporaliter. ut educeres de conclusione uinctum .i. patres de limbo qui ibi tenebantur sicut in carcere reclusi. sedentes in tenebris. quia

cæcabant claritate diuine visionis. ego dñs etc. s. sum
pliciter et absolute. alij aut̃ dicuntur dñi diminute.
gliam meã. i. honorem qui soli debitur. alteri nõ dabo
concedendo p hoc q possit licite fieri. que pma fuerant
s. nũciata p moysem. ecce uenit. sicut pz de ingressu
terre pmissionis et pluribꝰ aliis p moysem nũciatis q
ipleta sunt a tpre ysaie et supra. noua quoqz ego an
nũcio. s. de missione filij incarnez. ante q̃ oriant̃. i.
incipiant fieri. audita uobis faciam. p ysayam et alios pphe
tas. ¶ Cantate. hic cõnter ponitur grãz actio p tanti bn̄
ficij pmissione cum dr̃. cantate dño canticum nouũ
p nouitate tanti misterij. Unde et nato xp̄o nouum
canticum cantauit angelus luce ij. laus eiꝰ ab extre
mis terre. quia in omibꝰ terre ptibus sunt aliqui fide
les xp̄m laudantes. et quia laudandꝰ ẽ nõ solum in
arida. s; etiam i mari et eius insulis. iõ sbditur qui
descẽditis i mare etc. leuetur desertum. i. gẽtilitas exurgat
ad fidei xp̄iane statum. in domibꝰ hitabit cedar. cedar fu
it filius ysmaelis gen. xij. et iõ p ipm desigñtur ysma
elitarum gentilitas qui antiq̃tus habitabat in taber
naculis uagando de loco ad locum et p hoc metha
designatur ipsi gentiles de diuis erroribꝰ uagantes q
modo p fidem habitant in domibꝰ xp̄i. i. ecclesiis p fide
unitate formata. laudate hitatores petre. dicit Ra. sa.
q p hoc intelligunt̃ mortui sepulcra lapidea hitantes
quos dicit suscitandos in aduentu messye. s; hoc tamẽ
ad iplerum quia xꝰ lazarum suscitauit de monumento et
eo resurgente multa corpora sanctorum surrexerunt de mo
numentis. as. za. potest etiam aliter exponi de terra
moab que petra noiat̃ sup. xvi. capl̃o. emitte ag
nũ dñe dñatorem terre de petra deserti etc. et de terra il
la aliqui credideriit ad pdicatorem discipulorum xp̄i idu
exultantes. ponent dño gliam. s. discipuli xp̄i gliam
eius pdicantes. ¶ Dñs sicut fortis. hic cõnter ponitur
incredulorum punitio cum dr̃. dñs sicut fortis egredie
tur in exercitu romanorum ppter incredulitatem iudeorum
sicut uir preliator suscitabit zelum. s. i romanis ad de
struendum ciuitatem et ppłm uociferabit. et quid di
cat sbditur. tacui. coram pilato a sacerdotibꝰ accusa
tus scilicet. semper silui. de iniuriis et opprobriis in illatis
patiens fui. expectans eorum penitentiam. sicut pariens
loquar. q. d. non possum nec debeo ultra continere
a punitione eorum. ideo sbditur. dissipabo etc. deserta
faciam montes. i. maiores. et colles. i. mediocres. et
omne gramen eorum exsiccabo. i. minores de pplo destruẽ
et ponã flumina in insulas. sbstrahendo ab eis oes
delectationes et diuitias. ¶ Et ducam. hic cõnter de
scribitur saluatio credẽtium cum dr̃. et ducam cecos. i. gẽ
tiles erroribꝰ cecatos. in uiam quam nesciunt. p obsuã
tiam mandatorum et in semitis p obsuantiam cõsiliorum
ponam tenebras coram eis in lucem. p diuinorum cogni
tionem. et praua. ex cõsuetudine peccandi i recta p ope
rum rectificationem. hec uerba. suppositum ẽ diuini
beneficij magnitudo in filij missione. hic cõnter ponit̃
malorum ingratitudo ex sua obstinatione cum dr̃. hec
uerba feci eis. mittendo eis filium et non dereliqui eos.
s; ipi me. ideo sbditur. conuersi sunt retrorsum. p infide
litatem et quia aliqui de gentilibꝰ fuerunt contra fidem
xp̄i obstinati ppter ydola xp̄m psequẽtes. ideo sub
ditur. confundant̃ confusione etc. et aliqui de iudeis
ideo sbditur. surdi audite. s. uerba pphetarum ad uos missa
forum quia nũciauit xp̄i aduentum. et ceci intuemini
ad uidendum. s. impletionem pphiarum in ihũ nazareno et q
iudei p maiori pte remanserunt in sua cecitate. ideo
sbditur. quis cecus etc. ppłus iudaycus diuine seruituti
spẽaliter obligatus a tpre suscepte legis et sbditur. q
uenũdatus ẽ. s. ppłus iudaicus in destructione ihrlm p
tytum in uindicta mortis xp̄i. dicit enim hugo flori
censis q romani multa cede iudeorum fessi querebant qbꝰ

captiua mancipia uenderet. s; quia plurimi uenales et
pauci inueiebant̃ emptores non defuere qui. xxx. man
cipia uno numismate mercarent̃. sicut eorum xp̄m emerat
xxx. numismatibꝰ. quis cecus nisi seruus dñi. i. ppłus
iudaicus qui fuit spẽaliter ad seruiciũ dei obligatus ab
illo tpre quo deꝰ pcussit pmo genita egyptiorum. qui uides
multa. in lege et pphis scripta. nonne custodies. q. d.
melius deberes custodire q alij et tu magis dereliquisti
qui apertas habes aures. i. qui freq̃nter aperuisti aures
ad audiendum leges et pphas. nonne audies. q. d. audi
sti aure corporis s; non mentis. et dñs uoluit ut sanctifica
ret eum. s. ppłm iudaicum mittens eis filium suum. et ma
gnificaret legem in xp̄o iplens eam sẽm q xꝰ dixit. ma
v. non ueni soluere legem s; adiplere. ipe aute popu
lus direptus et uastatus. p romanos ppter incredulitate
suam. laqueus iuuenum oms. i. a iuuenibꝰ ducti sunt li
gati. s. a bellatoribꝰ. et in domibꝰ carcerum. p magna pte
positi. facti sunt in rapinam nec est qui eruat. adhuc
enim sunt in hac captiuitate que iam durauit p annos
mille. cc. lij. s. anno dñi millesimo trecentesimo. xxxij
quo liber iste fuit scriptus. quis ẽ in uobis qui audiat
hoc. auribꝰ mentis. q. d. pauci. quis dedit iacob in dirip
tionem. et respondet. nonne dñs. ihc xp̄c. ipe ẽ cui peccauim
mꝰ. eum negando coram pilato et mortem eiꝰ procurando
et loquitur de futuro p modum preteriti i psona iudeorum
qui pꝰ destructionem ciuitatis crediderunt in xp̄m. et no
luerunt in uiis eiꝰ ambulare. s. increduli sequendo xp̄m
p opa bone uite. et non audierunt legẽ eiꝰ. s. euange
lium s; magis respuerunt eam. et effudit super eum indignatõe
p exercitum romanorum. et conbussit eum in circuitu. q
romani non solum combusserunt ihrlm s; alias ciuitates in
circuitu. et non cognouit. q hoc esset i uindictam mortis
xp̄i et sic in infidelitate sua pmansit.

Et nunc. XLIII

hec dicit. postq
actum ẽ capl̃o precedenti de missione filij
dei. hic cõnter agit de multiplicatione fidei. et diuidit
in duas ptes quia pmo ponitur gentium illuminatio. scõ iu
deorum excecatio ibi. hec dicit. pma in duas quia pmo
ponitur multiplicatio fidelium. scõ multiplicationis effecti
uum principium ibi. quis in uob. Circa pmum sciendꝰ
q fides multiplicata est p opa miraculosa uirtute to
tius nature transcendentia quibꝰ uisis infideles conuer
tebant̃ ad xp̄m ut pz in actibꝰ aplorum i pluribꝰ locis
et in sanctorum legendis. et iõ pmo ponitur hic tal' opa
scõ fidelium multiplicatio ibi. dedi ppiciationem. Circa pri
mum dr̃. hec dicit creans te iacob. sicut fides patrũ
sanctorum a iudeis transiit in xp̄ianos. sic et noia sẽm qꝰ
dr̃ capl̃o sequenti. ille uocabit in noĩe iacob et hic scri
bet manu sua dño. et in noĩe isrl' assimilabit̃ ut ple
nius ibi dicetur. et ideo noĩbꝰ iacob et isrl' intelli
gitur hic ppłus xp̄ianꝰ cum dr̃. creans te iacob. i.
deducens te ad esse gr̃e p fidei susceptionem. et formas
te isrl'. in moribꝰ p aplorum pdicationem. noli timere
inter pressuras primitiue ecclie. quia redemi te. san
guine meo. et uocaui te noĩe tuo. i. noĩe xp̄iano
cum transieris p aquas. i. p tribulationes tpales. tecum
ero. et ad literam multi xp̄iani ambulauerunt sup aqs
ad cõfirmationem fidei. cum ambulaueris i igne nõ combu
reris. dicit hic Ra. sa. q tpre futuro quod uocat tẽ
pus messye accendetur ignis diuinitus comburens
alienos pplos et nõ ledens iudeos. s; q expectant
futurum iam transiit i preteritum quia multi xp̄iani ab
infidelibꝰ in ignẽ proiecti fuerunt diuinitus liberati
et frequenter carnifices combusti. ¶ Dedi ppiciationem. hic cõnter
ponitur fidelium multiplicatio cum dr̃. dedi ppiciatione
tuam egyptum. glõ. dicit et similiter magister alexãd

de halis

de halis q intelligitur ad litteram de conuersione egyp
ti et ethiopie et sic est sensus dedi propiciatorium tuum egyp
tum .i. dedi egyptum silicet tibi in propiciationem incorporando
eum xpo per fidem que est propiciatio pro peccatis totius mundi
prima Jo. ii. et in hoc alloquitur deus ecclesiam primitiuam
que in primo fuit in iudea collecta et inde ad alias natio
nes dilatata sicut dictum fuit supra capitulo ii. nominat
autem hic specialiter egyptum et ethiopiam quia ibi sacramentum
fidei fuit multiplicata in egypto sub marcho in alexandria
et per beatum matheum in ethiopia. Rege cum uxore et fi
lio baptizato et populo suo. ideo subditur ethiopiam et saba
nomen est ciuitatis in ethiopia ut dicit hic glossa. pro te
s. dilatanda dedi. et per istas duas terras intelliguntur
alie ad quas dilatata est fides ecclesie. ex quo honora
tus es &c. tu ipse messias. hoc potissime impletum fuit
in xpi incarnatione qui accepit naturam humanam de iude
is in unitate persone. quem honorem non fecit angelis hebre.
ii. nunquam angelos apprehendit. sed semen abrahe. dilexi
te. dando animam meam pro te. et dabo homines. s. ad mor
tem multos fortius. pro te. conseruanda et dilatanda. sicut
patet de iuliano imperatore qui cum magna parte exercitus
romani periit in bello contra persas eo quod firmiter sta
tuerat in suo reditu destruere ciuitatem cesaream cum
populo xpiano ibidem existente sub sancto basilio episcopo. mul
ti etiam imperatores romani. ut decius domicianus et plu
res alii perierunt eo quod mouerant persecutiones contra ecclesiam
ideo subditur. noli timere. in pressuris que in primitiua ecclesia
fuerunt magne. quia ego tecum sum. te protegendo et mul
tiplicando. Unde et in illis pressuris multum creuit
ecclesia in gentibus constancia martirum et miracula dei
que circa eos fiebant admirantibus et sic ad fidem xpi con
uertebantur. ideo subditur. ab oriente adducam semen tuum
id est adductio seu congregatio fidelium non est intelligen
da per localem motum. sed quia sunt aggregati xpo capiti
per unitatem fidei et caritatis. ideo dicitur matthei viii. multi uen
ient ab oriente et occidente &c. affer filios meos de
longinquo. hic accipitur longinquitas non secundum distanciam
loci. sed peccati quod facit homines a deo elongari. et omnem
qui inuocat nomen meum. ex quo patet quod non loquitur de
populo iudaico. sed de omni ueniente ad fidem. creaui eum in
esse gratie que est per creationem. et formaui eum. moribus. et
feci eum. deducendo ad perfectionis statum. ideo subditur. e
duc foras .i. extra errorem. populum cecum. prius. et oculos
habentem. nunc per fidei susceptionem. surdum. s. prius per inobe
dienciam. et aures ei sunt nunc. per obedienciam et intelli
gitur hoc de iudeis ad fidem xpi conuersis qui precedenti malo
uocati sunt ceci et surdi. et quia ecclesia non solum collec
ta est de iudeis. sed etiam de omnibus gentibus. ideo subditur
omnes gentes congregate sunt &c. s. in unitate fidei xpia
ne. et tunc debite omnes gentes distributio est generibus
singulorum quia in ea congregati sunt aliqui de omnibus gen
tibus. Quis in uobis. hic consequenter describitur dicte conuersi
onis effectiuum principium. s. ipse deus qui talia potest pre
dicere et sic efficere. non autem ydola que a gentibus co
lebantur. et hoc est quod dicitur. quis in uobis .i. in diis gen
tium. annunciet istud. q. d. nullus quia futura contingen
tia determinaliter predicere est proprium dei per se uel per prophetas suos
ideo subditur. dent. s. dii gencium. testes eorum .i. prophetas
suos. et iustificentur .i. examinentur utrum sint ueri uel
ea aliis ex nomine deorum suorum qui dicunt non poterunt
sed ego potero. Ideo subditur. uere uos testes mei dicit
dominus. et est uerbum dei ad prophetas suos et maxime ad
apostolos qui fuerunt eius testes secundum quod dicitur actuum i. eritis michi
testes in ierusalem et in omni iudea et samaria et usque ad
ultimum terre. et seruus meus quem elegi .i. quecumque ele
gero ad seruiendum sibi supple erit testis meus. ut sciatis
et credatis michi. cum uideritis impleta que ante denun

ciaui. ante me non est formatus &c. quia ipse est solus
eternus a parte principii et etiam a parte finis. propter hoc loquendo de
eternitate ego sum. non habens esse aliunde sed ex me. ego
sum dominus. quia omnia alia habent a me esse. ego annun
ciaui. s. salutem generis humani per prophetas et saluaui per
xpm sicut promisi. et non fuit in uobis alienus. s. deus
qui talia annunciaret. Cetera patent ex dictis. Hec
dicit. hic consequenter ponitur iudeorum excecatio ex ingratitu
dine procedens. et ideo diuiditur in duas partes. quia primo
ponitur beneficiorum dei magnitudo. secundo iudeorum ingratitudo.
ibi. non me inuocasti. primum in duas. quia primo po
nitur beneficia ueteris testamenti et secundo noui. ibi. ne
meminentis. inter beneficia exhibita iudeis tempore ue
teris testamenti ista fuerunt magis famosa et nota. s.
liberatio de seruitute egyptiaca et liberatio de captiui
tate babilonica. primo igitur recolitur secundum cum dicitur. propter uos
s. liberandos. emisi in babilonem. s. cirum et darium cum
exercitibus suis. et detraxi uectes uniuersos .i. clausuras in
quibus confidebant et caldeos in nauibus suis gloriantes. quia
debellauerunt plura regna non solum bellis campalibus sed
etiam naualibus. Consequenter recolitur primum beneficium cum dicitur. hec
dicit dominus qui dedit in mari uiam diuidendo mare rubrum
ut pateret filiis israel transitus per siccum. et in aquis torrentibus
semitam. desiccando iordanem fluuium in transitu arche ut
dicitur iosue iii. qui eduxit quadrigam et equum .i. currus et e
quites egyptiorum ad insequendum filios israel intra mare
rubrum. simul obdormierunt. sopno mortis. quia fue
runt submersi in aquis exodi xiiii. ne meminentis. hic re
colitur beneficium noui testamenti cum dicitur. ne meminentis prio
rum &c. .i. predictorum beneficiorum. q. d. licet fuerint magna. tamen
in comparatione ad beneficium incarnationis sunt modica aut
nulla. Ideo subditur. ecce ego facio noua. secundum quod dicitur
Jere. xxxi. creauit dominus nouum super terram. mulier circum
dabit uirum .i. xpm in utero suo ab instanti incarnatio
nis uirum perfectum uirtutibus et sciencus. ponam in deserto
uiam. s. perfectionis et iusticie et uocatur hic desertum
iudea et gentilitas sicut dictum fuit supra .xl. et in inuio
flumina .i. spiritus sancti dona. Unde dicit saluator Jo. vii. qui
credit in me flumina de uentre eius fluent aque uiue
quod exponens euangelista subdit. hoc autem dixit de spiritu
quem accepturi erant credentes in eum. et glorificabit me
bestia agri &c. .i. illi qui ante conuersionem bestialiter et
crudeliter uiuebant. ut darem populo meo xpiano. elec
to meo. ad
... beneficium. hoc additur quia non omnes xpiani
saluabuntur. sed tamen electi. Non me inuocasti. hic ponitur
iudeorum obstinatorum ingratitudo cum dicitur. non me in
uocasti iacob. gratias agendo de tantis beneficiis. nec la
borasti .i. nec laborem magnum sustinuisti. In hebreo
habetur. quia laborasti. exponitur tamen ad eundem sensum ab
hebreis sic. quia laborasti .i. cito attediatus et fatiga
tus fuisti seruiendo michi. non obtulisti michi arietem holocausti
tui &c. hoc refertur ad beneficium liberationis de egypto. secundum
quod dicitur Jeremie vii. capitulo. non precepi eis in die qua
eduxi eos de terra egypti de uerbo holocaustomatum
et uictimarum &c. non emisti michi argento calamum. s. in
exitu de egypto. est autem calamus una de quatuor speciebus
aromaticis que ponebantur in thymiamate. uerumptamen
seruire me michi fecisti in peccatis tuis .i. pro peccatis tuis expian
dis. hoc perfectissime fuit impletum in deo homine xpo qui
formam serui accepit. ut pro peccatis nostris satisfaceret.
prebuisti michi laborem .i. fuisti michi occasio ut laborem passio
nis sustinerem. ego sum et non alius. qui deleo iniqui
tates tuas propter me .i. ex misericordia mea et caritate et non
propter meritum tuum. Ideo subditur. reduc me in memoriam
s. aliquid ... quod deberem talia pati. q. d. non
potes. ideo subditur. narra si quid habes &c. Si autem
dicatur quod preter hoc meruerit contra hoc excluditur cum
dicitur. pater tuus primus peccauit. dicit Ra. sa. quod ille pater

fuit abraham qui peccavit qn dixit gen. xv. dne deus unde scire possum q possessurus sim eam dubitans de divina promissione; sed quia ibi tenui excusatione sicut et alij doc[tores] catholici et maxie quia ibidem [illegible] credidit abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam, ideo melius dicitur q iste pr primus intelligitur adam de quo certum est q peccavit transgrediendo dei mandatum gen. iij. et quia peccatum eius transit ad posteros non sic aut peccatum aliorum patrum. ideo sit hic specialis mentio de eius peccato. et interpretes tui .i. moyses et aaron qui verba dni referebant ad populum et eius verba populi ad deum. prevaricati sunt in me. aaron in fabricatione vituli. exo. xxxij. et utrque simul ad aquas contradictionis. num. xx. et contaminavi .i. contaminatos [illegible] principes sanctos. s. david in adulterio bethsabee et homicidio urie et ezechiam qui nuncios regis babilonis [illegible] ad ipsum missos. iiij. re. xx. dedi ad internecionem iacob. p reges assyriorum et babilonie ut patet ex supradictis et hoc propter peccatum populi et principum. et israel in blasphemiam. ex hoc .n. q deus non liberabat populum suum gentiles dicebant eum impotentem aliqui etiam de populo israel [illegible] propter hoc [illegible] in blasphemiam dei.

Et nunc XLIIII

audi. supra [illegible] [illegible] induxit populum ad expectationem divinorum promissorum ex divina parte [illegible] hic facit idem ex divina bonitate cuius est implere promissa. Et dividitur in tres partes qr primo declaratur divina bonitas ex impletione promissi. secundo ex defectione ydoli ibi. hec dicit dns rex. Tertio ex liberatione populi ibi. hec dicit dns redemptor. Circa primam partem sciendum q aliqui doctores catholici exponunt de liberatione populi a captivitate babilonica quam promisit deus ante [illegible] et de prosperitate eius temporali et spirituali post illam reditum [illegible] quia populus non legitur tunc tantam prosperitatem habuisse sicut dictum fuit sup[ra] .c. [illegible]. Ideo ra. sa. exponit eam magis catholice quantum ad hoc de impletione promissionis facte ipsi iacob gen. xxviij. erit semen tuum q[uasi] pulvis terre et dilataberis ad orientem et occidentem et [illegible] quam promissionem ra. sa. dicit impletam tempore messye per conversionem aliorum ad eius fidem. et in hoc verum dicit. sed q expectetur futurum iam transit in preteritum ut videmus. ideo sic exponatur. et nunc audi [illegible] primo excitat attentionem per hoc [illegible] q denuntiandum sit aliquid magnum. noli timere serve meus iacob. alloquitur populum nomine iacob a quo descendit. et rectissime. israhel [illegible] nomine dicto est israel q interpretatur [illegible] cum deo ut plenius dictum gen. [illegible] et ipse nomine israel dicit hic. rectissime quem elegi. esau reprobato. effundam aquas. divine gratie. super sitientem. s. [illegible] et fluenta. sane doctrine. super aridam .i. gentilitatem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] xxxv. et [illegible] tur divina gratia ostendit cum subditur. effundam spiritum meum super semen tuum .i. sup homines ypm qui fuit ex semine iacob [illegible] [illegible] [illegible] fuit repletus s. s. et benedictionem meam super stirpem tuam. etiam sup apostolos alios q xpi discipulos qui fuerunt de iudea sup quos effusus fuit divina benedictio in effusione s. s. sup ipsos in signo visibili. et germinabunt inter herbas. q glosat sic ra. sa. .i. in medio esau p quem intelligit romanum imperium. iste dicet dni ego sum. iste est [illegible] [illegible] et ille [illegible] in nomine iacob .i. [illegible] sunt [illegible]. filii ipsorum .i. nati descendentes a malis [illegible] et sic [illegible] sunt in notitia legis [illegible] male edoctis a parentibus vel quia [illegible] romanos designat [illegible] nomine ipsorum p parvulos intelligit filios romanorum tempore messye credituros. hic scribet manu sua dno. iste fuit [illegible] [illegible] revelationis. et in nomine israel assimilabitur.

In hebreo habetur cognominabitur. iste fuit conversus de gentibus hec est glosa ra. sa. et patet q licet ista expositio sit ex parte sui completa, licet hoc non intendat, q .i. c[ivi]tate romana que est metropolis romanorum [illegible] [illegible] fides xpi. [illegible] romana sedes facta [illegible] pre ipsis xpianis. Vel aliter [illegible] [illegible] [illegible] apli qui fuerunt ingressi [illegible] et de quolibet istorum dicitur. iste dicet dni ego sum. s. apostolus ad evangelium eius predicandum. Similiter multi filij iudeorum et etiam romanorum fidem xpi receperunt et baptismum. Item [illegible] primus [illegible] [illegible] [illegible] fuit [illegible] [illegible] religiosum statum [illegible] [illegible] de gentibus [illegible] totum mundum patet etiam q nomen israel et iacob communicatur gentilibus conversis ad fidem. Hec dicit. hic ostenditur divina virtus ex defectu ydolorum. et primo ostenditur ydolorum defectus. secundo revocat iudeos ad cultum dei ibi. memento horum. prima adhuc in duas q[uia] primo ostenditur ydolorum defectus. secundo fabricantium [illegible] ibi. quis formavit. Circa primum ut opposita iuxta se posita magis elucescant. primo ponitur divine excellentie singularitas cum dicit. ego primus et ego novissimus [illegible] ut p hoc magis appareat ydolorum deffectibilitas cum dicit. quis similis mei. q. d. nullus. sed sunt dij falsi q probatur p hoc quod subditur. vocet et annunciet [illegible] .i. ordinate referat illa que facta a principio mundi [illegible] hominis conditionem que non potuerunt sciri p homines nisi ex divina revelatione sicut factum est moysi q in principio genesis ordinate narrat creationem mundi. ventura [illegible] .i. contingentia futura que soli deo sunt nota. q. d. hec non poterunt facere ydola. sed ego possum. ideo subditur. ex tunc audire te feci .i. ante p longum tempus illud q[uod] erat [illegible] futurum. vos. s. prophete. estis testes mei [illegible] [illegible] ante adventum [illegible] [illegible] numquid est deus [illegible] q. d. non. plastae ydoli .i. formatores ydolorum et [illegible] [illegible] hic plastes. huius plaste omnes nichil sunt [illegible] [illegible] ad faciendum aliquid [illegible]. et amantissima eorum .i. ydola sua. ipsi testes eorum sunt quia non vident. ex hoc .n. q ferentur [illegible] [illegible] sensibilibus et [illegible] [illegible] sunt [illegible] testificari q in eis non est virtus [illegible] [illegible] intellectiva et sic debent in se ipsis confundi de cultu eorum.

Quis formavit. hic ostenditur [illegible] ydola formationis modus ut p hoc quibus [illegible] q nichil est ibi divinitatis quia illud quod fit p artificium hominis non potest esse nobilius ipso. sed est vilius et defectibilius. ydolum est huiusmodi. ergo [illegible] virtutem huiusmodi [illegible] deducit hic diffuse et primo informatione ydolorum metallicorum cum dicit. quis formavit deum [illegible] q. d. nullus nisi [illegible] reputationem suam quia ydolum reputat deum verum. fabri. s. ydolorum. sunt ex hominibus .i. de natura hominis et sic non [illegible] aliquid maius homine facere. convenient [illegible] ad iudicium extremum. et pavebunt a facie iudicis et confundentur simul. p eius sententiam. faber ferrarius [illegible] totum hoc inducitur ad ostendendum quod ydoli de metallo formatum labore hominis et p [illegible] est aliquid minus ipso. esuriet et deficiet. s. faber ferrarius. et per hoc ostenditur diligentia artificis ad faciendum ydolatum propter lucrum. tum propter gratiam dnorum. Artifex lignarius. hic inducitur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad ydola lignea labore artificum facta et p [illegible] aliquibus [illegible] exceptis que dissimilent. extendit normam. In hebreo habetur. lineam. quia primum de forma ydoli lignei est extendere lineam sup lignum [illegible] [illegible] ydoli formandi. in runcina formavit illud. est aut runcina instrumentum ad [illegible] ligna. fecit illud in angulis. In ydolis enim fiunt multe figure angulares. Cetera patent usque ibi. succidit cedros tulit ilicem [illegible] ista inducuntur ad ostendendum q ydola aliquando fiunt de vili materia et applicabili [illegible] p necessitatis hominis et ideo non est applicabile ad hoc q sit ibi aliquid numinis et sic p [illegible] [illegible] propter quod [illegible]

in fine concluditur. nec insipiens adorabit illud. ad
ratione late. nec dicet forte mendacium e in dextera me
a. s. ydolum quod de se est mendacium quia est fictio eius
quod est. Memento. hic ex predictis inuitat pplm
suum ad uerum dei cultum d. memento hoc iacob. i. hui9
modi errorum ad euitandum ydolatriam. qm seruus me9
es tu. eo q eduxi te de egypti seruitute. formaui te.
dando tibi legem in monte synay. deleui ut nube iniq
tates tuas. qn ueraciter penituisti. io sbditur. reuerte
re ad me. Laudate celi. i. angeli sancti qui estis ci
ues celestes. iubilate extrema terre. i. uulgares ho
mines qui sunt extremi in pplo. Resonate montes. i. ma
iores. saltus et omne lignum eius. i. mediocres. qm re
demit dns iacob redeptione pfecta p filium suum et lo
de futuro p modum preteriti ppter certitudinem pphie.
Hec dicit. hic consequenter ostenditur diuina uirtus ex liberatione
ppli de captiuitate babilonica quam predixit p pphas et
sic adimpleuit. et primo ostenditur dei potentia ad hoc
agendum cum dicitur. ego sum dns faciens omnia. etc. q. d.
nullo pblo possum pplm liberare de captiuitate babilo
nica faciens signa diuinorum. quia carent effectu.
et ariolos in furorem uertens. adducens contrarium illi9
quod predicunt. conuertens sapientes retrorsum. i. astro
logos qui de futuris contingentibus asserunt p constel
lationes et defficiunt. suscitans. i. implens in effectu. ver
bum serui sui. s. moysi cui9 ba adimpleuit i educendo ppl
de egypto et ad terram pmissionis introducendo. et con
silium nunciorum suorum complens. i. illud quod secrete reuelaui nunc
pphis suis. qui dico. longe ante q ueniat. Ierusalem habi
taberis. p neemiam. et ciuitatibus iuda hedificabimini
p pplm de babilone redeuntem ad ciuitates suas et lo
ca. qui dico profundo desolare. i. flumini p babilonem tra
seunti quem extra cyrus longe a ciuitate diuisit i plures
partes et sic minuit palueum ciuitatem ut dictum e sup
xxi. capitulo. qui dico cyro. nomine eius predicendo longe a
te eius inceptionem. pastor meus es. ouium gentis et ciui
bus meis. s. iudeis et omnem uoluntatem meam complebis
puniendo babilonios p peccatis suis et pplm meum
liberando. Esdre primo.

Hec dicit. XLV

Postq pluries induxit pplm ad expecta
dum pmissa tamq certitudinaliter adimple
da. hic consequenter pfequitur magis in speciali illa bnfficia. et
primo quantum ad liberationem a malis. secundo quantum ad saluationem
in bonis capitulo lvi. Prima in duas quia primo pmittitur
eius liberationis bnfficium. secundo excluditur huius liberationis
impedimentum. capitulo l. Prima adhuc in tres quia primo
presignat liberatorem. secundo refellit contradictorem ibi. ve
qui contradicit. et tertio denunciat liberatorem ibi hec
dicit. Prima in duas quia primo describitur liberatoris
potestas. secundo eius natiuitas ibi. Rorate celi. Prima ad
huc in duas quia primo ponitur liberatoris uirtus. secundo
consequens fructus ibi ut sciant. Circa primum sciendum
q Ra. sa. exponens hanc litteram. hec dicit dns xpo
suo. sic enim est in hebreo. dicit hic Ra. sa. q magi
stri dixerunt. i. sic exposuerunt. et uocat magistros suos
doctores hebreorum antiquos quorum plures fuerunt ante
xpi aduentum. deus sanctus et benedictus dixit messie
suo. i. messie in lege et pphis pmisso opponens ego
te ipsi cyro. i. dessignans te p cyrum. ex quo patet q secun
dum intentionem antiquorum hebreorum p cyrum hic introducitur
xps mundi saluator et p saluationem ppli de babilone
principaliter intelligitur principaliter mundi saluatio generaliter.
Sciendum tamen q figuram non tenet in omnibus figuratio
quia tunc non esset figura ul similitudo. sed ydemptitas. et
ideo cyrus non fuit xpi figura in omnibus q dicuntur h

ut pote in illis que sunt imperfectionis ut cum dicitur hic
non cognouisti me. sed dicitur de cyro tantum et e conuerso illa q
sunt pfectionis simpliciter intelliguntur sunt de xpo solum. et
sic in hoc capitulo aliqua dicuntur ad litteram de cyro tantum
aliqua de xpo seu tempore xpi tantum et aliqua de utroque
s. illa in quibus cyrus fuit xpi figura et dicuntur de
utroque. principaliter tamen de xpo siue de redeptione fac
ta p xpm. Cuius. s. cyri. apprehendi dexteram. dans
ei fortitudinem ad babilonios et aliarum gentium subiectionem.
aperiam ante eum ianuas. i. faciam aperiri q dns in
ea tenebat. mittebar aliqui ciuibus q recipiebant cyrum
in domum sine contradictione. ego ante te ibo. formidinem
tuam pplis incutiendo. et gloriosos terre humiliabo. eos
tibi subiciendo. portas ereas conteram. s. ciuitatum tibi
resistentium. et dabo tibi thesauros absconditos. a
regibus babilonis et aliis. et archana secretorum
. i. preciosissima magis secrete seruata. ut scias quia ego do
minus. conuerteris regna et pmutes de gente in gentem suis
liberans meos. hoc enim recognouit cyrus ut habetur primo esdre
primo. hec dicit cyrus persarum rex omnia regna terre de
dit mihi dns deus celi et terre etc. ppter seruum meum iacob. i.
ppter pplm descendentem de iacob p te liberandum. et uoca
ui te in nomine tuo. i. nomen tuum reuelaui longe ante tem
pus tuum. assimilaui te. notabilibus personis quorum nomina p
dixi ante tempore eorum ut ysmael gen. xvi. et iosie. 3 re.
13. et non cognouisti me. quia adhuc non eras. accin
xi te. fortitudine ad debellandum gentes et regna. et
non cognouisti me. etiam postq dedi tibi fortitudinem
quia etsi cyrus cognouit omnia regna a deo sibi data ut
predictum est. non tamen cognouit eum tamq solum adorandum
quia colebat ydola. Ut sciant. hic ponitur potestatis
cyri sequens fructus. s. in liberatione ppli inde de babi
lone et in confessione potentis diuine. et quia sicut habetur
primo esdre primo cyrus libris et literis significauit per
totum suum imperium monarchiam a deo sibi datam et ab eo
mandatum habuisse de templi reedificatione. Et ad hoc
faciendum pplm inde ad terram suam remittere et hoc
est quod dicitur. ut sciant qui ab ortu solis. etc. i. p totum imp
ium cyri p litteras et missas modo predicto. quia absq me
non e deus. qui possit hec et tanta facere. formans lu
cem. iudeis. ipsos de carceribus emittendo ul educendo.
et creans tenebras. babilonibus ipsos p cyrum destruendo
faciens pacem. iudeis reuertentibus in ierlm. et creans
malum. s. pene ad puniendum peccatores. Rorate celi. h
consequenter describitur liberatoris natiuitas. et quia
est principalis intentio pphe e hic dessignare xpm p cy
rum et sic designatur hic xpi natiuitas p natiuita
tem cyri. primo ergo exponitur figura. secundo eius intellec
tum sciendum q astiages rex medorum et persarum uidit
in sompnis de genitalibus filie sue uitem oriri que
assyriam occupabat et dictum fuit sibi a coniectoribus de
ea filium nasciturum qui totam terram occuparet illam. quod
fuit impletum in cyro filie astiagis filio. et ideo natiuitas
cyri hic describitur sub methaphora uitis seu plante o
rientis de terra ad quam requiritur influentia celestis et
dispositio terre p descensum sup eam pluuie et roris et
hoc est quod dicitur. Rorate celi desuper. rorem et influentiam
emittendo. et nubes pluant iustum. i. disponant mi
ad ortum iusti. i. cyri qui uocatur hic iustus in quantum fuit
executor diuine iusticie erga babilonios. aperiatur
terra. i. astiagis filia. et germinet saluatorem. i. cy
rum ad saluandum pplm inde de babilonica captiuitate.
et iusticia oriatur simul. i. iustus exequendi iusticiam
meam. ego dns creaui eum. dando ei imperium. sicut
ppa ul imperator dicitur creari qui pmouetur ad tale dig
nitatem. Consequenter exponitur littera de re figurata. s. xpi natiuitate.
Rorate celi etc. Terra ista germinans saluatorem est bta
uirgo concipiens saluatorem mundi. non ex uirili semine
sed uirtute spiritus sancti tamq rore celesti. et quia principal

inventio prophete est hoc significare. ideo sub isto sensu hanc auctoritatem allegavi in aliquibus locis. et iustitia oriatur simul .i. gratia iustificans. Jo. i. gratia et veritas per ihesum christum facta est. ego dominus creavi eum. quantum ad humanitatem que est creatura dei. ¶ Ve qui contradicit. hic propheta increpat contradictorem seu impeditorem. Astiages .n. audiens expositionem sompnii predicti timens ne regno privaretur filiam suam dedit uxorem cuidam plebeio militi ut si filius de ea nasceretur non haberet amicos potentes qui iuvarent eum ad optinendum regnum. Cum hoc etiam fecit diligenter observari tempus impregnationis filie sue et partus. et puerum natum sibi fecit apportari quem tradidit cuidam principi occidendum. ille autem compassus tradidit eum cuidam famulo suo secreto ut eum ad nemora portaret et eum ibi dimitteret quod cum factum fuisset canicula pastoris iuxta nemora habitantis que catulos nutriebat divina providentia horis competentibus accedebat ad puerum et eum lactabat quam sequens pastor mirans ad quid nemora intraret invenit puerum quem uxori sue tradidit nutriendum vocans eum spartam quod lingua persica canem signat. Sed postea ab eodem principe cui traditus fuerat occidendus vocatus fuit quores quod significat heredem in illa lingua. q.d. quantumcumque reluctetur astiages iste erit heres et hoc modo scribitur in hebreo sed quando transfertur ad latinum vocatur cyrus sicut hoc nomen saul translatum ad latinum pronuntiatur et scribitur saulus et iste cyrus postea optinuit monarchiam et illa que dicta sunt hic de astiage et cyro habentur in scolastica hystoria [illegible] cum dicitur. Ve qui contradicit factori suo. In hoc increpatur astiages qui volebat divinam providentiam impedire testa de samiis .i. opus terreum seu testeum quod dicitur de samiis eo quod in samos insula primo fuit repertum. Numquid dicet lutum figulo suo etc. .i. sicut lutum non potest aliquid contra figulum. sic nec tu potes impedire voluntatem meam et propositum. Ve qui dicit patri etc. In hoc increpatur astiages qui generationem et educationem cyri nitebatur impedire ut dictum est. ¶ Hec dicit dominus. hic consequenter ponitur liberationis utilitas. et primo quantum ad iudeos. secundo quantum ad gentiles conversos ibi. congregamini. prima in duas quia primo ponitur iudeorum liberatio. secundo huius liberationis confessio facta ibi. vere tu es deus. Circa primum primo declaratur potestas divina ad suscitandum cyrum liberatorem iudeorum ibi. ego feci terram etc. et patet litera. et omni militie eorum mandavi .i. cursum siderum disposui et ordinavi. ego suscitavi eum .s. cyrum eadem potestate. et ad iustitiam .s. faciendam de babilonis. ipse hedificabit civitatem meam .i. licentiabit reedificare et loquitur de reedificatione ierusalem. Circa quod sciendum quod hec reedificatio potest dupliciter intelligi. uno modo quantum ad domos inhabitantium et sic cyrus dedit licentiam reedificandi ierusalem quia mandavit reedificari templum ad dei cultum et sic concessit quod sacerdotes et ministri et alii indifferenter habitarent ibi. alio modo accipitur reedificatio quantum ad muros civitatis et portas et hoc modo fuit reedificata per neemiam de licentia et voluntate regis artaxersis. captivitatem meam .i. iudeorum in me credentium. dimittet gratis. et quia ex hoc facto potestas cyri fuit ampliata. ideo subditur. labor egypti .i. pretiosa pro quibus egyptii laboraverunt. et negotiatio ethiopie .i. pretiosa ethiopum que de longe per mercatores ibi apportata sunt. et quia non solum divitie iste sed etiam domini earum facti sunt subiecti cyro in premium liberationis iudeorum de babilone. ideo subditur. viri sublimes .i. reges et principes diversarum terrarum ad te transibunt .i. sub dominio tuo. post te ambulabunt. te sequentes ut dominum. vincti manibus .i. compedibus et manualibus. pergent. quia aliqui [illegible] ducebantur coram cyro ad declarationem victorie cyri. et te adorabunt. simpliciter postulando [illegible] ¶ Vere tu es. hic propheta convertit sermonem ad deum per modum gratiarum actionis confitendo eius deitatem et potestatem pro liberatione ipsius. dicens. Vere tu es deus etc. .i. nullus est deus nisi

tu qui potes facere talia et quia divinitas videri non potest humanis oculis. ideo subditur. vere tu es deus absconditus. et ex hoc consequenter invehitur contra ydolatras dicens. confusi sunt fabricatores errorum .i. ydolorum et vocantur hic fabricatores non solum artifices facientes ydola sed etiam illi qui faciunt fieri ut adorent ea. et isti dicuntur hic confusi quia per ydola sua non poterunt salvari de manu cyri. israel salvatus est in domino .i. per virtutem domini omnipotentis salute eterna. ex hoc videtur quod illud sit referendum ad salutem factam per christum quia illa que facta fuit tempore cyri non fuit talis. quia postea populus israel fuit multum afflictus tempore antiochi illustris et postea captivatus per romanos. et si dicatur quod hic in hebreo habetur. salute seculorum .i. salute seculorum que non importat eternitatem. sed tempus longum hoc removetur per hoc quod subditur. non confundemini et non erubescetis usque in seculum seculi. In hebreo habetur. usque in secula et ultra. et talis locutio ubique in sacra scriptura est importat eternitatem a parte finis secundum doctores hebreorum. et quod deus sit potens ad dandum talem salutem ostenditur cum subditur. quia hec dicit dominus creans celos. de nichilo virtute sua infinita. et patet litera usque ibi. non in abscondito locutus sum dando legem filiis israel. sed in monte synay in aperto. non dixi semini iacob. frustra querite me. ad implenda precepta mea pro modico premio. sed pro magno valde. sed eterna salute. Sicut .n. supra frequenter dictum est ubicumque lex vetus pro virtutum operibus de quibus sunt mandata legis promittuntur pro premio bona temporalia sub illis intelliguntur bona eterna principaliter promissa. quia divinum premium principale non est minoris bonitatis quam meritum sed maioris. bona autem temporalia sunt minora quam opera virtutum. propter quod non sunt premium principale. ¶ Congregamini. hic consequenter agitur de salute gentium et exponitur per istum aliqui doctores [illegible] de gentilibus conversis ad iudaismum qui viderunt liberationem per cyrum et secum eis venerunt in ierusalem. Sed hoc non videtur bene dictum quia illi fuerunt pauci ut patet primo esdre. Conversio autem istorum de quibus est hic sermo se extendit ad omnem nationem et linguam ut patebit prosequendo literam et ideo intelligenda est de conversione gentilium ad fidem christi per predicationem apostolorum. et secundum hoc dicitur. congregamini. per caritatem qui salvati estis ex gentibus. et quia non omnes crediderunt ad predicationem apostolorum sed multi in ydolatria remanserunt ideo subditur. nescierunt. intellige lumen fidei. qui levant lignum sculpture sue. In hebreo habetur. qui levant lignum sculpture sue. et credo quod aliquis scriptor posuit .s. pro .l. tamen eadem est sententia quia per lignum vel signum intelligitur ydolum sculptum quod a suis sculptoribus levatur in altum ut reverentius adoretur. annunciate et venite et consiliamini. ad invicem conferendo. quis auditum fecit hoc ab initio .i. eventum futuri contingentis longe ante quam veniret. ex tunc predixi illud. .i. inveniens predicta prophetando quod ego solus talia predixi quia sum solus deus salvans. et ideo consequenter inducit omnes gentiles ad cultum unius dei veri cum dicit. Convertimini ad me et salvi eritis omnes fines terre .i. habitantes in omnibus terre partibus. In memet ipso iuravi. hoc dicit ad ostendendum certitudinem illius quod denuntiat. unde et adhuc subditur. non revertetur .s. inanum sed implebitur. et quid sit illud subditur. quia mihi curvabitur omne genu. per adorationem latrie cuius signum exterius est genuum flexio ut dictum fuit plenius hester .iii. capitulo. et iurabit omnis lingua. ista autem sunt adimpleta. tamen quia per orbem cessavit ydolatria et ab omnibus colitur unus deus licet vario modo a christianis iudeis et sarracenis et aliis. alio modo potest intelligi de solis christianis qui de omnibus gentibus et linguis aliqui credunt in christum ipsum venerantes tamquam verum deum et adhuc plures credent circa finem mundi. et ex dictis concludit. ergo in domino dicet .i. poterunt dicere. mee sunt iustitie et imperium. quia principes mundi pro magna parte submiserunt colla iugo christi et obediunt eius vicario summo pontifici. et quia adhuc plures venient ad fidem in posterum ut dictum est. ideo subditur. ad eum ve

venit

uent et confundentur . de suis p̄stinis erroribus omnes q̄ repugnant ei p infidelitatem scilicet mala uitam . In dño iustificabitur et laudabitur omne semen isrl' . semē isrl' dr hic omnis fidelis qui imitatur fidem ipius israel' q̄ de aduentu xpi p̄phauit gen . eo . sicut dictum ē co̅ p̄cet.

Confractus est XLVI

Post liberatoris pre signatōnem . hic consequenter denunciat p̄pha hostium s. babiloniorum destructionem . Et diuidit in duas . quia primo denunciatur destructō ydolatrē et p̄pli . secundo cessatio regni . capitulo . xlvii . prima in tres quia primo destructō denunciatur . secundo p̄plus ad cultum latrē reuocatur ibi . audite me . Tertio liberatō ei p̄mittitur ibi . recordamini . Circa primum premittitur ydolorum destructō cum dr . confractus est bel . qd erat principale ydolum babiloniorum et loquitur de futuro p modum p̄teriti . confractus ē nabo . aliud ydolum minus principale . dicitur tn̄ aliqui q̄ nabo nō ē nomen proprium . s. appellatiuum et significat p̄phiam siue diuinationem et sic est sensus confracto ydolo nunc bel confracta est p̄phia seu diuinatō quā sacerdotes belis fingebant . uel quia demones in ydolis aliqua responsa dabant . facta sunt simulacra eorum bestiis et iumentis . i . similia eis quia carent intellectu . Consequenter denunciatur destructō ydolatrantium . Circa q̄ sciendum q̄ sacerdotes ydolorum ꝯpetentes fugere de babilone quando capta fuit p cyrum secum portabant ydola et sic p̄ pondere a uelocitate cursu fuerunt ipediti et sic cum ydolis capti et destructi et hoc est qd dr . onera ūra . i . ydola . gravi pondere usque ad lassitudinem . uos a cursu ipedientia . contabuerunt et contristata sunt simul . i . una nobiscum . ā ... i . sacerdotum et ydolatrantium . in captiuitatem ibunt quia aliqui eorum fuerunt captiui et in captiuitatem ducti .

Audite me . hic consequenter reuocat p̄plm iude ad uerum cultum . quia multi eorum fuerant ydolatre ante captiuitatem babilonicam ut pz . e . R . in pluribus locis . et ex hoc probabile uidetur q̄ multi eorum qui fuerunt ducti in babilonem sequebantur babiloniorum ydolatriam et ad reuocandum eos primo ondit effectum dei ad ipm cum dr in p̄ncipio . audite me domus iacob . etc. Sequitur qui portamini a meo utero . etc. i . qui estimor ad uos sicut mater ad filios . usque ad senectam ego ipse . i . istam affectionem ego continuabo . Consequenter reuocat p̄plm ab ydolatria dicens . Cui assimilastis me . etc. fabricando uobis ydola . ideo subditur . q' confertis aurum de sacculo . q . d . quamuis diligatis aurum sicut auari . tamen uos fuistis ad ydolatriam proni q̄ ibi posuistis aurum ūrm . Ideo subditur . conducentes aurifices . etc.

Et consequenter ondit ydolorum ipotentiam . d . portauit illum in humeris . propter q̄ in fine concluditur . preuaricatores . i . ydolorum fabricatores et cultores . ad cor . cogitando q̄ in ydolis nichil ē numinis seu uirtutis . Recordamini . hic denunciatur liberatō p̄pli . primo tn̄ onditur dei potentia ad hoc agendum cum dr . Recordamini prioris seculi . i . creatoris mundi qui a me creatus est . ideo subditur . quoniam ego sum deus solus creator . et ideo possum p̄plm meum liberare et liberatorem predixi . ideo subditur . annuncians ab exordio nouissimum . i . ante q̄ fuerit annunciaui principium rei et terminum . sicut pz gen . xv . ubi simul denunciatur abrahe descensum iacob et filiorum eius in egyptum et afflictionem eorum ibidem et liberatōem . et eodem modo ysaie reuelauit futuram captiuitatem p̄pli p nabugodonosor et liberatōem p cyrum et q̄ illud sit certum ondit consequenter subditur . consilium meum stabit . de liberatōe p̄pli p cyrum . uocans ab oriente auem . i . cyrum ad modum auis uelociter uenturum . uirum uoluntatis mee . i . executorem mee uoluntatis . creaui . i . creandum disposui . et faciam illud . quia uoluntas mea non pōt impediri . et ad huius considerationem excitat iudeorum attentionem . d . audite me duro corde . i . qui habetis durum cor . propter qd

dixit dñs . exo . xx . et ideo q̄ p̄plus iste dure ceruicis fuit . prope feci . i . fiendum disposui . iusticiā meā . in babiloniorum destructōne et ūra liberatōe . dabo in syon salutem . reedificando tibi templum ad nūis mei cultum p quem cultores consequuntur salutem . et in isrl' . sic est in hebreo et libris correctis . i . in p̄plo imitante fidem eius . gloriam meam q̄ fuit ipletum imperfecte in liberatōne facta p cyrum et perfecte in liberatōne facta p xpm de qua ē principal' intentō huius capituli ut dictum est supra :—

Descende XLVII

sede in puluere . etc.

Hic consequenter describitur deiectō babiloniorum quantum ad cessatōnem regni . et diuiditur in tres ptes . quia primo ponitur huiusmodi cessatō . 2º subditur huius pene ratō ibi . irata . et tertio excluditur eius euasio ibi . stā cum incantatoribus . Circa primum dr . descende de dignitate regni . sede in puluere . tamquam uilis et abiecta . uirgo filia babilon . i . ciuitas babilonis et dr . uirgo . quia aliquando nō fuerat uiolata siue capta ab aduersariis . non est solium . i . regni tronum . filie caldeorum . i . babilon que erat metropolis in caldea . quia ultra non uocaberis mollis et tenera . i . regina siue dña que solent ēē delicate . s . magis seruituti subiecta . Ideo subditur . tolle molam et mole . qd ē officium ancille . denuda turpitudinem tuam . In hebreo habetur denuda ligaturam tuam . i . ornamentum capitis quod descendit usque ad humeros . ideo subditur . discooperi humerum . p ista designatur applicatō ad opus seruile . Cum . n . ancille ad talia se applicant tales cooperturas amouent . et eadem sña importatur p literam sequentem cum dr . denuda turpitudinem tuam . quia ornamento ablato ē quedam turpitudinis denudatō . reuela crus transi flumina . etc. q . d . in captiuitatem ducens peditando et sic oportebit te eleuare uestes et discooperire ptes inferiores ad transeundum aquas et flumina . Ultionem capiam . de malis tuis . redemptor ūr etc. prius loquutus ē in psona dñi . nunc loquitur in psona p̄phe . d . redemptor ūr . de egypto et babilone . dñs exercituum . i . angelorum . nomen illius . et sic est in hebreo ita q̄ nomē dñi hic dr . dñs exercitus . i . angelorum . sanctus isrl' . i . sanctificans isrl' . sede tacens . quasi confusa et redit hic p̄pha adloquendo in psona dñi . et intra in tenebras . quia multi de babiloniis in captiuitatem ducti fuerunt ibi incarcerati in locis tenebrosis . Iratus sum . hic consequenter ponitur dicte punitionis ratō q̄ triplex est . prima accipitur ex crudelitate quā babilonii exercuerunt in p̄plm regni iude et hoc est qd dr in p̄ncipio dñi . Iratus sum de preterito . super p̄plm meum . propter eius peccata . contaminaui hereditatem meam . i . contaminari permisi israeli et templum a babiloniis ingredientibus et succedentibus utrumque . e . R . ultio . nō posuisti eis misericordias . Crudeliter utens uictoria a me tibi data . super senem aggrauasti . Cum propter etatem omnes debent compati . Et dixisti . hic ponitur secunda ratō que accipitur ex babiloniorum superbia cum dr . et dixisti . presumens . in sempiternum ero dña . aliorum regnorum . nō posuisti hec super cor tuum . s . q̄ in momento deicere te possum a dignitate et confidentia tua et pz litera usque ibi . Venient tibi hec duo subito . et que sunt illa subditur . sterilitas . i . carentia p̄lis p interfectionem hitantium in te . et uiduitas . i . carentia dñi . Uniuersa . hic ponitur tertia ratō que accipitur ex maleficiorum multiplicatōe cum dr . uniuersa uenerunt super te . propter multitudinem maleficiorum tuorum . et dicuntur malefici qui utuntur inuocatōibus demonum . et propter duritiam incantatorum tuorum . qui deludunt sensus humanos . et fiduciā habuisti in malitia tua . i . ipa presumendo absque timore . cuius ratō subditur . et dixisti non ē qui uideat me . ille . n . error tunc uigebat in babilone . s . q̄ diuina prudentia ad actus humanos non extenditur . et sic tollitur timor dei . Sapientia tua et scientia tua . et hic dr . tua .

quia nō erat uera sapia nec sciā. s; deceptō. ꝓpter me nō est altera. silis in ꝑtate et dignitate. Veniet sup te ma lum et nescies ortum eius. et iō nō poteris tibi ꝓuidē. In he bre hr. et nescies requirere ipm. hoc est nō ꝓuidebis et sic remedium querere non poteris. Cetera patent ex dictis.

¶ Sta. hic qrter excluditur dicte pene euasio. et hoc ex cludendo illa p que regnum babilonis cōfidebat manere in sua potencia. Primum erat multitudo incantatorum et ma leficiorum p quorum artem et opera credebant se posse scire occulta et futura et sic cauere picula. hoc aut exclu ditur cum dr. Sta cū incantatoribus tuis. q. d. p eos nō sta bis. et multi^s maleficiis tuis in quibus laborasti ab adolescentia tua. hoc ē a. p^{mo} q babilon fuit fundata. Unde et nigromantia repta fuit in ea. Si forte quid ꝓsit tibi eorum sciā. q. d. non poterit. aut si possit fieri fortior. te muniendo cōtra fu tura picula tibi p eos prenunciata. q. d. nō q; te ꝓmu nire nō poterunt. Ideo subditur. defecisti ⁊c. Stent ⁊c. hic excluditur scđm de quo cōfidebant. s. sciā astrologo rum et diuinorum ad pnosticandum futura. hoc excludit. Stent et saluent te augures celi. i. diuinatores de fu turis p motus celi. q. d. nichil poterunt iuuare tibi. Ideo subditur. Ecce facti sunt q̄si stipula. i. ita ad nichilum parati. ignis combussit eos. quia pierunt i medio babilonie ciuitatis. non sunt prune quibus calefiant ⁊c. i. ille ignis nō erit ad recreationem. sicut ille qui fit i camino in yeme. s; ad exterminationem. Sic facta sunt tibi ⁊c. i. data combustioni. Negociatores. hic excluditur terciū de q^o confidebant babilonii. s. multitudo et potentia mercatorum quibus habūdabat illud regnū. qui discurrebant ad diuersas ptes p mare et p terrā et inde diuicias multas apporta bant ad muniendum regnum babilonicum. explorabant etiam cōditiones aliarum gentium. q multum faciebat ad stabi liendum regnum suum. hoc igr excludit cum dr. negociato res tui ab adolescentia tua. i. quos habere cōsueuisti a fundatione tua. Unusquisq; i uia sua errauit. i. i itine re suo et opib^s. et iō ex predictis concludit. nō est qui saluet. s. in omnibus illis p quos cōfidebas saluari et stabiliri ut pz p exclusionem eorum expditam.

Audite hec. XLVIII

Postq̄ ysaias ꝓpha de nunciauit babiloniorum destructionem. hic qrter denunciat ꝓpli inde liberationem qui captiui a ba bilonis tenebantur. Et diuidit i duas ptes. q; primo ex citat audientium itellectum. scđo ꝓsequitur ꝓpositum ibi Pri ora. Circa primum recolit duo de quibus gloriabantur et q debebant eos mouere ad bonum. primū ē nobilitas ge neris que dz mouere ad bonū. Unde dicit boeci^s iiio de cōsolatione q in nobilitate generis illud ē optimum. quia p hoc ipsum ē ipis nobilib^s quedā necessitas ne a maiorum suorum ꝓbitate degenerent. et qntum ad hoc d^r. Audite me domus iacob. i. qui descendistis a iacob patri archa et abeo nomen estis filii israel. et exiistis de aquis iuda. i. de tribu nobiliori filiorum israel quia erat tribus regia. Scđm ē sanctitas cultus. quia soli iudei dicebant^r ꝓpalis cultores dei. et qntum ad hoc dicit. qui iuratis in nomine dni. qi in ei^s reuerentiā. homines. n. p maiorem sui iurant hebre. vi. s; q; reuerentia debita nō ē i illi tunc iurantibus. s. magis irreuerentia. iō ad remouendum occasionem gloriandi subdit. non in ueritate neq; i iusticia et sic iurantes de iuramento falso quod caret ueritate et de iniusto quod caret iusticia. de ciuitate enim sancta uocati estis ad cultum dei electa. ꝓpterea et super deum israel constabiliti sunt. quia lege ei^s firmi prouidentur. et hoc etiam debebat eos ꝓmouere ad bonum. ¶ Priora. hic exequitur ꝓpositum. s. de ꝓpli liberatione. Circa quam primo ponitur liberantis conditio. scđo subditur ipa libe[ratio]

ibi. Consurgent simul. Condicō liberantis ē q sciens et potens sit ad hoc. et iō primo ondit ipius dei sciā. et scđo eius po tenciam ibi. Audite me. Prima in duas. q; primo dei sciā ondit^r. scđo quedam obiectio soluitur ibi. ꝓpter nomē meū. Circa primū sciendum q dei sciā ostenditur dupli. uno mō ex eius reuelatione contingentium futurorum. alio mō ex occulta rōne eorum. primū ponitur ibi. Audita fieri. Cir ca primum dr in ꝑsona dni. Priora ex tunc. i. ante q fierent an nunciaui. sicut gen. xv. ubi abrahe denunciauit pegrina tionem seminis sui futurā in egyptum et inde reditum quarta generatione et sicut denunciauit ita i effectum p^s ea ꝓduxi. ideo subditur. repente operatus sum ⁊c. et cū huius reuelationis et consilium subditur. Sciui. n. q durus es tu ⁊c. s. ad creden dum ueritatem et pronus ad ydolatrie fallaciam. iō predixi tibi ex tunc. i. longe ante factum ne forte diceres. ydola mea fecerunt hec. si euenissent absq; mea denunciatione. q audi sti. p me reuelata. Vide omnia. sicut predixi adimpleta. et sic potes scire q ego feci et nō ydola. Vos aut nō annun ciastis. s; ego qui hec reuelaui abrahe et aliis ꝓphetis. Au dita feci. hic ondit^r ꝓpositum ex aliquorum occultatione. sic. n. deus aliqua reuelauit iudeis ante q fierent ne ydo lis eorum ascriberent ut dictum ē. ita aliqua nō reuelauit eis ne ꝓgnitio ydolis ascriberetur. et hoc est quod dr. Au dita feci tibi noua ex tunc. i. ante q fierent ut dictum est pre prece^{ti}. et sic continuat se ad precedentia. et cōseruata sunt. i. nota apud me tantum. que nescis. nunc creata sunt. i. in effectu posita. et non ex tunc et ante diem audi sti ea. i. longe ante q essent. nec etiam ante diem uel ho ram in qua facta sunt nō cognouisti. cui^s rō subditur. ne forte dicas ecce cognoui ea. p me uel p ydola mea ante q fierent. Et subdit^r. neq; audisti. ab ydolis tuis neq; cognouisti. p te ipm. neq; ex tunc apta ē au ris tua. et subditur cū. Scio. n. quia preuaricans preua ricaberis. i. scio ꝓniitatem tuam ad ydolatriam. et transgres sorem de uentre uocaui te. i. de deserto in quo portabam te qsi mater puerum in uentre. ibi. n. fabricauit sibi po pulus israel uitulum cōflatilem et adorauit hostias im molando. exo. xxxii. et iō aliqua sunt illi ꝓpulo cela ta usq; ad horā euentus ne ex ꝓniitate ei^s ad ydola triā attribueret ydolis istorum ꝓgnitionem. ꝓpter nomen meum. hic remouetur quedā leuis obiectio quia posset aliquis dicere. ex quo deus ꝓsciuit maliciā et ꝓniitatem huius ꝓpli nō debuit eis tot bona facere. hoc remouet dicens q illa non fecit ꝓpter ꝓplm. s; ꝓpter nomē suum. et hoc ē qđ dr. ꝓpter nomen meū longe faciam furorem meum. i. feci et loquitur de pterito p modum futuri sicut frequenter fit in ꝓphis q; tunc penitus nō te de leui ut furorem ꝓmissum meum ab abrahā ysaac et iacob de confusione seminis eorum. ꝓpter q dicitur dno ꝓpter ysi exo. xxxii. cetno q ꝓplus iste dure ceruicis sit. dimitte me ut irascatur furor me^s contra eos et deleā eos. moy ses orauit dnm dicens. quiescat ira tua esto pla cabilis sup nequiciā ꝓpli tui. Recordare abrahā ysaac. et israel seruorum tuorum quibus iurasti ⁊c. et laude mea infrenabo te. i. infrenaui occupando te in cerimo niis. ne interias. offerendo ea ydolis. Ista. n. fuit una de causis multiplicationis cerimonialium. ecce excoxi te. per tribulationes multiplices in deserto et p^{ost} ea in terra pro missionis p reges assyriorum et babilonie. s; nō qsi argen tum. q. d. semp in te remansit aliquid impurum. elegi te in camino paupertatis. i. in egypto ubi i paupertate et afflic tione coquebas lateres i camino. ꝓpter me ꝓpter me. i. ꝓpter honorem meum faciam et duplicatur. uel ꝓpter me ad mai orem affectionem. ut nō blasphemer. a dicentibus q nō te nerem ad pres predictos fidelitatem. et gloriam meam. idest cultum mi debitum alteri nō dabo. i. dari sinere nō concedam. ¶ Audite. hic qrter ondit^r potentia dei liberantis. et hoc ex creatione rerum de nichilo ad quā requirit^r potencia infinita. quia inter nichil et aliqd nulla ē ꝓportio. et hoc ē

hoc est quod subditur. ego ipse. et non alius supple est
creator. ego primus et ego nouissimus. a quo dependet
esse et finis. manus quoque mea fundauit terram. hoc
dicit quia terra est pars infima mundi. sicut fundamentum
in domo. et dextera mea mensa est celos. In hebreo
habetur palmauit celos. i. palmo mensurauit per quod intelli-
gitur facilitas mensurationis. sicut est in eo quod mensuratur palmo
hominis. ego uocabo eos. i. corpora celestia imponendo eis
propria nomina per ps. cxlvi. qui numerat multitudinem stellarum et
omnibus eis nomina uocat. et stabunt simul. i. parati sunt ad ob-
sequium meum. et sic ostenditur dei potestas non solum ex
rerum creatione. sed etiam ex earum gubernatione. ¶ Congre-
gamini. Postquam ysaias denuntiauit dei liberantis
condicionem. hic consequenter denuntiat ipsam liberationem. et sola libe-
rationis modum et ordinem ibi. egredimini. Circa primum sci-
endum quod liberatio populi de babilone facta per cyrum fi-
gura fuit liberationis a potestate demonis facte per
christum. et ideo primo ponitur liberatio prima. et secundo secunda ibi.
accedite ad me. modus est iste. quod propheta ut frequenter
dictum est supra denunciando statum illius populi simul de-
nunciat misterium christi. Circa primum dicit. Congregamini
omnes uos. i. uos iudei. et audite. uocem domini loquentis
per os prophete. quis de eis. i. de caldeis de quibus supra
fecerat mentionem. annuntiauit hec. scilicet mala eis futura
per cyrum. quasi dicat. nullo de populo hoc annuntiante preter. dominus
dilexit eum. scilicet cyrum. Circa quod sciendum quod diligere est uel-
le alicui bonum. deus autem promouit cyrum ad dignita-
tem regni de statu infimo et uili ut dictum fuit. xliiii.
et sic dilexit eum quantum ad bonum regni et monar-
chie. non tamen quantum ad bona gratie et glorie. quia licet de-
um celi confessus fuerit ut habetur primo esdre primo. tamen
cum hoc ydola coluit. ut dictum est supra. xlv. faciet uo-
luntatem suam. i. dei in babilone caldeos puniendo pro suo
puniendo secundum ordinem diuine iusticie et iudeos inde
liberando. ego locutus sum in persona dei hoc dicit quod mentiri
non potest et uocaui eum. ad dignitatem regni. ad-
duxi eum. contra babilonem. et directa est uia eius ad
uictoriam scilicet. ¶ Accedite. hic consequenter denuntiatur
liberatio a potestate demonis figurata per liberationem a cap-
tiuitate babilonis. hec autem liberatio facta est per missi-
onem filii dei in mundum. ideo primo describitur hec missio
secundo facta per eum liberatio ibi. hec dicit. Circa primum
est aliquantulum immorandum. quia ibi exprimitur sancte
trinitatis misterium. Sciendum igitur quod illud quod hic dicitur
non a principio in abscondito locutus sum. non est uerbum ysaie
qui legem non dedit. sed ipsius dei et in hoc conueniunt catho-
lici et hebrei. quod autem subditur. ex tempore antequam fie-
rent ibi eram. i. ante quam lex daretur. et in hebreo habetur. a prin-
cipio fui esse ego ibi. i. a principio dationis legis. exponunt aliqui
hebrei de persona ysaie dicentes quod omnes prophete fuerunt
in monte synay et ibi acceperunt a deo prophetias suas sicut
moyses legem. futuris tamen temporibus secundum ordinationem tamen dei
ab eis pronuntiandas. et secundum hoc subdit ysaias. et nunc
misit me dominus et spiritus eius. i. ad denunciandum prophetiam quam
tunc acceperam. scilicet tempore dationis legis. sed istud dictum est
falsum quia post dationem legis ysaias fuit natus scilicet per quingen-
tos annos et amplius et multi prophete adhuc precesserunt
scilicet Jeremias. ezechiel daniel. ageus zacharias. et
plures alii. Si autem dicatur quod anime prophetarum extunc uel
ante fuerunt create et sic fuerunt ibi prophete secundum animas hoc
non solum est contra doctores catholicos et philosophos qui
dicunt animam hominis non precedere corporis durationem. sed etiam
contra aliquos doctores hebreos. unde super illud zacha-
rie. xii. ego formans spiritum hominis in medio eius. ubi translatio
nostra habet fingens spiritum eius in eo. dicit rabbi salomon
quod creator creat animam cum perfectione figure corporis huma-
ni et ita dicunt philosophi quia anima est actus corporis phisici
organici secundum philosophum de anima. hoc etiam apparet genesis primo ubi
dicitur quod formato corpore ade deus inspirauit in faciem eius

spiraculum uite et sic quod dicitur hic. ex tempore antequam fie-
rent ibi eram. uel a principio fui esse ego ibi. non potest intelli-
gi de ysaia. hoc etiam patet in quodam libro apud hebreos
autentico ubi iste liber inducunt dictum in persona dei. sicut et pre-
cedens in mensuratione. non a principio in abscondito locutus sum. et eo-
dem modo quod subditur in eodem contextu et sub eodem uersu. et
nunc misit me dominus et cetera in persona dicitur dei. Si enim ad personam
ysaie referretur esset ibi principium noui uersus ut esset
distinctio inter personas loquentes. nunc autem in hebreo bi-
nus est uersus qui ibi incipit. accedite ad me et cetera. et termi-
natur ibi. et nunc dominus deus misit me et spiritus eius inclusiue.
ex dictis patet misterium sancte trinitatis. quia hic exprimitur dicitur
deus missus a deo et spiritu eius. Inter missum autem et mittentem
est personalis distinctio. et sic apparet distinctio personalis ipsius
filii missi a patre et spiritu sancto a quibus missus est in mundum
pro salute mundi. Resumatur igitur littera a principio cum dicitur. acce-
dite ad me et audite hoc. filius. est filius dei ut patet ex
predictis et excitat attentionem audientium ad signandum quod
uult dicere aliquid magnum. scilicet sancte trinitatis et incarna-
tionis filii misterium. non a principio. scilicet dationis legis. non
in abscondito locutus sum. quia in manifesto cum dedi. Circa
quod sciendum quod licet illa lex fuerit data a tota trinitate cu-
ius opera sunt sunt indiuisa. tamen illa datio appropriatur filio. si-
cut enim illa que pertinent ad potentiam appropriantur patri. et que
ad bonitatem spiritui sancto. ita que pertinent ad sapientiam appropria-
tur filio cuius modi est datio legis que pertinet ad cognitionem et similiter
ex tempore antequam fieret ibi eram. cum patre et spiritu sancto in
diuinitate. et nunc. i. tempore gratie. misit me in dominum
humanitatis assumptione. dominus. i. deus pater. et spiritus eius. qui est tertia in
trinitate persona. hec dicit dominus redemptor tuus. i. dei fi-
lius incarnatus qui redemptor est mundi et unus deus cum patre
et spiritu sancto. sanctus israel. i. sanctificans israel. ego dominus deus tu-
us. ratione deitatis. docens te utilia. i. euangelica con-
silia. que licet non sint necessaria ad salutem. tamen disponunt
ad perfectionem. et secundum. non quantum ad moralia precepta non addidit
sed consilia. gubernans te in uia in qua ambulabas. scilicet in
pristina uia que est uia ad patriam. et quia licet doctrina e-
us plures iudei receperunt. tamen multo plures renuerunt ut patet
in euangelius et actibus apostolorum. ideo subditur. utinam atten-
disses mandata mea. quantum est ad credenda christus plura
docuit magis de necessitate salutis ut de articulo sancte trini-
tatis et incarnationis de baptismo et consiliis. facta fuisset
sicut flumen pax tua. uidelicet quantum ad pacem temporalem.
quia romani non uenissent ad destruendum locum et gentem
que destructio in uindictam mortis christi facta est et quantum
ad pacem internam conscientie. et quantum ad pacem supernam glorie
finaliter consequendam. sicut angeli clamauerunt in nati-
uitate christi credentibus affuturam lucem. gloria in altissimis
deo et in terra pax hominibus bone uoluntatis et cetera. et iusticia
tua sicut gurgites maris. i. ualde habundans quia iusticia
que est per fidem christi illa est iustitia habundans. et fuis-
set quasi arena semen tuum. i. filii tui et filie fuisset mul-
to plures quam sint quia in destructione ierusalem propter christi
mortem multi iudei fuerunt interfecti. uidelicet unde-
cies centum milia a principio obsidionis usque ad finem et in
captiuitatem ducti nonaginta septem milia ut dicit
egesippus illorum temporum historiographus libro. v. et stirps uen-
tris tui. i. filie et filii. ut lapilli eius. i. maris et est repe-
titio eiusdem sententie. uocantur enim hic semen filii et filie
omnes qui credidissent ad doctrinam iudeorum si fidem
christi recepissent. et non interisset et cetera. i. non fuisset
destructio iam dicta. ¶ Egredimini. Postquam ysaias
denuntiauit duplicem liberationem. scilicet per cyrum et per christum
hic consequenter describit utriusque liberationis modum et
primo primam. secundo secundam capitulo xlix. Circa primum dicitur egredi-
mini de babilone. quasi dicat propheta est destructio eius per cyrum et ex-
ercitum ipsius. fugite a caldeis. quia non solum ciuitas me-
tropolis fuit capta a cyro. sed etiam tota regio. In uoce
exultationis annuntiate. scilicet hanc destructionem applaudendo

destructio iudeorum propter mortem christi

diuine iustitie et etiam liberationem iudeorum que post hanc destructionem facta est per cyrum. dicite redemit dominus seruum suum iacob. hoc est in liberatione de captiuitate babilonis reducite etiam ad memoriam tamquam grati liberationem de seruitute egypti. non sitierunt in deserto. cum exirent de egypto per hoc non excluditur sitis generalis quia filii israel exeundo de egypto passi sunt sitim pluries in deserto ut patet exo. 15. et num. 20. sed excluditur sitis diuturna ad periculum mortis. et quia dominus subuenit eis. ideo subditur. aquam de petra produxit eis. ut patet exo. 17. et num. 20. non est pax impiis dicit dominus. quia quamuis dominus prestaret eis hec beneficia et plura alia fuerunt tamen isti mali in populo israel. contra dominum murmurantes qui mortui fuerunt vagabundi in deserto ut habetur num. 14. non enim potest illud de productione aque de petra exponi conuenienter de reditu captiuitatis babilonice quia non legitur tunc dominus talia fecisse et non est verisimile quod esdras et alii qui illum reditum descripserunt hoc tacuissent. et ideo melius exponitur modo dicto de reditu de egypto.

Audite XLIX

insule. Hic consequenter describitur modus salutis liberationis facte per christum. Sciendum tamen quod aliqui doctores catholici totum istud capitulum exponunt de liberatione facta per cyrum. sed istud non videtur verum quia populus de babilone rediens non fuit in tanta prosperitate qualiter describitur hic. ymo fuit in multa angustia et paupertate sicut dictum fuit supra 35. capitulo et in pluribus aliis locis. Propterea sic exponentes magis iudaizant quantum ad hoc quod doctores hebreorum antiqui qui aliqua dicta in hoc capitulo referunt ad tempus christi. sicut illud. dedi te in lucem gentium ut sit salus mea usque ad extremum terre. et per consequens alia que adnectuntur huic sententie consequenter vel antecedenter quod autem ita sit patet in glosa magna super genesim 49. capitulo ubi mouetur talis questio de messya. poterit ne dici quod redemptor dum venerit sit leuans facies id est acceptor personarum secundum modum loquendi hebraicum et respondetur ibi. absit. sed omnes confitentes ei corde et ore et operibus saluabit. sicut scriptum est iere. 23. In diebus illis saluabitur iuda. ac si dicat confitentes ei. et sic de ysaie 49. dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extremum terre. hec glosa. secundum omnes doctores catholicos et hebreos iere. 23. inducta in hac glosa intelligitur ad literam de christo ut plenius videbitur quando erit mihi dominus concederit et per consequens alia que adiunguntur de capitulo isto. dedi te in lucem etc. secundum auctorem vel auctores illius intelligitur ad literam de christo. Item act. 13. hec auctoritas dedi te in lucem etc. a paulo et barnaba inducitur tamquam ad literam de conuersione gentium ad fidem christi. Item Ra. Sa. dicit quod illud quod habetur versus finem huius capituli. nunquid tolletur a forti preda etc. intelligitur de esau per quem intelligit romanum imperium quod cum aliis iudeis expectat per messyam venturum liberari de seruitute in qua sunt et sic secundum eum referendum ad tempus christi. quod verum est. sed quod expectat futurum per ihesum nazarenum est impletum. propter quod dicit mat. 17. ergo filii sunt liberi et loquitur de tributo romano imperatori reddendo. Igitur exponendum capitulum secundum sensum huius in duas partes diuiditur quia primo ponitur modus saluationis. secundo tollitur motiuum desperationis ibi. et dixit syon. Prima in duas. quia primo ponitur saluatoris conditio. secundo subditur salutis operatio ibi. et ego dixi. Circa primum dicitur. audite insule etc. excitatur attentio ut per hoc designetur inuitande rei magnitudo. dominus ab utero vocauit me. hoc dicit in persona christi hominis de quo adhuc existente in utero matris dixit dominus per angelum suum ad ioseph. vocabis nomen eius ihesum ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. mat. 1. et posuit os meum quasi gladium acutum. in quo notatur efficacia verbi christi ad perscindendum vitia. In umbra manus sue. id est potentie sue protexit me. non enim fuit captus a iudeis nisi quando voluit et se obtulit. Jo. 18. dixi vobis quia ego sum. si ergo me queritis sinite hos abire. et posuit me sicut sagittam electam. In hebreo habetur claram id est limatam et per hoc intelligitur puritas et claritas doctrine christi. in pharetra sua id est in prouidentia abscondit me. usque ad tempus reuelationis mee. Et dixit mihi seruus meus es tu. ratione humanitatis in qua accepit formam serui. phil. 2. semetipsum exinaniuit formam serui accipiens etc. israel. sic vocatur christus quod de populo israel natus est ratione interpretationum quarum vna est videns deum. quia anima christi vidit diuinam essentiam ab instanti sue creationis. alia est interpretatio directus cum deo quod optime conuenit christo homini quia eius humanitas est instrumentum diuinitatis coniunctum et sic in omnibus motum secundum deitatis instinctum quia in te gloriabor. per miracula diuine potentie et excellentie demonstratiua. Et ego dixi. hic consequenter ponitur salutis operatio et primo respectu iudeorum. secundo respectu gentilium ibi. et glorificatus sum. Circa primum sciendum quod labores christi ieiunando vigilando docendo predicando et alia omnia erant ad nostram salutem ordinata. secundum quod dicitur ps. 73. operatus est salutem in medio terre. et quamuis principaliter missus fuerit ad predicandum iudeis in propria persona propter quod dicit mat. 15. non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. tamen pauci iudei comparatiue crediderunt et quantum ad illos dicit. in vacuum laboraui. propter incredulitatem iudeorum et ad idem facit quod sequitur. sine causa et vane fortitudinem meam consumpsi. licet enim mortuus fuerit in etate iuuenili tamen ex laboribus videbatur iam antiquus et in parte consumptus propter quod dixerunt ei iudei Jo. 8. quinquaginta annos nondum habes etc. ergo iudicium meum cum domino etc. quia ipse videt quod nichil omisi de contingentibus ad salutem iudeorum. formans me ex utero seruum sibi. quia ab instanti incarnationis fuit diuinitati corpus christi formatum et animatum et sic ex tunc perfectus fuit christus omnibus seruus et inclinatus. et reducam iacob ad eum id est populum israel descendentem a iacob. ad quem docendum fuit missus ut dictum est. et israel non congregabitur. in ouili domini per susceptionem fidei quia pro maiori parte remansit in infidelitate. sicut enim iacob et israel sunt duo nomina vnius persone gen. 32. ita sunt hic nomina vnius populi ab illo descendentis. potest etiam hec litera exponi ut quod dicitur hic ut reducam iacob ad eum intelligatur de illis qui crediderunt ex populo iudeorum. sicut fuerunt apostoli et alii discipuli multi ut habetur in actibus apostolorum. et quod subditur. israel autem non congregabitur. intelligitur de illis qui remanserunt increduli. Et glorificatus sum. hic consequenter describitur operatio salutis quantum ad gentiles qui fidem christi receperunt. Et diuiditur in duas partes quia primo describitur huius salutis operatio. secundo subditur gratiarum actio ibi. laudate celi. Circa primum dicitur in persona christi. et glorificatus sum. inter gentes credentes et glorificantes nomen meum quod factum est virtute dei. ideo subditur. et dixit parum est ut sis mihi seruus. in humanitate assumpta ad suscitandas tribus iacob de morte infidelitatis ad vitam fidei. secundum quod dicit abacuch 2. capitulo iustus autem ex fide viuit. et feces israel id est vitia conuertendas in virtutes. dedi te in lucem gentium. per susceptionem luminis fidei ut sis salus mea id est a me missa et data. usque ad extremum terre. et hoc modo dixit christus apostolis act. 1. eritis mihi testes in ierusalem et omni iudea et samaria et usque ad ultimum terre. hec dicit dominus. scilicet deus pater redemptor israel. quia dedit filium pro eius redemptione. sancto eius id est sanctificatori ipsius. ad contemptibilem animam. christum denominando a parte totum qui in humanitate assumpta contemptibilis apparuit infra 53. quasi absconditus vultus eius et despectus etc. et abhominatam gentem id est populum ethnicum quia supra modum abhominati sunt propter persecutiones iudeorum ut patet in actibus apostolorum in pluribus locis. similiter persecutores multi romani imperatores ut nero domicianus dyocletianus maximianus et multi alii eam totaliter exterminare querentes.

ad finem

ad fcuum dnorum .i. populum catholicum/ quia tunc xpiani fre
quenter condempnabantur ad metalla fodienda et alia
opa fuilia facienda. reges uidebunt miracula i uir
tutis xpi fienda p aplos et eorum successores. et consur
gent principes. ad statum fidei xpiane que maxie patuit
tpre constantini/ et adorabunt propter dnm. s. patrem/ qui fidel'
est mittendo mundo saluatorem sicut prius pmissa. et scum
isrl' .i. sanctificatorem eius. qui elegit te. s. xpm hoiem ad
opus redemptionis humane. hec dicit dns .i. deus pr. i tpre
placito .i. gre. audiui te. oms .n. oro xpi ad patrem fuit
exaudita que processit sm deliberatiuam uoluntatem. et in
die salutis .i. in die passionis qua opatus es salutem
in medio terre. auxiliatus sum tui. dando constantiam pa
tiendi. et seruaui te. recipiendo aiam tuam i morte et pre
seruando corpus a corruptione et dedi te in fedus populi ut p te deo
federaretur. ut suscitares terram .i. habitantes in terra a mor
te culpe ad uitam gre. et possideres hereditates dissipatas
.i. nationes gentium erroribus laceratas. ut diceres hiis qui
uincti sunt. consuetudine peccandi. exite. p ueritatem penie
et hiis qui in tenebris sunt. ignorantie. reuelamini. i ueri tatis
cognitione. super uias pascent. .i. i obseruatione mandatorum
et consiliorum et in omnibus planis .i. i sanctorum exemplis que sunt
ita plana que possunt ab omnibus uideri. pascua eorum. quia
magis edificant exempla quam uerba. non esurient neque sitient
etc. ex hoc patet quod non intelligitur de reditu captiuitatis ba
bilonice quia nunquam sic fuit impletum sed redemptione facta p
xpm que quidem habet effectum i consecutione uite bonorum ubi
nullum sentitur malum et habetur omne bonum ideo subditur. et ad
fontes aquarum potabit eos. p quod designatur quies
appetitus in bono adepto. et ponam omnes montes etc. per
hoc intelligitur remoto impedimentorum publicationis euan
gelii p discursum aplorum aliorumque discipulorum/ ut dictum
fuit supra .xl. capitulo. ideo subditur. ecce isti de longe uenient
.s. ad fidem p dictam predicationem. et ecce illi ab aquilone
etc. .i. de oi parte terre habitabilis aride et insularum maris
laudate celi. hic consequenter ponitur huius beneficii gratiarum actio
cum dicitur. laudate celi .i. angeli qui sunt ciues celi. et xpo
nato gratias agentes cantauerunt in altissimis deo etc. luc.
ii. et exulta terra .i. habitantes in terra quantum ad mino
res et mediocres. iubilate montes laudem. quantum ad ma
iores. quia consolatus est dns populum suum. p modum predictum
¶ Et dixit syon. hic consequenter tollitur metus desperationis
et primo respectu redemptionis fiende p cyrum. secundo secundum redemp
tionis fiende p xpm quia iste due simul tanguntur a pphe
ta ut dictum est supra. et ibi. leua in circuitu. Circa primum
dicit. et dixit syon .i. illi qui fuerunt habitatores syon.
dereliquit me dns etc. hoc dicebant iudei i babilo
nem ducti post destructionem ciuitatis et templi/ quod re
mouetur cum dicit. nunquid obliuisci potest etc. et patet littera. ecce
i manibus meis descripsi te .i. ita habeo te i memoria. sicut
illud quod tenetur manu. et muri tui. s. ciuitatis.
et templi. coram oculis meis semper. quia prouideo eorum
reparationem. uenerunt structores tui .i. cito uenient. s. zoro
babel et ihs filius iosedech ad reparationem templi seu re
edificationem et neemias ad reedificationem ciuitatis. de
struentes te .i. conantes destruere te a te exibunt.
quod patet impletum de samaritanis quos noluerunt reuersi de
captiuitate associare in templi reedificatione primo esdre
.iiii. et similiter de edificatione ciuitatis dixerunt eis neemi
e .ii. uobis non est pars et iustitia et memoria i ihrlm.
leua. hic remouetur metus desperationis secundum redemptionis fien
de p xpm. In primitiua .n. ecclia erant credentes pau
ci et de humili plebe et persecutionibus principum oppressi/ ut
patet in actibus aplorum. propter quod estimari posset de facili
quod totum cito deberet ad nichilari. et ideo denuntiatur ecce
primitie multiplicationem magnam fidelium/ et primo de
nuntiatur hec multiplicatio. et secundo remouet quedam ob
iectio ibi. nunquid tollet. ¶ Circa primum dicit. leua in circui
tu oculos tuos .i. ad omnes partes orbis. et uide. multi

plicationem populi ad te p fidem uenientis. omnes isti congre
gati sunt. in fide formata caritate. hiis omnibus uelut or
namento uestieris. multitudo .n. fidelium est ecclie orna
mentum. quia deserta tua/ et solitudines tue etc. sic uocat
terram iudee/ quia post passionem xpi a romanis fuit de
structa. nunc angusta erunt .i. omnes fideles non possent
ibi capi. propter quod apostoli aliique discipuli p maiori parte egre
si fuerunt inde ad alias partes mundi p dilatatione fidei. et
longe effugabuntur qui absorbebant te .i. nitebantur absorbe
re quia principes iudeorum qui conabantur ecclesiam nascentem
absorbere ut patet act. iiii. et .v. et .viii. et in pluribus aliis locis
p romanos postmodum fuerunt trucidati et postmodum captiuati. ad
huc dicent. in auribus tuis filii sterilitatis .i. paucitatis
fidelium. angustus est mihi locus etc. quia sicut dictum est ecclesia
erit p uniuersum orbem propter multiplicationem fidelium. et dices in
corde tuo. pre admiratione tante multiplicationis. transmigra
ta et captiuata. quia tpre persecutionis que facta est sub
stephano omnes fideles qui erant i ihrlm dispersi sunt
ad alias regiones preter aplos act. viii. illi etiam qui po
terant capi trahebantur ad carceres ut captiui act. ix.
et modus huius multiplicationis ostenditur cum subditur. hec dicit
dns deus. ecce leuabo ad gentes. q. d. non fiet uirtute huma
na sed diuina. manum meam. i operibus miraculosis/ quibus uisis
gentiles conuertebantur. et exaltabo ad populos signum me
um .i. signum crucis. et afferent filios suos etc. quia se et
plebem suam afferebant aplis aliisque discipulis ut fierent
filii ecclie p susceptionem sacri baptismatis. et erunt reges
nutricii tui etc. hoc patet impletum i multis regibus et reginis
qui fidem catholicam suscipientes pascebant pauperes fi
deles. uultu in terram demisso adorabunt te .i. habebunt
te in maxima reuerentia/ quod patet impletum tpre constantini et
aliorum regum xpianorum. et scies quia ego dns. p ex
perientiam mei boni. super quod non confundentur etc. quia fi
naliter consequuntur expectata. Nunquid tolletur. hic re
mouet obiectionem que posset fieri/ et primo ponit eam di
cens. nunquid tolletur a forti preda etc. tanta .n. erat potestas prin
cipum iudeorum in primitiua ecclia quia primo conati sunt eam
absorbere et multo maior imperatorum romanorum qui postea
idem attemptauerunt ut supra dictum est quod non uidebatur posse
ecclesiam erui de manibus eorum. et p fortem hic intelligitur
potestas iudeorum. p robustum potestas romanorum. ¶ Consequenter re
mouet hanc obiectionem d. equidem et captiuitas a for
ti tolletur. quia in utraque persecutione non solum ecclia
fuit saluata. sed etiam mirabiliter multiplicata. eos uero
.i. iudeos et romanos. qui iudicauerunt te iniuste. ego iu
dicabo. inferendo penam debitam p peccato. ideo subditur. et ci
babo hostes tuos carnibus suis etc. .i. istos satiabo de carni
bus illorum/ qui romani multum sanguinem effuderunt. iudei
etiam inter se multa bella intrinseca tunc tpris habuerunt
ut dicit iosephus. multi etiam imperatores romani
persequentes ecclesiam p senatum ad mortem condempnati sunt
ut patet de nerone qui primam mouit persecutionem et de domi
tiano qui mouit secundam. et sciet omnis caro .i. scire poterit
omnis homo. quia ego dns saluans te. tantas .n. persecutiones
sustinuit ecclia quod quilibet ronabiliter potest scire quod stetit sola
uirtute diuina. et redemptor tuus. proprio sanguine. fortis
iacob .i. fortis supplantator dyaboli/ et sic iacob est nomen
tuum commune. uel fortis ad deffendendum populum meum catholi
cum/ et sic iacob est genitiui casus uel datiui/ nomina enim iacob
et isrl' translata sunt ad populum catholicum ut ostensum est
supra .xx. capitulo. Capitulum

Hec dicit LI

dns. Superius denuntiatum est populi liberatio
hic ponitur impedimenti remotio. Et diuiditur
in tres partes sm triplex impedimentum. secunda incipit. li. capitulo
tertia lii. ¶ Circa primum sciendum quod impedimentum sic excluditur
ex parte dei/ quod economiso concluditur ex parte populi increduli. di

diuiditur in tres ptes · quia pmo excludit impedimetu
2o declarat ppositu ibi · ecce i increpatoe · Tercio cocludit
incredulo[rum] interitu · ibi · ecce · Impedimetu aute
posset ee ex pte saluatoris tripliciter · ut pote si eet
nolens aut nesciens aut ipotens ad saluad · et ideo
pmo excludit ab eo deffectu uolutatis cu di · hec dicit
dns saluator · n ihs xs alloques iudeos icredulos
quis e hic liber repudij · rc · q · d · no potestis ondere
q ego dimiserim synagoga mea uiia ppt odiu · Sic
ut ueteri lege uir dimittebat uxore roe odij · uel etiam
ppter lucru meu · Ideo sbditur · aut quis e creditor meus
cui credidi uos a me alienado · et io com ueri ipedi
mentu cocludit contra incredulos · ecce · n · i iniqtatib
uris · i · p iniquitatibus uris venditi estis in suos et a
cillas a romanis · et in scelerib uris dimisi matrem
uram · synagoga · Sciend q scelus ppe accipiendo e
pctm contra deu · Iniqtas aut contra primu eo q
sit cotra equitate iustie · Iudei aut pmo peccauit cot
xpm ut pr inmu dicentes · ecce ho uorax et potator vi
ni · rc · et iteru qn pditoe emerut ipm ut morti tra
derent · sm huanitate quia diuinitas mori no potat
· et ppter hoc uediti fuerut in suos et ancillas i tatu
q non defuerut aliqui uedentes qui xxx p vno nimis
mare darent · ut dicit hugo floriacensis · sicut eos xpm
xxx · denarius emerant · peccauerut etia i xpm inqntu
deu · opa miraculosa deitatis ostensiua demoib attribu
entes luce · xi · In belzebub pncipe demonio[rum] eicit demo
nia · 2o remouetur impedimetu ignoratie cu di · q[uia] veni
in huanitate pfecta sciis et uirtutib plenus · et non
erat uir · quia pauci uirtute opus xpi imitabantur
vocaui · p predicatione clara et efficace · et non erat
qui audiret · cum effectu · quia pauci copatiue credi
derunt ei · Tercio remouetur impedimentu ipotetie
cu di · nqd abreuiata · rc · q · d · et pz lra · Ecce i icre
patone · hic cnter declarantur pposita et pmo pmu h
declarato · 2o soluitur quedam obiecto ibi · iuxta e · decla
rato uero pmu pmo qntu ad exclusione ipotetie cu
di · ecce in increpatoe mea · i · in uerbo meo · desertu facia
am mare · i · siccu · possu facere cu uoluero sicut feci
in exitu de egypto · Induam celos tenebris · sic eu
fecit tpe sue passionis · et saccu ponam opimetu eo
ru · i · nigredine · 2o declaratur ppositu quantu ad
exclusione ignoratie cu di · dns dedit michi lingua
erudita · i · loquete ex interiori cognitione quia hu
initas xpi fuit plena omibs sciis et uirtutib · ut scia
sustentare eu qui lassus e · Sic e in hebreo et in libris
correctis · i · monere eu ad tolleratia pacie · Verbo · pre
dicationis mee · et quia in xpo est scia duplex · Vna di
uina et eterna alia tpalis et huana · et utraqz e a pre
i filio sm duplice natura · Ideo sbditur · erigit mane ma
ne erigit in aurem · ita q pmu mane accipit p eter
nitate in qua filius ht sciam diuina a pre · et sm p[ro]
instanti incarnatois in quo huit scia ifusa · Tercio
declaratur ppositu qntu ad exclusione imitetie ex
pte uoluntatis p hoc q saluator ihs xs ex maxima ca
ritate sustinuit passiones uilas p hoib cu di · dns
deus · s · pr · apuit in aure · insinuando in futura pro
pplo passione mea · ego aut non contradico · vnde
dixit · fiat uoluntas tua · as · xxvi · loquiens de passioe
sua · retrorsu no abij · vnde querentib ipm ad morte
abiit obuia · Io · xviij · corp meu dedi pcutientib · ut pz
in euuagelijs · et genas uellentib · licet non sit scrip
tum in euuagelijs q uellerent eius barba · tame pa
ratus fuit hoc sustinere sicut et alia maiora · et forsita
sustinuit quia non oma st scripta · · facie mea no auerti
hoc pz in euuagelijs · dns deus · s · pater · auxiliator meus ·
prebens in uoluntate et constantia paciendi · et io no
sum confusus · quia p passione suam trasiit ad gliam sue
resurrectionis · corp etiam eius mortuu fuit honorifice

pultu · Ideo posui ac · et me exposui ad sustinedu
quecuqz aspera · Iuxta est · hic soluitur quedam obiec
to · iudei · n · dixerut xpo · Io · viij · tu de te ipo testimoniu
phibes testimoniu tuu no e vm · et saluator rndit
testimoniu phibet de me qui meu e pr · et ista resp
sio pmissa in spu sco ponitur hic cu di · iuxta e qui iusti
ficat me · s · pater qui di ee iuxta filiu ppter vnitate esse
ncie et distinctoe p · iustificauit aute filiu faciedo opa
diuina p ipm · ppter q ibidem dicit saluator · Io · x · opera q
ego facio in noie pris mei illa testimoniu phibent de me
quis cotradicet m · sm veritate · q · d · nullus uerum · xus · n · freq
ter legitur imposuisse iudeis silenciu ppter iuuasiones
derunt · ecce dns deus auxiliator meus · in mea passione
modo predicto · quis est qui condepnet me · s · iuste · q · d ·
nullus · fuit · n · in iuste ad morte condepnatus pmo p sa
cerdotes · pstea p pilatu · s ex hoc apportauit extermi
niu · quia pilatus p tyberiu ipatore fuit missus i exi
liu et ibi ignominiose mortuus et sacerdotes p tytum
fuerut interfecti in destructoe tepli · dixit · n · iustu ee
sacerdotes cu teplo perire · io sbdit · ecce oms qi uesti
mentu conterentur · qntu ad mortuos in exilio · tynea comedet
eos · qntu ad interfectos gladio · sicut tynea cosumit
uestimetu quadam uiolecia · Quis ex uob · hic ostdit
excludit incredulo[rum] interitu et pmo arguit eo[rum]
culpam · d · quis ex uobis times dnm audiens uoce
serui sui · i · xpi roe forme serui assupte · quis ambula
uit in tenebris · s · ignorancie · et non e lumen ei · sic cre
didit uob xpi · q · d · nullus · io sbditur · speret i noie dni
· s · quilz fidelis · 2o subiugit pena cu di · ecce uos omes ac
cendetes igne · i · ex incredulitate ura mereimini q suc
cendamini cu ciuitate et regione ura et sic fuit fac
tu p exercitu romano[rum] et quia factu e hoc sm ordine
diuine iustie sbditur de manu mea factu e · dormietis i
doloribus · i · moriemini · nuqa · n · ppls iudaycus tot et tantos
dolores sustinuit sicut in obsidione et destructoe ihrlz
p tytum ut pz p Josephu li · de iudayco bello et alios
hystoriographos illius tpris vicinos ·

Audite me LI

A hic remouetur 3m ipedimetu ex dila
tone pmissi · ex hoc · n · q liberatio p xpm
fienda tantu differebatur estimabant aliqui iudei q
illa liberatio nulla eet · Ideo hoc remouet in hoc ca
· et pmo cofertur spes assequedi pmissu · 2o affertur ti
mor circa malu pene huic liberatoi anexu ibi au
dite me · pmu facit dupl · s · exeplo et ubo · scda i
attendite ad me · Circa pmu sciend q abrahe fca fuit
pmissio de obtentu terre chanaa gen · xv · et tamen
ista pmissio no fuit ipleta tunc · s p quadrigetos anos
ut ht ibidem · tamen finaliter fuit ipleta ppter fide abra
he et sare que eadem fidei fuit · et ex hoc cocludit q di
lato aduetus xpi non debuit iudeis diffidecia inducere
· pmo igr circa hoc ponit exeplu cu di · attendite ad
petra · rc · et uocatur abraha petra ppter fidei firmi
tate · quia vnu uocaui eu · i · solu sine prole · et benedixi
ei · bona tpalia et spualia · et multiplicaui eu i mul
titudine pplo[rum] · p ysaac ysmaele et alios filios eius
· Com concluditur intetu · s · de cosolatoe ppli p xpm
cu di · consolabitur ergo dns syon · i · ecclia que uocatur
syon eo q ibi incepit ut dictu e supra 2o ca et pluri
bus aliis locis · et consolabitur · omes ruinas eius ex
diuis erroribus ortas in pplo iudeo[rum] ex mala doctrina doc
toru quos arguit xs p sua doctrina ppter q dixit
saluator de eis · as · xv · ceci sut et duces cecoru · et
ponet desertu eius qi delicias · quia iudea bonis spualibus
erat deserta · s p xpm fuit ipleta potissime p infusione
spus sancti sup credentes in signo visibili · actuu · ij · et i
pluribus aliis locis · gaudiu et letitia · rc · quia spu sco

replen

repleti loquebantur magnalia dei. letantur maiestate et constancie. Attendite. Com removetur dictum verbo. et primo removetur impedimentum. secundo confirmatur dictum ibi levate. removetur autem impedimentum in hoc quod asseritur adventus christi de propinquo et primo excitatur attentio cum dicit. attendite etc. quia innuitur res magna et ardua scilicet lex evangelium cum dicit. quia lex a me exiet. et quod de lege christi intelligatur patet cum dicit. et iudicium meum scilicet secundum legem meam. in lucem populorum requiescet quod non potest intelligi de lege mosaica que fuit data uni populo tantum. sed lex christi diffusa est per orbem universum. Rabbi Salomon etiam dicit hic quod istud erit quando dictum sophonie implebitur. iii. capitulo ubi dicit dominus. tunc reddam populis meis labium electum ut invocent omnes in nomine domini et serviant humero uno. quod secundum omnes expositores catholicos et hebreos refertur ad tempus christi. ex hoc patet quod aliqui doctores catholici magis iudaizant hic quantum ad hoc quod hebrei exponentes quod dicit hic. quia lex a me exiet etc. dicendo quod intelligitur de edicto cyri per totum suum imperium publicato scilicet quod iudei redirent libere in terram suam. Com exprimitur legislator cum dicit. prope est iustus meus. id est christus qui dicitur iustus absolute et anthonomastice, eo quod non solum est iustus formaliter ut alii. sed etiam effective alios iustificando. et brachia mea populos iudicabunt. id est apostoli qui dicuntur brachia corporis ecclesie. sicut et christus caput quibus dicitur matthei 19. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes iudicantes duodecim tribus israel. me insule. id est gentiles ut dicunt etiam hebrei. expectabunt. sicut dicitur genesis xlix. et ipse erit expectatio gentium. et brachium meum. id est christum qui brachium domini dicitur ysaie liii. ut videbitur. sustinebunt. legem eius recipiendo. levate. hic autem ponitur confirmatio dicti per stabilitatem ipsius cum dicit. levate in celum etc. id est considerate instabilitatem superiorum et inferiorum corporum quia celi sicut fumus liquescent. adventum enim christi ad iudicium precedet ignis conflagrationis purgans celum aereum et terram. Vel si intelligatur de celo sydereo per hanc liquefactionem intelligitur cessatio a motu qui cessabit in finali iudicio. et habitatores eius sicut hec interibunt quia in igne conflagrationis morientur omnes qui tunc vivi reperientur. salus autem mea. id est christus. similiter qui propter excellentiam iustitie non solum dicitur iustus in concreto sed etiam iustitia in abstracto. audite me. hic autem tollit timorem mali annexi receptioni enim fidei christi annexa erat passio mali pene propter quod salvator dicebat apostolis et per eos fidelibus aliis. Io. xvi. venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo et hoc patuit in persecutionibus ecclesie primitive et in persecutione antichristi magis apparebit. primo igitur tollitur timor persequentium generaliter. secundo antichristi specialiter ibi. quis tu ut timeas etc. primo autem timor aufertur per hoc quod ille persecutiones ostenduntur parve et breves etc. et consolatio futura est perpetua. Ideo dicit. audite me qui scitis iustum. id est christum per fidem cognoscentes. lex mea scilicet evangelica ut declaratum est supra in corde eorum. radicata et firmata. nolite timere opprobrium hominum propter christum sed magis gaudete quod fuit impletum actuum v. ibi apostoli gaudentes a conspectu concilii quia digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati et idem apparuit et apparet in multis sanctis. sicut enim vestimentum etc. id est cito morientur persecutores et rodent eos vermes. salus autem mea. id est christus. in sempiternum erit. salvans fideles suos salute eterna. et ideo adventum eius desiderans ysaias propheta orando exclamat. Consurge consurge et et induere fortitudinem. ad salvandum populum suum. et ad hoc adducit exemplum preteritorum temporum. dicens. numquid non tu percussisti superbum etc. id est pharaonem qui superbivit contra dominum. dicens. nescio dominum et israel non dimittam exodi v. dicitur etiam dracho propter maliciam qua filios israel opprimebat

in rubro mari. primo. propter quod dicitur de pharaone eze. xxix. dracho magne qui cubas in medio fluminum. numquid non tu siccasti mare etc. ut habetur exodi xiv. et nunc. id est per gratiam redempti sunt a domino ihesu christo revertentur ad unitatem fidei et ecclesie. et venient in syon. id est ad sanctam ecclesiam que figuratur in syon ut predictum est. potest etiam hic per syon intelligi ecclesia triumphans que vocatur syon in pluribus locis scripture. Unde hebreorum xii. accessistis ad syon montem et civitatem dei viventis ihesusalem celestem et multorum milium angelorum frequentiam ad quam veniunt fideles christi post hanc vitam et huic sensui concordat littera sequens. et leticia sempiterna super capita eorum. que non potest haberi in hac vita. ideo subditur. ego ego ipse. et non alius consolabor vos consolatione eterna que a solo deo potest haberi. hic autem amovetur timor antichristi et hoc sapientius ... sunt ponitur ibi ego autem. prima autem ... ... quia licet persecutio autem ... ... de gravis tamen erit brevis tempore propter quod ... ... vii. matthei xxiv. nisi breviati fuissent dies illi ... ... ut timeas. et alloquitur quemlibet fidelem futurum tempore antichristi qui cum sit regeneratus in christo non debet timere persecutorem antichristi timore deiiciente a bono. ab homine mortali. antichristus enim erit homo purus et cito morietur post occisionem duorum. ideo subditur. qui quasi fenum ita arescet. fenum enim crescens in virore si superveniat estus inmoderatus facit ipsum arescere. sic antichristus existens in sua prosperitate interficietur a deo repente. et oblitus es domini factoris tui. hoc dicit pro illis qui cadent a fide vel constantia morum timore antichristi. Ideo subditur. et formidasti iugiter. id est nimis diu et irrationabiliter a facie furoris eius qui te tribulabat. tunc enim erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi. matthei xxiv. et paraverat ad perdendum. disponet enim antichristus totaliter exterminare populum christianum. cito veniet. id est velociter aggredietur sue prosperitatis. gradiens ad aperiendum. suum pessimum intentum contra christum. In hebreo habetur. ad laxandum quod exponit Rabbi Salomon de laxatione seu defectu virtutis. licet ad alium intellectum. per hoc igitur secundum intellectum nostrum designatur quod sicut prosperitas antichristi cito ascendet. ita cito deficiet. ideo subditur. et non interficiet usque ad internitionem scilicet christianos morte repentina preventos. In hebreo habetur. et non morietur in interfectione. id est humano gladio. nec deficiet panis eius. id est non morietur fame sicut nec gladio. sed dominus noster ihesus christus illum secundum quod dicitur secunda ad thessalonicenses ii. quem dominus ihesus christus interficiet spiritu oris etc. Ego autem sum. hic ponitur secunda ratio ad tollendum timorem antichristi et accipitur ex consolatione fidelium illam persecutionem sequente propter quod est nimius timendum et quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. ideo primo ponitur magnitudo tribulationis precedentis. secundo subditur consolationis sequentis magnitudo ibi. ideo tecum audi. Circa primum deus pater alloquitur filium qui deiciet antichristum et consolabitur populum suum cum dicit. ego autem sum dominus deus tuus. ratione humanitatis tue a me create. qui conturbo mare etc. id est facio tribulationes in mundo venire secundum ordinem sapientie mee et iustitie. posui verba mea in ore tuo. ad annunciandum evangelium. propter quod dicit christus Io. vii. mea doctrina non est mea. sed eius qui misit me. et in umbra manus mee protexi te. iudeis volentibus te occidere quod tamen non permisi fieri ante completam doctrine tue. ideo subditur. et plantes celos. id est homines contemplativos. et fundes terram. id est activos. utramque enim vitam predicavit et contemplativam et activam. et dicas ad syon. id est ecclesiam. populus meus es tu. per susceptionem baptismi. ex hoc patet quod verba ista non sunt ipsius dei ad ysayam ut aliqui exponunt. quia populus syon numquam fuit sibi divino ysaie. et quod verba ... ... ecclesie in antichristi persecutione subditur. elevare elevare ... spirituali ad pacem quantum ad omnes qui illa erunt ... ... ecclesie. elevare de culpa ad gratiam quantum ad penitentes qui timore antichristi ceciderant. consurge ... ... primum a christo veniente ad iudicium ... ... nibus dictis supra. que bibisti de manu domini calicem irae eius.

premissione et ordinatione. saluetur ne et⁹. In persecutione an
tixpi. usq3 ad finem in mundis. q̄ p hoc designat mag
nitudo tribulationis future antix tpe. sciendum tn̄ q̄ h
[illegible] hic accipitur exclusiue quia finis⁹ ... anti
xpi ... eius ... relinquitur ut uidebitur p ea. no
est qui suscipiat eam. q̄ quia nulla de principibus xpi
[illegible] se opponere uel resistere poterit antixpo
[illegible] idem fuit quod sequitur. et no e qui appre
hendat manum eius. ad educendum eam de tribulatione. licet
enim [illegible] et helyas tunc se opponant antixpo. tamen
[illegible] ab eo. duo sunt .s. mala pene. que ac
[illegible] quis contri
[illegible] .q.d. nulli aut pauci. et illud reu
[illegible] quod predictum est. non est qui sustentet
[illegible] sunt duo mala pene predicta sub
[illegible] exponendo aut sequitur. et fa
[illegible] .i. fames p quia posita e contritio. in
[illegible] sunt tamen duo
[illegible] quis consolabitur te. q.d. pauci aut nulli. et
[illegible] filii tui. qui te possent consolari. pro
iecti sunt mortui [illegible] dormierunt. sopiti mort
In capite omnium uiarum carentes sepultura. sicut orix
[illegible] est immundus ut habetur de u[illegible] et dormiat orix
[illegible] plenum indignatione dni. hoc dicit secundum estimationem hoim
quia tribulatio antixpi principaliter ordinabitur ad purgationem
et meritum electorum. q[illegible] tunc estiment homines iudicium
dei contra eos esse offensum. Ideo. hic ponitur
sequens consolatio cum dicitur ideo audi hec paupercula .i. ec
clesia tunc depauperata per antixpm eius diuitias accep
turum. et ebria .i. plena. et non a vino .s. a tribulationis
tormento. hoc dicit [illegible] de potestate saluandi p
dictam. hec dicit dominator tuus ad te consolandum. qui pug
nauit p populo suo. in crucis ligno p humanitate assumpta. ec
ce tuli de manu tua calicem soporis .i. penam tribulationis. fu
dum [illegible] indignationis mee. de manu tua abstuli. no
adicies ut bibas illum ultra. quia tribulatio ecclesie tem
pore antixpi erit ultima. et ponam illum .i. fundum [illegible]
[illegible] in manu eorum qui te humiliauerunt .s. antixpi et
satellitum eius. et dixerunt anime tue .i. tibi. incuruare ut
transeamus super terram. [illegible] antix erit totaliter
[illegible] ecclesiam. et posuisti ut terram corpus tuum. q̄
corpora fidelium occisorum tunc remanebunt sup terram
insepulta ut dicitur [illegible] et bestie poterunt su
per ea transire.

Consurge LII

Aliqui expositores catholici exponunt is
tud capitulum de liberatione populi iudaici de baby
lone facta p cyrum de qua frequenter supra dictum est.
saluo meliori iudicio non videtur hoc conuenienter dictum
quia paulus aplus in lege et prophetis humanitate edoctus
et a spiritu sancto plenus illud quod hic in hoc capitulo q̄ pul
cri super montes pedes euangelizantis et predicantis pacem
[illegible] allegat hoc dictum de predicatione euangelii. Ro. x. et
[illegible] non videtur conuenienter exponi de nunciis cyri missis
[illegible] ad publicandum edictum de licentia da
[illegible] ut isti exponunt. Ra. sa.
super illud capitulum dicit q̄ iste consolationes ultime .s. po
[illegible] usq3 ad finem libri non dicuntur nisi super cap
[illegible] edom per quem intelligit romanum imperium quod
[illegible] in ista captiuitate in qua sunt a qua libera
[illegible] p regem messiam. et sic secundum eum hoc capitulum
[illegible] de spe xpi. et in hoc uerum dicit licet errat exp
[illegible] futurum quod iam e preteritum. Igitur secundo sensum
aplus exponitur. Ra. sa. in hoc quod continet [illegible] pot co
[illegible] q̄ in hoc capitulo remouet terram impedimentum h
[illegible] p xpm [illegible] ad incredulos quod prin
[illegible] ex contemptu humilitatis xpi. principes .n. sacerdotum

et scribe de aduentu xpi nimis carnaliter sapientes
expectabant eum temporaliter regnaturum et dominium a roma
nis ablaturum. et ideo cum viderent eum humilem abiectum et
pauperem et contemptum terrenorum docentem contempserunt eum et
sic fuerunt ceciati et fructu sue redemptionis priuati. et hoc
iuste quia aduentus eius fuerat prenunciatus in paupertate. za
charie. ix. ecce rex tuus uenit tibi iustus et saluator et ipse
pauper q̄ secundum omnes doctores hebreos de aduentu xpi in
telligitur. hoc igitur impedimentum remouet hic ostendendo q̄ hu
miliatio xpi fuit disposita ad gloriam. sicut quod dicit phil. ii. hu
miliauit se met ipsum factus obediens usq3 ad mortem. autem
crucis. propter q̄ et deus exaltauit illum. et no solum post
mortem fuit glorificatus .s. etiam ante in operibus miraculosis ad
declarationem sue diuinitatis. propter q̄ xpo petenti io. xii. cla
rifica me pater. responsum fuit clarificaui et iterum clarifi
cabo .i. clarificaui te in miraculis et iterum clarificabo
p gloriam resurrectionis et sic e in corpore mistico xpi quod
est ecclesia quia post passiones eius p iudeos et tyra
nos eleuata est in magna gloria etiam temporaliter et in
ipsis de passionibus fuit multum eleuata spiritualiter in recep
tione spiritus sancti et in miraculis que fiebant p apostolos
et alios sanctos in noie xpi ut patet in actibus apostolorum
in pluribus locis et in sanctorum legendis. Secundum hoc igitur
presens capitulum in duas partes diuiditur quia primo ostendit
propositum in mistico corpore xpi. secundo in ipso capite ibi. ecce
intelliget. prima in duas quia primo describitur ecclesie de
presse sublimatio. secundo eius dilatatio ibi q̄ pulcri. prima in
duas quia primo ostendit propositum. secundo adducit exemplum ibi
quia hec dicit. Circa primum propheta alloquitur ecclesiam primi
tiuam .d. consurge consurge. ad opera uirtutum et duplicat
hoc consurge. ad maiorem excitationem. induere fortitudine
tua syon. ad tollerandum constanter aduersa. quia ante
post ascensionem xpi ad celos facta e persecutio magna in
ecclesia act. viii. et post ea rome p neronem et alios plures
persecutores ecclesie. et quia post persecutiones secuta e pax
et honor ideo sequitur. induere uestimentis glorie tue. et
hoc fuit impletum tempore constantini imperatoris qui pacem ec
clesie [illegible] dedit. et [illegible] eam honorauit
quia no adiciet ultra ut pertranseat per te. sic te calcan
do et uilificando. incircumcisus .i. persecutor gentilis. et in
mundus .i. persecutor iudeus. Si aut contra hoc obiciat
q̄ post mortem constantini licinius persecutus e ecclesiam et post
ea iulianus apostata. dicendum q̄ ille persecutiones no
fuerunt tante q̄ deicerent ecclesiam ab honore, nec diu
durauerunt. licinius .n. in bello fuit deuictus et apud thes
salonicam capite truncatus. iulianus etiam a percussore a suo
merito fuit [illegible]. pot etiam dici q̄ illa dictio ultra
no importat [illegible] ad tempus [illegible] duratio tpis det
minata et aliquando non multum longa sicut dictum fuit
plenius supra. secundo capitulo. toto aut tempore constantini post e
baptismum uniuersalis ecclesia fuit in pace et honore. excutere
de puluere .i. de precedenti abiectione. ul de puluere. ad
literam. quia multi xpiani fuerant condempnati ad fodie
dum et deportandum harenam unde puluerizabant, qui
omnes fuerunt absoluti de mandato constantini. sede ihrlm
in sede honoris. q̄ tunc fuit impletum quando roma q̄ erat
caput mundi facta e sedes summi pontificis p constantinum
sede imperiali translata apud constantinopolim. solue vin
cula colli tui. quia omnes xpiani in diuersis partibus orbis
incarcerati p constantinum fuerunt liberati. gratis ue
nundati estis .i. sine causa deputati operibus seruilibus. et sine
argento redimemini. quia constantinus no accepit inde
pecuniam .s. magis eorum pecunias suas distribuit pauperibus
ad edificationem ecclesiarum et sustentationem ministrorum. Quia
hec dicit. hic adducit exemplum ad propositum et ponit
hic duplex exemplum. primum e de descensu populi isrl
in egyptum cum dicit. in egyptum descendit populus meus
in principio. de quo descensu habetur gen. xlvi. ut colon
eet ibi .i. habitator ad euitandum famis periculum sed

p̄ea fuit ibi ualde

postea fuit ibi multu~ depressus et afflictus / sed d~ns liberauit eum / ista tamen liberatio hic non exprimit~ quia erat nota et famosa / et ideo satis datur intelligi per hoc quod des-census in egyptum tangit~ et idem dicendum de secundo ex-cidio subditur et assur .i. rex assiriorum . absque ulla causa ca-lumpniatus est eum . tamen d~ns mirabiliter liberauit ipsum tempore ezechie ut habetur .4. Reg. Consequenter applicantur exempla ad propositum cum dicitur . et nunc quid mihi hic .i. in persecutione ecclesie . quasi dicat . decet me eam liberare / et subditur causa . quoniam ablatus est populus meus gratis . quia in primitiua ecclesia multi fue-runt ablati per occisionem de presenti uita et multi de locis suis per incarcerationes et exilia . dominatores eius inique agunt . quia iudei sub quorum dominio primo fuit ecclesia in ierusalem et iudea inique tractauerunt populum christianum et post ea imperatores romani et eorum prefecti . et iugiter to-ta die nomen meum blasphematur . scilicet nomen christi qui ab infidelibus magus et deceptor esse dicebatur . propter hoc .i. propter iniurias dictas . sciet populus meus . scilicet christianus . nomen meum .i. efficaciam nominis mei per experienciam sue salutis . sicut uocor ihesus .i. salus uel saluator . in die illa . scilicet nota-bili et famosa constantinus recepit baptisma . quia ego ipse qui loquebar . in humanitate assumpta . discipulis me-is . ecce assum . per saluationis effectum . et etiam in persona propria quia constantinus de baptismo surgens confessus est se uidisse ihesum christum ¶ Quam pulchri . hic consequenter describitur ecclesie dilatatio per predicationem apostolorum aliorumque discipulorum cum dicitur . quam pulchri .i. ualde pulchri . super montes .i. ter-renos principes fidem christi recipientes ad predicationem predicatorum . annunciantis et predicantis pacem .i. legem euuangelicam que est lex pacis et amoris . posset etiam hec littera exponi de nunciis constantini missis per orbem ad de-nunciandum ecclesie pacem . sed prima expositio magis consonat dictis apostoli ut supra dictum est / et etiam littere sequenti in qua subditur . dicentis syon regnabit deus tuus . apostoli enim et alii predicatores ecclesie predicauerunt et predicant regnum christi . propter quod dicitur . mat. 24 . et predicabitur hoc euuangelium regni etc. unde in fine legendarum sanctorum communiter ponitur re-gnante domino nostro ihesu christo etc. uox speculatorum tuorum .i. prelatorum secundum quod dicitur . eze. iii . speculatorem dedi te domui israel . leuauerunt uocem . constanter predicando simul laudabunt te . concorditer gratias agendo . quia oculo ad oculum uidebunt .i. sensibiliter . cum conuer-terit d~ns syon . uidentes multitudinem gentium conuer-sam ad christum et hoc fuit impletum tempore constantini anno 2 quo baptizatus fuit tanta multitudo credidit ut ad xii milia ex apostolis baptizandi ascribebantur ut habetur in ge-stis sancti siluestri absque mulieribus et paruulis . ideo sub-ditur . gaudete et laudate simul deserta ierusalem .i. loca s~ uicinia christi dedicata que ante tempus constantini ita fuerunt deserta quia nullus christianus nisi furtim audebat accedere . sed constantinus per totum orbem iussit ea apperi-ri et a fidelibus frequentari et alia de nouo hedificari . parauit d~ns brachium sanctum suum .i. filium qui dicitur uirtus patris . prima ad cor. i . predicamus christum dei uirtutem etc. et sic dicitur brachium domini / eo modo loquendi quo praxis se-cularis dicitur brachium seculare . in oculis gentium . quia pre-dicatores a tempore constantini libere potuerunt ibidem discurrere / et nisi ualde exemplo imperatoris excitati fue-runt ad fidem christi gentilitate relicta ideo subditur . recedi-te recedite . de cultu ydolatrie . pollutum nolite tangere .i. nolite extendere manus uestras ad opera prauorum . et quia mi-nistri ecclesie debent esse mundiores aliis . ideo sequitur . mun-damini qui fertis uasa domini .i. qui estis deputati ad cul-tum dei / sicut leuite in ueteri testamento qui portabant uasa cultus tabernaculi . quoniam in tumultu exibitis .i. per uiolenciam armorum quod dicitur propter multos confessores et ministros dei incarceratos quos constantinus libere ab-soluit . nec in fuga properabitis . carceres frangendo et ide-

fugiendo . precedet enim uos d~ns . per constantinum liberan-do . et congregabit uos deus israel . cum fidelibus aliis ad lau-dandum deum in ecclesiis ¶ Ecce intelliget . hic ostendit~ pro-missum in capite nostro ihesu christo qui fuit humiliatus et exalta-tus ut supra dictum est / et utrumque mirum ponitur cum dicitur . ecce intelliget seruus meus . quia habet scientiam diuinam ab eter-no et humanam ex tempore / et quod intelligatur de christo ad lit-teram patet per translationem caldaycam que dicitur targum apud he-breos et tante auctoritatis est apud eos quod nullus ausus fuit contradicere / que talis est hic . ecce prosperabitur seruus meus messyas . propter quod antiqui hebrei ab isto loco usque ad finem liii capituli exposuerunt ad litteram de persona christi . et exaltabitur . ad unitatem suppositi diuini . uel aliter exaltabitur . in sua resurrectione . et eleuabitur in sua ascensione . et sublimis erit ualde . sedens ad de-xteram dei patris marci ultimo . et d~ns quidem ihesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet a dextris dei . Sicut obstupuerunt multi super te . uidentes miracula ante passionem facta . math. viii . porro homines mirati sunt dicentes qualis est hic quia uenti et mare obedi-unt ei / et similiter doctrinam christi audiendo mirabiliter con-firmatam . math. vii . admirabantur turbe super doctrina eius erat enim docens sicut potestatem habens . sic inglorius .i. uilis passus . erit inter uiros aspectus eius . quoniam fuit con-sputus et colaphis cesus . iste asperget gentes mul-tas .i. mundabit suo sanguine et baptismate . super ipsum continebunt reges os suum quod iudem impletum in regibus ad fidem conuersis qui non solum continent ora propria a blasphemiis sed faciunt etiam suos subditos continere blasphemos puniendo quia quibus non est narratum de eo uiderunt . credendo et isti sunt gentiles ad quos prophete missi non fuerunt . neque audierunt . ipsum personaliter predicantem . sicut iudei . propter quod dicit saluator math. xv . non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel scilicet ad predicandum in propria persona .

Quis credidit. LIII

Raba. et . hebreos exponunt hoc capitulum ad litteram de populo iudeorum dicentes quod propheta de illo loquitur qui de homine uno / eo modo loquendi quo dicitur exo . iiii ca. filius meus primogenitus israel / sed eorum peruersitas patet per doctores hebreorum antiquos ut dic-tum est ca. precedenti / Item super illud gen. 24 . et intro-duxit eam ysaac . dicit Ra . moyses . hic est rex messias qui dedit cor suum ad petendum misericordiam pro israel et ad ie-iunandum et humiliandum se pro eis . Sicut scriptum est ysa. liii . ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra etc. / ex quo patet quod secundum istum doctorem hoc capitulum loquitur de christo ad litteram / hoc etiam patet per scripturas noui testamenti que sunt maioris auctoritatis / quamuis a iude-is non recipiantur / quod enim dicitur in principio capituli . domine quis credi-dit etc. Jo. xii . dicitur impletum in christo et similiter Ro. x . Item quod dicitur infra langores nostros ipse tulit etc. math. viii . dicitur impletum esse in christo similiter quod post ea subditur sicut ouis ad occisionem ducetur etc. usque ibi . qui abscissus est de terra uiuentium . act. viii . dicitur dictum ad litteram de christo / similiter quod post ea subditur / et cum sceleratis reputatus est / marci xv . dicitur im-pletum in christo / Igitur sequendo hanc sententiam dicendum quod hic po-nuntur remedia contra tria impedimenta predicta sicut fuit supra diuisum ca. li. / Et diuiditur in tres partes secundum tria remedia . primum ponitur ca. liiii . tercium lv . ca. / primum autem impedimentum percipiendi fructum redemptionis christi fuit mul-torum peccatum / contra quod ponitur hic remedium passi-onis christi / que sufficit ad delendum omne peccatum quantum est ex se / Et diuiditur presens capitulum in duas partes / quia primo propheta rei dicende designat altitudinem . 2° prosequitur dicendorum ordinem ibi et ascendet / Circa primum dicitur . Quis credidit auditui nostro .i. passionis christi misterio

quod ego et alij prophete audiuimus a spiritu sancto. Prouidens enim ysaias propheta iudeos pro maiori parte non credituros secundum quod dicitur Io. xij. Cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum ut sermo ysaie prophete impleretur qui dixit. Domine quis credidit auditui nostro etc. et sequitur et propterea non poterant credere quia iterum dixit ysaias excecauit oculos eorum etc. et subditur. hec dixit ysaias quando uidit gloriam eius et locutus est de eo. et brachium domini. ut dictum est capitulo precedenti. cui reuelatum est. quasi diceret paucis ualde et inmo plene. ¶ Et ascendet. hic consequenter prosequitur dicendorum ordinem et primo quantum ad modum nascentis cum dicitur. et ascendet sicut uirgultum coram eo .i. coram deo patre et sicut radix. sicut surculus fructificans de terra sitienti .i. de uirgine non humectata uel semine dato humano femine ¶ Et non est. hic consequenter prosequitur ordinem suum quantum ad tollerantiam patientis et primo describitur eius passio ignominiosa. secundo nobis fructuosa ibi ipse autem. Tercio sibi finaliter gloriosa ibi de angustia. Istud tamen diuisio non est sic precisa quin partes in aliquo concidant et sic est communiter per totum librum istum sicut a principio fuit dictum. Circa primum dicitur. et non est ei species neque decor. quasi diceret .i. secundum ueritatem christus in humanitate assumpta fuit speciosus forma pre filiis hominum psalmo .xliiij. tamen ista speciositas fuit deturpata alapis in facie eius inflatam et liuorem causantibus et sputis eam fedantibus. et uidimus et non aspectus quia pre horrore auertebant homines faciem. et desiderauimus eum. loquitur propheta in persona sua et aliorum sanctorum aduentum christi desiderantium. secundum quod dicitur mattheus .x. multi reges et prophete desiderauerunt uidere que uos uidetis et non uiderunt. et nouissimum uirorum .i. ualde abiectum. uirum dolorum .i. multi et magni doloris expertum passione. sicut enim sanguinis dicitur qui est effusor multi sanguinis etc. et scientem infirmitatem .s. corporis per experientiam absque tamen peccato. et quasi absconditus uultus eius. pre uerecundia. Unde nec reputauimus eum. non solum saluatorem sed nec etiam aliquem de locis hominem et loquitur hic propheta in persona iudeorum tempore christi existentium et connumerat se eis inquantum erat de populo sicut daniel connumerat se peccatoribus enormibus qui fuerant in regno iude .ix. capitulo quamuis particeps non fuisset. Uere langores nostros ipse tulit .i. infirmitates carnis ut famem sitim et similia que uere fuerunt in eo sicut et humanitas uera. et nos reputauimus eum quasi leprosum .i. uilem et abhominabilem ad modum leprosi. et percussum a deo et humiliatum propter peccatum suum proprium. Imposuerunt enim sibi iudei quod haberet demonium et quod subuerteret populum et multa alia crimina ut patet ex decursu euangeliorum. ¶ Ipse autem. hic consequenter ostenditur passio christi nobis fructuosa quia non passus fuit pro peccatis propriis. sed pro nostris expiandis et hoc est quod dicitur. ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras. et patet litera. Ra. Sa. dicit quod istud dicitur in persona gentilium et uocat gentiles omnes preter iudeos. quasi diceret quod in aduentu messie gentiles uidentes iudeos per eum mirabiliter exaltari dicent quod afflictiones quas modo sustinent iudei in hac captiuitate fuerunt propter peccata gentilium et in hoc sibi contradicit quia alibi in multis locis dicit quod hec captiuitas est propter peccatum uituli conflatilis expiandum. exodi .xxxij. omnes nos quasi oues errauimus. quia nullus quantumcumque iustus preter christum caret peccato omnino saltem ueniale. et dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum .i. penam pro iniquitatibus omnium expiandis et quia christus hanc penam ex mera caritate sustinuit. ideo subditur. oblatus est. s. ad passionem. quia ipse uoluit. propter obedientiam dei patris et liberationem humani generis. et non aperuit os suum uerbis recalcitrando et iniurias pro iniuriis reddendo sed magis coram falso accusantibus et male iudicantibus tacendo sicut patet ex euangelio. Cetera patent ¶ De angustia. hic consequenter ostenditur eius passio finaliter gloriosa quia per eam transiit ad resurrectionis gloriam sicut luce ultimo oportuit pati christum et resurgere a mortuis et ita intrare in gloriam

suam. et hoc est quod dicitur de angustia. s. mortis. et de iudicio quo omnes descendentes ex diuina sententia detinebantur in limbo patrum. sublatus est. per potentiam sue resurrectionis. generationem eius quis enarrabit. quod secundum Ieronimum super mattheum intelligitur de generatione diuinitatis que inenarrabilis et incomprehensibilis est non tantum ab hominibus sed etiam ab angelis. Ambrosius. ipso licet scire generationis secretum mens deficit uox silet non mea tantum sed angelorum. Uidetur tamen in saluo meliori iudicio quod melius exponatur de spirituali generatione per multiplicationem fidelium. ideo subditur. quia abscisus est de terra uiuentium. per mortem corporalem ad quam secuta est multiplicatio fidelium. secundum quod dixit Io. xij. nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. ad generationem uero eternam filij non uidetur habere aliquam conuenientiam quod dicitur. quia abscisus est etc. propter scelus populi mei. expiandum. percussi eum .i. percuti permisi et dabit impios pro sepultura sua. etc. .i. iudeos impios et auaros dabit in manibus romanorum in penam mortis sue quod tempore tyti fuit impletum eo quod iniquitatem non fecerit etc. et sic mors eius fuit punitione digna. et dominus .s. pater. uoluit conterere eum in infirmitate. s. carnis quia deitas est impassibilis. per hoc autem quod dicitur hic. eo quod iniquitatem non fecerit patet falsa expositio Ra. Sa. exponentis hoc de populo iudaico. ut supra dictum est quia ab antiquo usque in presens populus ille multas iniquitates fecit contra deum et proximum ut patet ex decursu scripturarum. neque dolus erit in ore eius. quod patet falsum de populo iudeorum cum inter omnes homines sint et fuerint multum mendaces et dolosi non solum erga alios sed etiam inter se ipsos. Si posuerit animam suam pro peccato. accipitur hic si pro quia. quia christus animam suam posuit pro peccato mundi. Uidebit semen longeuum .i. multiplicationem fidelium qui sunt semen christi et hec multiplicatio secuta est ad mortem eius ut predictum est. et uoluntas domini de salute mundi. in manu eius dirigetur .i. per ipsum complebitur pro eo quod laborauit anima eius ieiunando. uigilando. predicando. mortem sustinendo. Uidebit. resurrectionem suam. et saturabitur. tunc enim et non ante habuit gloriam in corpore et sic fuit saciatus ex omni parte. in scientia sua. diuina et humana iustificabit ipse etc. quia nullus iustificabitur nisi per ipsum. sed quia multi reddunt se indignos. ideo dicit hic multos et non omnes. et iniquitates eorum .i. penam pro iniquitatibus ipse portabit. ex obediencia ad patrem et caritate ad homines. ideo dispertiam ei plurimos .i. reddam ei plures de gentilibus quam ceciderunt de iudeis et fortium .i. demonum de quorum fortitudine dicitur iob .xli. non est potestas super terram que ei comparetur. diuidet spolia. extrahendo patres de limbo quod fecit christus in sua resurrectione. pro eo quod tradidit ex mera caritate in mortem. ualde acerbam et cum hoc confusibilem ideo subditur. et cum sceleratis reputatus est. quia inter latrones fuit crucifixus ut per hoc particeps maleficij ipsorum a uulgaribus reputaretur. ad hoc enim impetrauerunt iudei a pilato ut duo latrones cum eo crucifigerentur sed ex dei ordinatione hoc factum est ut hec scriptura impleretur ut dicitur marci .xv. et ipse peccatum multorum tulit. quantum ad efficaciam omnium tamen quantum ad sufficientiam et pro transgressoribus rogauit. luce .xxiij. pater ignosce illis etc. et ex hoc patet expositio Ra. Sa. falsa quia populus iudaicus non orat pro gentilibus immo contrarie orat pro destructione romani imperij et maxime pro destructione discipulorum christi. secundum quod dicit Ieronimus et per eius discipulos omnes intelligunt christianos.

Lauda LIIII

sterilis. Aliqui doctores catholici exponunt hoc capitulum de reditu captiuitatis babilonice. ita quod eadem gens .s. iudaica dicitur hic habens uirum et fecunda tempore legis date quo fuit desponsata per legis susceptionem. derelicta et sterilis tempore babilonice captiuitatis. sed hoc non uidetur bene dictum

quia

quia sterilis et deserta, promittitur hic maior multiplicatio prolis exaltationis et honoris quam habuerit iudei. postquam autem redierunt de captivitate babilonica numquam fuit postea in tanta prosperitate quantum ad multitudinem populi nec divinos honores et humanos. sicut fuerat ante captivitatem et maxime tempore david et salomonis. sed fuit in servitute, licet in terra sua et afflictionibus multis ut dictum est supra. [illegible]. Item istud dicitur contra. ecce sternam per ordinem lapides tuos et fundabo te in saphiris. in quo denotatur reedificatio civitatis et templi multo excellentior quam ante. Reedificatio vero templi et civitatis post captivitatem babilonicam nulla fuit talis que precessit.

Et ideo Ra. Sa. exponit istud capitulum de tempore Christi. ita quod sic cum iudea dicitur hic uxor et fecunda pro tempore ante captivitatem factam per Titum, sterilis et derelicta a viro pro tempore captivitatis in qua est modo. sed in adventu messie erit in maiori prosperitate quam incomparabiliter quam fuit unquam. Sed istud dictum fundatur super erroneum fundamentum. scilicet quod Christus sit venturus. propter quod paulo apostolus ad gal. iiij. exponit principium huius capituli de vocatione gentilium ad fidem Christi. quod sumar intendo prosequi. Igitur ad intellectum dicendorum sciendum quod sicut est una fides antiquorum et modernorum. licet sit modo magis explicata, ita est una ecclesia a principio mundi usque ad finem. Unde dicit gregorius omelia. vij. quis rectius patri familias similitudinem tenet quam conditor noster qui eos condidit quos subiectos possidet in domo qui habet vineam universalem. scilicet ecclesiam que a primo abel iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit quasi tot palmites misit. et sic una et eadem ecclesia dicitur sterilis et fecunda. virum habens et derelicta secundum diversas gentes et tempora. ita quod pro tempore veteris testamenti dicitur fecunda et virum habens quantum ad iudeos ratione legis accepte et divini cultus qui viguerunt apud eos. sterilis et derelicta quantum ad gentiles quorum pauci habuerunt fidem mediatoris ut sanctus iob et aliqui alii. nec data fuit eis lex divina. econverso autem pro tempore novi testamenti in quo pauci de iudeis comparative et multi de gentilibus crediderunt. Secundum hoc igitur dicendum quod in principio capituli ponitur remedium oppositum impedimento liberationis fiende per Christum tacto supra capitulo [illegible]. quia ex dilatione promissionis dicte salvationis ab aliquibus poterat estimari licet falso quod promissio posset frustrari. in hoc autem capitulo ostenditur dicta promissio non solum impleri quantum ad iudeos omnes qui credere voluerunt sed etiam quantum ad gentiles quod videntes adimpleri iudei qui crediderunt in primitiva ecclesia admirantes et glorificantes deum dixerunt ergo et in nationes gratia spiritus sancti effusa est act. xi.

Secundum hoc igitur presens capitulum in tres partes dividitur. quia primo describitur salvationis per Christum fiende dilatatio. secundo fidelium exaltatio ibi. noli timere. tertio hostium prostratio ibi. ecce ego creavi. Circa primum dicitur. lauda sterilis etc. Ecclesia que fuisti sterilis in gentilibus tempore veteris testamenti et dicitur. lauda. scilicet interius corde. decanta laudem. exterius ore. et hymni. in corpore quia fortis motus devotionis redundat exterius in motibus corporis psalmus. 83. cor meum et caro mea exultaverunt in deum vivum. et subditur ratio tante exultationis cum dicitur. quia multi filii deserte. i. gentilitatis que fuit deserta tempore veteris testamenti. magis quam eius que habebat virum. i. gentis iudaice. quia in novo testamento plures sunt fideles de gentibus quam de iudeis fuerunt tempore veteris testamenti. et quia ad multiplicationem fidelium sequitur augmentatio divini cultus subditur. dilata locum tentorii tui etc. per locum tentorii intelligitur locus sacrificii, eo quod sacrificia in veteri lege fiebant in tabernaculo accipiendo tabernaculum pro atrio sacerdotum quod erat ante tabernaculum moysi factum de cortinis pellibus et tabulis et filis ad erectionem tabernaculi necessariis. locus autem sacrificii fuit arto tempore veteris testamenti. quia non erat licitum offerre sacrificium nisi in ierusalem nec in tota civitate, sed in monte syon ubi erat templum. sed tempore novi testamenti dilatatus est locus per orbem universum. ubi a christianis offertur eucharistia que est novi testamenti sacrificium secundum quod habetur prophetia malachie primo capitulo. ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. propter hoc dicitur dilata locum tentorii tui etc. ad designandum amplitudinem cultus divini. ad dexteram enim et ad levam penetrabis. i. dilataberis ad omnem partem orbis. et semen tuum gentes hereditabit. quia apostoli omnes iudei fideles acquisierunt ecclesie alias gentes plurimas. et civitates desertas. scilicet a deo propter ydolatrie cultum. inhabitabit fidem ibi seminando.

fortune mensam eo quod reputabatur dea felicitatis temporalis et libertatis super eam. oblationes de liquidis in hac ydolatria et super ea diis sunt iudei implicati ante captivitatem babilonicam, quia multi ex eis sequebantur ordinem ydolatrie, ut patet ex iiij. regum. numerabo vos in gladio. quasi dicat nullus evadet, ideo subditur et omnes etc. pro eo quod vocavi per prophetas et non respondistis prophetis veritatem ostendendo, sed magis prophetas derisistis contumeliam augendo ut patet. sed post ego locutus sum in propria persona in humanitate assumpta et non audistis, sed magis doctrinam meam reprobastis, ut patet in euangelio in pluribus locis. et faciebatis malum in oculis meis, bona pauperum rapiendo et fratres vestros odiendo, ista enim duo, scilicet avaricia et odium fraternum, multum viguerunt in populo iudaico post reditum captivitatis babilonice, ut dicunt etiam iudei, et magis increverunt imminente tempore Christi et que nolui elegistis, scilicet falsam apparentiam sanctitatis propter quod Christus maxime contra ypocrisim predicavit, et subditur pena iuxta bonorum premia, quia opposita iuxta se opposita magis elucescunt cum subditur ecce servi mei comedent et vos esurietis etc. per cibum et potum intelligitur refectio bonorum in celo quia communiter in scriptura sacra bona spiritualia et celestia metaphorice per corporalia designantur, et per sitim et esuriem punitio malorum in inferno ubi est defectus omnis boni. servi mei letabuntur in clara divina visione. et vos confundemini confusione extrema videntes eum demonibus in pena. servi mei laudabunt etiam laude corporali que secundum doctores erit in patria et vos clamabitis pre dolore. sicut enim in patria ponitur clamor exultationis, ita in iehenna clamor iusticie tristicie et desolationis et pro contritione spiritus, id est desolatione contritionis cum memoria ibi locum non habebit. ululabitis. ululatus qui est vox confusa designat magnitudinem angustie et doloris, et dimittetis nomen vestrum in iuramentum, scilicet execrationis. electis meis, id est Christianis qui sic iurant aliquando, si feci istud quod michi imponitur suspendar ego per pedes, sicut iudeus. interficiet te dominus deus, quod fuit impletum per Titum et servos suos, id est credentes vocabit nomine alio, quia vocantur Christiani a Christo in quo qui benedictus est super terram, benedictione gratie que datur in baptismo in quo accipit nomen Christiani benedicetur in deo, id est benedictione celesti si in gratia perseveret. amen, id est fideliter sic fiet. et qui iurat in terra, id est homo aliquid affirmando et non in ydolo, amen, id est fideliter deo iurabit. ¶ Quia oblivioni. hic consequenter describitur retributio separatim cum aliqua mixtione de punitione malorum ut videbitur, et primo ponitur retributio quantum ad consecutionem boni cum dicitur quia oblivioni tradite sunt angustie etc. quas fideles sustinuerunt propter magnitudinem glorie supervenientis in patria, et quod sic intelligatur patet per hoc quod dicitur ecce enim ego creo celos novos et terram novam. quia in futuro innovabuntur corpora celestia et elementa non quantum ad substantiam sed quantum ad claritatem et decorem, ut sic magis reluceat in eis bonitas divina ad gloriam dei et etiam electorum in ipsis bonitatem dei clarius contemplancium secundum eum et talis innovatio vocatur hic creatio, sicut dicitur rex vel papa creari propter mutationem status, quamvis eorum substantia non mutetur. et erunt in memoria priora etc. hoc est dictum quod status eorum precedens nullius momenti reputabitur respectu sequentis sed gaudebitis et exultabitis. vos electi usque in sempiternum quia eternitas apte post est de ratione beatitudinis in hiis que ego creo, id est in corporibus celestibus et elementis predicto modo melioratis. quia ecce ego creo ierusalem et civitatem dei invenitis ierusalem celestem exultationem. non enim dicitur creare simpliciter, quia celum empireum a principio mundi fuit factum et angelis repletum, sed dicitur creari quantum ad novam exultationem que fiet in fine mundi quia post iudicium electi transferentur illuc in plena beatitudine corporis et anime, et ex hoc crescet gaudium angelorum. ideo subditur

et populum eius gaudium quia angeli gaudebunt de plena beatitudine electorum et electi de consortio angelorum. et exultabo in ierusalem. non est intelligendum quod aliquid per hoc deo accrescat cum ex se ipso sit perfecte beatus, sed quia faciet cives celestes in se ipso perfecte exultari, sicut dicitur gen. xviij. nunc cognovi, id est cognoscere feci. Et non audietur. hic consequenter ponitur dicta retributio quantum ad amotionem mali, cum dicitur et non erit in ea ultra vox fletus etc. in quo denotatur amotio omnis tristicie interioris et exterioris. et non erit ibi amplius infans dierum, id est aliquis habens multos dies deficiens industria vel scientia et senex qui non impleat dies suos, id est habens multos annos in vacuum transactos, sed plenos virtute, et per hoc a civitate celesti amovetur defectus notitie et virtutis, et quod sic debeat hec littera intelligi patet per hoc quod subditur quoniam puer centum annorum, id est qui multum vivit puerili sequens passiones suas, morietur morte eterna. et peccator centum annorum, qui transivit tempus suum in vacuum a bonis operibus peccans ex certa malicia maledictus erit illa maledictione que habetur mat. xxv. ite maledicti in ignem eternum etc. et edificabunt domos et inhabitabunt etc. per hoc removetur malum infortunii a ierusalem celesti. Circa quod sciendum quod magnum infortunium inter homines reputatur quando quis multum laborat in aliquo et non percipit fructum, in edificatione autem domus et plantatione vinee antequam faciat fructum est magnus labor, ideo magnum infortunium reputabatur antiquitus et adhuc reputatur quando aliquis preventus morte antequam expiatur domum scilicet quam domum ab eo edificatam et vineam plantatam, propter quod deut. xx. dicitur quod illi qui edificaverant domos novas et plantaverant vineas non intrarent prelium sed reverterentur ad domos suas, ne forte interficerentur in prelio et privarentur bono predicto et ex honore huius infortunii nulla persona possent a bello pro rege [?] defendenda etc. hic, per hoc igitur quod dicitur hic non edificabunt etc. datur intelligi quod nulla infortunia erunt in civitate celesti. ista tamen spiritualiter exprimuntur quia communius inter homines huius vite reputantur, ideo subditur secundum dies enim ligni. De quo dicit intelligi exponit translatio caldaica que dicitur targum apud ebreos et est valde autentica apud eos que sic habet secundum dies ligni vite. per esum enim ligni vite duratur statu innocentie continuabitur vita humana absque aliqua interruptione, et illud fuit figura Christi secundum quod dicitur. Jo. in apoc. ult. ca. quod ligno vite in medio civitatis [?] tantum sue deitatis et extra [?] sue humanitatis, ideo subditur erunt dies populi mei, quia vita beatorum est perpetua aperte post. sic est Christus qui per lignum vite hic intelligitur. opera manuum eorum inveterabunt electi mei, id est merita sanctorum tantum durabunt in premio pro eis reddito quantum ipsi, secundum quod dicitur hic inveterabunt non intelligitur aliqua corruptio sed perpetua duratio, eo modo loquendi quo dicitur de deo Daniel. vij. antiquus dierum sedit per antiquitatem ibi intelligitur eternitas et non defectio que concomitatur antiquitatem communiter dicitur, ebreos viij. quod antiquatur et senescit prope interitum est. non laborabunt, id est non laborabunt quia frequenter hic accipitur futurum pro preterito. et consequenter frustra quia consequentur premia neque generabunt in conturbatione, id est carnali, quia generatio sequitur conturbatio sollicitudinis. et provisionis uxoris familie et prolis quod non habet locum in celis. ideo dicit salvator mat. xxij. capitulo in resurrectione non nubent neque nubentur sed sunt sicut angeli dei in celo. quia semen benedictorum domini est, id est apostolorum et nepotes eorum cum eis. Isti sunt electi per successores et discipulos apostolorum in fide regenerati, potest esse exponi quod dicitur hic non generabunt in conturbatione. De generatione baptismali que est per gratiam spiritus sancti mentis conservativam. ¶ Erit quoque hic tercio ponitur retributio electorum quantum ad dei familiarem assistentiam et mutuam caritatis concordiam

apoc. xiiij. opera enim illorum secuntur illos per hoc autem quod dicitur

sim i ptia

quantum ad primum dicitur erit quod antequam clament ego exaudiam clamor enim orationis est perfecta impletio desiderii clamantis sancti vero in patria nichil volunt absolute nisi quod deus vult et ideo non orant nisi pro eo quod estimant deum velle et sic deus exaudit eos antequam clament in quantum in sua dispositione immutabili iam est ordinatum quod quod volunt seu optant secundum postea sequitur ibi. lupus et agnus pascent simul. etc. si hoc refferatur ad statum ecclesie militantis patet sententia ex dictis. supra vi. capitulo excepto quod hic additur et serpenti pulvis panis eius. per serpentem hic intelligitur dyabolus qui sub specie serpentis primos parentes decepit. gen. iii. cuius panis. id est nutrimentum sunt homines vani et terreni in quibus delectatur qui nomine pulveris designantur. si autem refferantur ad statum ecclesie triumphantis eo quod propheta frequenter transit de uno statu ad alium et exponitur sic. lupus. est ille qui in mundo prius fuit rapax set postea penituit bene vivendo et agnus. id est ille qui bene vixit in innocencia perseverando pascent simul quia in celesti patria simul reficiuntur ut paulus et iohannes evangelista et consimiles et leo et bos. id est rex vel princeps secularis et homo ruralis comedent paleas. id est simpliciter reficientur in patria dum tamen sint similes in meritis. et si dicatur hic quod per paleas non intelligitur conveniens refectio celestis dicendum quod hic est methaphorica locutio ut satis patet ex predictis que non importat semper similitudinem in omnibus sicut christus methaforice leo dicitur apoc. v. capitulo. ecce vincit leo de tribu iuda propter eius constanciam et victoriam et non quantum ad crudelitatem et eodem modo tenet hic ista similitudo quantum ad refectionis uniformitatem et non quantum ad palearum vilitatem et serpenti pulvis etc. exponatur ut predictum est non nocebunt etc. illa enim civitas celestis erit immunis a mutuo nocimento et omnibus modis invicem consolabuntur.

Hec dicit. LXVI

Dominus hic circa predicta removetur iudeorum fiducia falsa. et primo hec fiducia tollitur. secundo propheta ad propositum revertitur ibi. audite verbum domini. Circa primum sciendum quod iudei in adventu messie expectant templum reedifficandum in quo offerentur sacrificia deo acceptissima. hic removet propheta et primo confidenciam edifficationis. secundo dicit oblationis ibi ad quem. Circa primum dicit in persona domini celum sedes mea et terra scabellum pedum meorum. non est per hoc intelligendum quod in deo sint liniamenta corporis sicut intellexerunt aliqui iudei et etiam aliqui simplices christiani qui propter hoc dicti sunt antropomorphite ut habetur in collationibus patrum collatione decima capitulo secundo. set per hoc datur intelligi quod deus celum et terra non est loco comprehensibilis. ideo subditur. que est ista domus quam edifficabitis michi. id est quam creditis in futuro edifficari pro meo cultu. q. d. in hoc frustra confiditis et quis iste locus quietis mee. q. d. non quiesco nisi in me ipso quia in se ipso perfecte beatus est omnia hec manus mea fecit etc. q. d. istis non indigeo set eorum indiget conservatione mea alias redigerentur in nichilum sicut et ex nichilo facta sunt ad quem hic removetur confidencia sacrificiorum. Circa quod sciendum quod sacrificia veteris legis ex duobus fuerunt accepta. unum erat devotio et obediencia offerentium eo quod deus talia precepit offerri et secundum hoc motus voluntatis interior ad obediendum deo erat principaliter deo gratus et quantum ad hoc dicitur ad quem autem respiciam nisi ad pauperem et contritum spiritu. id est ad vere humilem et trementem sermones meos. id est vere obedientem qui reformidat transgredi verba mea etiam in minimis. aliud erat fides offerentium sacrificia enim illa fuerunt quedam christi signa oblationis christi future in cruce et ideo talis oblatio erat quedam protestatio huius fidei. oblatio autem christi in cruce iam transivit in preteritum et ideo oblatio talium sacrificiorum post publicationem evangelii est mortiffera sicut et dicere et protestari quod christus sit venturus et hoc est quod dicitur hic qui immolat bovem quasi qui interficiat virum istud hic fuit prohibitum et illicitum et eodem modo offerre tale sacrifficium post evangelii publicationem qui mactat pecus. id est capram vel ovem de istis enim tribus speciebus animalium. scilicet bovis capre et ovis fiebant sacrifficia veteris legis sicut dictum fuit plenius supra leviticum quasi qui excerebret canem reputabatur enim canis tante vilitatis quod non solum erat immundum ad immolandum et comedendum set etiam ad redimendum primogenitum enim asini licet non offerretur tamen redimebatur ove. exo. xiii. non autem primogenitum canis sed excerebrabatur qui offert oblationem de terre nascentibus ut de pane vino oleo et thure quasi qui sanguinem suillum offerat. quod erat abhominabile coram deo tum quia sus est animal immundum secundum legem tum quia ydolatre illius sacrifficiis talis sanguine utebantur ut patet per mach. primo qui recordatur thuris. id est oblationis thymiamatis quasi qui benedicat ydolo. id est offerat ydolo. accipitur hic enim benedictio pro oblatione vel exenio sicut dicitur primi regum xxv. accipe benedictionem quam attulit familia tua etc. hec omnia elegerunt in viis suis. dimittentes vias evangelii et in abhominationibus suis. id est in talibus oblationibus deo abhominabilibus anima eorum delectata est non quia modo offerant talia sacrifficia que offerri non fuit eis licitum nisi in templo quod erat in ierusalem quod est destructum set quia sperant talia delectabiliter exercere in adventu messie ut dictum est potest hoc etiam referri ad tempus quod fuit post publicationem evangelii in iherusalem per apostolos usque ad destructionem templi quia illo tempore offerebant sacrifficia etiam tempore obsidionis civitatis per tytum ut dicit iosephus libro de iudaico bello quod sacerdotes offerentes sacrifficia in altaribus lotam instantiam aliqui interficiebant lapidibus machinarum unde et ego eligam illusiones eorum. frustrando eorum falsam fiduciam et que timebant adducam eis. scilicet destructionem templi et civitatis. si referatur hoc ad tempus inmediate predictum quod precessit templi destructionem. si autem refferatur ad tempus sequens hoc exponendum est de abiectione et opprobrio et aliis malis temporalibus in quibus sunt et erunt que timent iudei et timuerunt et causam horum malorum subditur cum dicitur quia vocavi eos ad fidem in persona propria eis predicando et per apostolos et eorum successores et non erat qui responderet quia pauci comparatione habent predicationem receperunt locuti sunt etc. repetitio est eiusdem sine ad maiorem exaggerationem fecerunt quod malum etc. quia iudei plurimum in peccatis et sortilegiis sunt valde intenti communiter. Audite remota falsa fiducia iudeorum hic propheta revertitur ad propositum quod est describere duplex dei iudicium a principio capituli. lxv. usque ad finem libri ut dictum fuit ibidem. dividitur residuum huius capituli in tres partes quia primo propheta describit aliqua pertinentia ad iudicium discretionis. secundo aliqua pertinentia ad iudicium retributionis ibi. letamini. tertio aliqua pertinentia ad utrumque ibi. et mittam. Circa primum sciendum quod iudicium discretionis est quo aliqui iudei vocati sunt ad fidem aliis in sua infidelitate dimissis iusto dei iudicio set nobis occulto. primo quantum tangitur iudicium discretionis quantum ad dimissos. secundo quantum ad vocatos ibi antequam. Circa primum sciendum quod iudei infideliter remanentes fuerunt valde molesti credentibus ut patet in actibus apostolorum in multis locis et hoc est quod dicitur hic audite verbum domini vos apostoli alii quoque credentes qui tremitis ad verbum eius. tamquam vere humiles et obedientes dixerunt fratres vestri. id est iudei in infidelitate obstinati odientes. vos

ex duobus fuerunt accepta sacrificia veteris legis

unde et abicientes. i. exterius persequentes in corpore propter nomen meum. i. quia confitemini mecum tamquam verum xpistum glorificetur dominus. istud dicebant provincie de xpisto. Unde et ipsi in cruce pendenti dicebant Mathei. xxvii. alios salvos fecit se ipsum non potest salvum facere etc. et videbimus in leticia vestra. q. d. sicut vos creditis non erit nobis ad leticiam set magis ad tristiciam et confusionem. set quia ante dicta contrarium ideo subditur ipsi autem confundentur. s. in destructione civitatis et templi per romanos propter mortem xpisti. ideo subditur. vox populi de civitate clamantis in destructione. vox de templo. s. sacerdotum qui fuerunt combusti et ipsi fuerunt occisi de propriis tamen dicentes iustum esse sacerdotes cum templo perire vox domini. i. tonitruorum ex victoria clamancium ut dicit Josephus libro de iudaico bello/et dicitur vox domini quia in illa victoria fuerunt ministri dei et ministri vindicte retribucionem. i. debitam penam inimicis suis. i. iudeis qui eius mortem xpisti ideo subditur penam luerunt. Antequam hic agitur de iudeorum distructionis qui sunt ad vocatos ad fidem/et quia xpistus cepit fidelium. ideo primo agitur de nativitate xpisti. secundo de nativitate fidelium in regeneracione babtismali numquam parturiet

Circa primum sciendum quod parva ista ab hebreis antiquis communiter exponitur de nativitate xpisti/et quod debeat sic intelligi patet per translacionem caldaicam apud ebreos autenticam/que ubi habemus antequam parturiret peperit antequam veniret partus eius peperit masculum. sic habet adhuc non erat ei veniens angustia/redimetur et adhuc non veniet ei tremor ex doloribus propter partum/revellabitur rex messias. Dicunt igitur iudei moderni quod eadem die qua fuit destructum templum per romanos natus fuit rex messias/sed adhuc non liberavit iudeos de captivitate quia adhuc non habuit licenciam a deo propter eorum peccata/set statim cum habuit exequitur/et ideo expectant eum venturum. s. ad suam liberacionem sicut filius regis natus adhuc expectatur ad regnandum. Set potest queri ab eis ubi stetit tanto tempore quia a destructione templi usque nunc fluxerunt anni mille. ccli. quod templum combustum fuit anno a passione domini ihesu. xlii. et modo currit annus domini. m. ccc. xxvii./ad hoc autem respondent varie/quia aliqui dicunt quod est cum angelis. sicut fuit moyses. xl. diebus et. xl. noctibus cum angelo qui loquebatur ei in presencia domini. actuum vii. Alii vero dicunt quod ipse est rome in porta sedens cum pauperibus et leprosis allegantes ad hoc. ysa. liii. et nos vidimus eum quasi leprosum a deo percussum et humiliatum/quod intelligitur de xpisto eciam secundum hebreos ut dictum fuit ibidem/ Alii dicunt quod vadit per mundum in paupertate et afflictione ad satisfaciendum pro peccatis iudeorum. Sed iste responsiones et consimiles satis apparent frivolle et false/ex eorum narracione. Item secundum eos messias habet corpus passibile/ut patet ex dictis et quia reputant eum hominem purum et per consequens habet senectutem et corrupcionem annexam/et ideo nulla apparencia est quod tamen vivit. Item extorte exponunt litteram istam/antequam parturiret peperit. i. dum parturiret. s. iudea vel civitas ierosolimitana senciens dolorem de civitatis et templi destructione peperit salvatorem. s. messiam dicendo quod eadem die fuit destructio et messie nativitas quia ista dictio antequam semper denotat temporis antecessionem/et idem est de dictione hebraica hic posita. s. bethrem. i. semper significat in ante et non significat dum vel quando. Igitur accipiendo id quod dictum est ad litteram de nativitate messie. i. xpisti/et dimittendo id quod est falsum sic exponitur secundum veritatem

antequam parturiret peperit. i. antequam beata virgo maria dolorem partus sentiret peperit/quia sicut virgo concepit ita sine dolore peperit antequam veniret partus eius. i. dolor ex partu et est replicacio eiusdem sine ad maiorem expressionem et confirmacionem quis audivit umquam tale etc. quasi dicat nullus quia sicut nulla alia virgo concepit ita nec sine dolore peperit Numquid parturiet. hic consequenter agitur de nativitate fidelium per regeneracionem baptismalem/quia post resurreccionem et ascencionem xpisti fideles brevi tempore sunt multum multiplicati ut apparet in actibus apostolorum/ita quod in ... petro fuit fides multiplicata in omnibus partibus terre habitabilis/sicut fuit dictum plenius super illud. ps. xviii. In omnem terram exivit sonus eorum etc. et hoc est quod dicitur Numquid parturiet terra in die una. i. in tempore brevi/et dicit parturiet terra. i. ecclesia primitiva que fuit in afflictione et persecucione multa aut pariet gentes simul. i. gentiles de omnibus partibus/quia parturivit et peperit syon. i. ecclesia sic nominata/ut dictum est supra. c. ii. filios suos. in xpisto regeneratos et quia talis multiplicacio repentina facta est virtute divina ideo subditur Numquid ego qui alios parere facio. i. fecunditatem naturalem omnibus tribuo ipse non pariam dicit dominus multiplicando fideles deo meo. q. d. ymo sic faciam. ideo subditur si ego qui generacionem ... replicacio est eiusdem sine ad maiorem affirmacionem/aliqui autem doctores catholici exponunt hoc de eterna generacione filii aperte secundum naturam divinam/set hec exposicio videtur magis mistica quam litteralis Letamini. hic consequenter agitur de pertinentibus ad iudicium retribucionis/et primo retribucionis bonorum/secundo malorum sive reproborum ibi et cognoscetur. Circa primum dicitur letamini cum ierusalem. i. cum ecclesia militante ad triumphantem transeunte in finali iudicio. omnes qui diligitis eam. i. habentes veram et firmam caritatem gaudete cum ea gaudio. reduplicatur gaudium propter duplicem leticiam tunc presentem habendam. s. intus et exterius ex gloria anime et corporis. Universi qui lugebatis super eam. in afflictionibus tirannorum et maxime antixpisti. Ut sugatis et repleamini. etc. tot verba consolatoria et affluencie boni expressiva ponuntur hic ad designandum excellenciam retribucionis celestis que excedit nostram apprehensionem/sicut dicitur supra. lxiiii. c. oculus non vidit deus absque te que preparasti expectantibus te/ ad ubera portabimini etc. ista dicuntur ad exprimendum familiaritatem et et benivolenciam dei erga electos/per affectionem matris ad filios et videbitis. in effectu quod promitto vobis vel videbitis faciem meam clare et aperte et gaudebit cor vestrum quia dicte visioni annexa est fruicio beata et ossa vestra. que modo sunt in terra putrida quasi herba germinabunt. in resurreccione futura. Unde et prima. cor. xv. resurreccio mortuorum assimulatur semini germinanti Et cognoscetur. de retribucione pene quantum ad reprobos et continuando sequencia premissis cum dicitur et cognoscetur manus domini servis eius et indignabitur etc. i. sicut potestas domini manifeste apparebit in retribucione glorie servis suis et electis/ita apparebit eius potestas in retribucione pene in infidelibus et reprobis/ideo subditur quia ecce dominus in igne veniet. quia ignis conflagracionis ante faciem eius ad iudicium venientis precedet. ps. xcvi. ignis ante ipsum precedet et quasi turbo quadrige eius. i. angeli qui erunt executores divini iudicii et venient cum magna potestate. reddere in indignacione furorem suum. i. sue iusticie effectum et increpacionem suam quia dicet reprobis esurivi et non dedistis michi manducare/sitivi et

non dedistis michi bibere etc. In flamma ignis. quia post
inspiracionem dictam proferret contra eos sententiam dicens/ ite
maledicti in ignem eternum etc. et habetur ibidem quia in
igne dominus diiudicabit. hoc potest referri ad ignem
precedentem aduentum iudicis ut predictum est/ et ad ignem
iehenne in quem post sententiam iudicis reprobi detrudentur
ut dictum est/ aliqui libri habent quia in igne dominus diiudica
bit. et sic est in hebreo et est eadem sententia diiudicabit. id
est eius sententia iusticia ostendetur/ quia quilibet eius iudicium
iustum esse uidebit et in gladio suo ad omnem carnem
i. in sententia sua que gladius dicitur ad omnem carnem. i. car
naliter uiuentem et multiplicabuntur interfecti. morte
iehenne/ qui sanctificabantur et mundos se putabant
falso tamen. in ortis. i. in locis amenis ubi colligebant
ydola ad suam satisfactionem secundum suam erroneam estima
cionem post unam intrinsecus. sic est in hebreo et in libris
correctis et est sensus intrinsecus. i. intra ortos dictos
post unam. s. portam uel clausuram/ et ideo alii libri ha
bent post ianuam. Ra. sa. sic exponit post unam. i. u
na societas post aliam/ quia non omnes ydolatre intrabant
simul ortos ad ueneracionem ydoli/ sed una societas postquam
qua egressa alia post intrabat/ et sic continue qui
comedebant carnem suillam. ydolis immolatam et
abhominacionem et murem. i. animalia inmunda secundum
legem non solum ad offerendum sed etiam ad comeden
dum que gentiles sacrificabant ydolis et inde
aliquam partem comedebant in ueneracionem ydolorum/ et
similiter multi iudei hoc faciebant/ qui non solum
imitabantur gentiles in ydolatria/ ymo etiam freque
ter excedebant ut patet in misterio et secundo par. propter
quod dicitur de iudea sub nomine iherusalem. ezech. v. c. ut plus
esset impia quam gentes etc. simul consumentur. non propter pene
consummacionem sed magis propter eorum obstinacionem sicut dicitur in fine
huius capituli ignis eorum non extinguetur/ et istud quod dic
tum est de ydolatria iudeorum referendum est ad illos qui
captiuitatem babilonicam precesserunt ut dictum est/ et quod
subditur ad eos qui postea fuerunt/ quia tamen isti et illi fe
cerunt unum populum sub eodem contextu/ de primis procedit
ad posteriores cum dicitur Ego autem opera eorum. i. rapinas
et homicidia ex odio fraterno procedencia que uicia uiguerunt
in ipsis ut dictum est. et cogitaciones eorum ad interficiendum
xpistum et etiam lazarum resuscitatum/ eo quod propter eum multi cre
debant in xpistum ut dicitur io. xi. et xii. et post resurrec
cionem xpisti/ et ascencionem. ideo machinati sunt contra apostolos
alios quoque fideles. Venio. ad iudicium extremum ut
congregem. i. in manifesto ponam sub tali omnibus gentibus
et linguis. quia illud erit iudicium generale et peccata ea
erunt manifesta singulis ut diuinum iudicium appareat
iustum et uenient omnes ad iudicium quia nullus subter
fugere ualebit et uidebunt gloriam meam. quia xpistus in
iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa
cuius tamen aspectus erit terribilis et tristabilis repro
bis/ et delectabilis iustis et ponam in eis signum. s.
sancte crucis secundum quod dicitur xxiiii. et tunc mathei/ et tunc
apparebit signum filii hominis in celo quod exponunt origenes
et crisostomus de signo crucis mirabiliter radiante in
iudicio ad gloriam fidelium et confusionem reproborum/ et ma
xime eorum qui eum crucifixerunt manibus siue linguis
ideo dicitur math. xxiiii. et tunc plangent omnes tribus
terre. i. aliqui ex hominibus gentilibus. Et mittam hic ultio poni
tur sic aliquid pertinens ad iudicium discussionis/ premittitur
tamen illud quod pertinet ad iudicium discrecionis separando
fideles ab infidelibus/ factum est eueniente per predicacionem
apostolorum aliorumque per euangelium quia omnes uel fere omnes
fuerunt iudei, et secundum hoc dicitur et mittam ex eis qui sal
uati fuerint. aliis in infidelitate permanentibus aliqui enim
fuerunt apostoli et alii discipuli ad gentes. i. ad gentiles

conuertendos/ sic enim dixerunt paulus et barnabas
iudeis obstinatis actuum. xiii. nobis oportebat pri
mum loqui uerbum dei/ sed quoniam repellitis illud et indi
gnos uos iudicatis eterne uite ecce conuertimur ad gentes
/ sic enim precepit nobis dominus in mare. i. habitantes in insulis
maris in quibus publicata est fides catholica. primo per bar
nabam et paulum, ut patet in actibus apostolorum/ et postea per alios
predicatores in diuersis insulis maris in affricam. in qua
predicauit matheus in ethiopia marcus in alexandria in li
biam. in qua predicauerunt etiam alii tenentes sagittam. in y
taliam petrus enim et paulus predicauerunt rome que est
caput ytalie, et dicitur hic tenentes sagittam quia multi
discipuli xpistiani fuerunt sub eis rome quos tamquam sa
gittas domini miserunt ad partes longinquas ad predicandum
/ ut dyonisium in franciam/ marchum in alexandriam, et
sic de multis aliis quia autem predicatores uerbi diuini
sagitte dicantur patet ysa. xlix. posuit me quasi sagittam
electam etc. et greciam. in qua paulus predicauit athe
nis et in multis aliis locis/ et iohannes euangelista in e
pheso. ad insulas longe ut dictum est supra de paulo
et barnaba ad eos qui non audierunt de me. i. ad
gentiles legem et prophetas non habentes in quibus fit men
cio de xpisto uenturo et non uiderunt gloriam meam. quia
non uiderunt xpistum docentem et mirabilia facientem
sicut uiderant iudei in quorum terra predicauit in pro
pria persona/ et fecit multa miracula/ ut patet ex decursu eu
angelii propter quod dicit math. xv. non sum missus nisi ad o
ues que perierunt domus israel et annunciabunt gloriam
meam gentibus. s. gloriam mee resurrectionis et miracula
in nomine meo faciendo ad confirmacionem sui sermonis
et subditur fructus huius doctrine cum dicitur et adducent
omnes fratres uestros. i. xpistianos de cunctis gentibus donum
domino. fidem xpisti recipiendo in equis et quadrigis etc.
non est per hoc intelligendum quod talis adduccio fit per motum
localem et instrumenta corporalia/ quod patet per hoc quod subditur
ad montem sanctum meum iherusalem quia eadem ratione accipitur
hic iherusalem et mons syon ad litteram pro ciuitate et templo
materialibus quod non potest dici/ quia non potest ibi con
gregari totus populus xpistianus/ ymo nec etiam iudaicus per
orbem dispersus/ et ideo talis adduccio seu congregacio intelligen
da est in unitate fidei et caritatis/ de qua dicit salua
tor math. xviii. ubi sunt duo uel tres congregati in no
mine meo in medio eorum sum/ et per uarios uecture mo
dos cum dicitur hic in equis et quadrigis. etc. intelli
guntur ministeria apostolorum et adiutoria apostolorum et adiu
toria angelorum quibus infideles adducti sunt ad fidem
ita quod per equos et quadrigas secundum ieronimum intelli
guntur auxilia angelorum eo quod helyas equis igneis et
curru igneo legitur raptus in celum. iiii. regum. ii. et hoc mi
sterio angelico/ per lecticas mulas et carrucas intelli
guntur ministeria apostolorum secundum tria que in eis fuerunt ad conuer
sionem infidelium. s. conuersacio sancta predicacio et per mi
racula confirmacio. ad montem sanctum meum iherusalem. i. ecclesiam
militantem; ut dictum est supra. ii. capitulo. quomodo si inferant filii
israel. i. apostoli qui fuerunt israelite genere. munus in uase mundo
etc. sic supple accepta est coram deo conuersio infidelium per
laborem eorum primo multiplex quia sacrificium deo acceptissi
mum est zelus animarum et assumam ex eis. i. ex gentibus
conuersis in sacerdotes et leuitas. quia plures ex ipsis
etiam tempore apostolorum ordinati sunt episcopi et etiam ministri/ ut patet
de beatis clemente et dionisio et multis aliis/ et hoc ca
sum dicit quedam glo. ebraica. exo. xii. super illud hec est
religio phase etc. et sequitur eadem lex erit indige
ne et colono qui peregrinatur apud nos. glo. futurum est ut
quidam de gentibus sint sacerdotes domino ministrantes
Quia sicut celi noui etc. subditur id quod pertinet ad iudicium
retribucionis/ et primo quo ad bonos cum dicitur sicut celi noui

et terram novam etc. quia altarem illic innovacionis sine de qua supra dictum est in perpetuum non mutabitur. Sic stabit semen vestrum. id est adducti ad fidem per nos qui sunt de numero electorum et nomen vestrum. id est apostolorum in perpetuum in ecclesia celesti. ideo subditur et erit mensis ex mense et sabbatum ex sabbato. id est perpetua requies et beatitudo que non potest a nobis exprimi nec capi, nisi per nomina et verba similitudinarie significancia. et hoc modo de eternitate dei dicitur apocalypsis i c. qui est et qui erat et qui venturus est. eternitas tamen designatur durationis per hoc quod dicitur mensis ex mense et eternitatis quietis cum dicitur sabbatum ex sabbato. sabbatum enim quietem significat in ebreo. veniet omnis caro id est omnis homo omnis de bonorum numero. eo modo quo dicitur c. xl. videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est. hic translacio. hyr. videbit omnis caro salutare dei nostri ut adoret coram facie mea. que clare videbitur in patria. Consequenter ponitur retribucio malorum sicut eius retribucio bonorum. cum dicitur egredientur scilicet beati non per loci mutacionem sed per consideracionem. et videbunt cadavera id est corpora mortuorum dampnatorum in iehenna. et hoc est intelligendum per hoc quod dicitur vermis eorum non morietur. quia vermes corpora mortuorum corrodentes cito deficiunt cum eis et in pulverem convertuntur. Et ignis eorum non extinguetur. ex quo patet quod dictum est de cruciatu corporum dampnatorum in igne inferni qui est inextinguibilis. et erunt usque ad sacietatem. id est replecionem et plenitudinem. Visionis omni carni. id est omnibus hominibus bonis non sic intelligendo quod bonis delectamentum per se in penis dampnatorum sed quia talis intuitus declarat eis divine iusticie execucionem et divine misericordie beneficium qui eos liberavit. et propter hoc gloria augmentatur in quantum maior apparet gratia ad illum exhibita. quia apposito ubi magis apparet maioris et minoris. videntes sic eorum tormenta bona propter se laudant. secundum quod dicitur in psalmo. letabitur iustus cum viderit vindictam. manus suas lavabit in sanguine peccatorum in quantum dei iusticia fuerit in humine ab illis peccatis. Et sic finis est scriptum istud accipitur hic sicut quod ipse sicut est apostolus maior. sicut propterea et sic totum cedit in gloriam eterni et ipsius dei principalis. Cui est honor et gloria in secula seculorum amen.

Explicit postilla fratris nicholai de lyra super ysaiam.

Incipit Jeremias.

Propheta in gentibus dedi te. Verba ista propria sunt [illegible] ieremie primo capitulo. et dicuntur sunt sibi a domino magis quam sunt videlicet. Nam cum hyma ieremie quam liema prima mihi exponendum videlicet quantum efficiens materialis formalis et finalis. Causa vero efficiens duplex est una principalis scilicet deus revelans [illegible] in hoc libro contenta. alia instrumentalis scilicet ipse ieremias qui per spiritum sanctum dictavit sibi scribendum. et hec duplex causa notatur cum dicitur dedi te [illegible] quod [illegible] dedi. quod est a deo eius causa efficiens principalis in hoc autem propheta ut causa efficiens instrumentalis. et de veritate porro accipitur illud quod scribitur ezechielis. Fili hominis speculatorem dedi te domui israel. hic propheta speculator interpretatur quia longe speculatur et que videt fidelibus annunciat. et sic fecit ieremias ut statim videbitur in quibusdam capitulis et maxime in prohemio libri. causa vero materialis et formalis notatur in nomine prophete cum dicitur propheta. ad cuius intelligenciam sciendum quod ipsa secundum doctores sanctos est revelacio divina [illegible] ea que sunt longinqua a naturali cognicione humana. et ista quidem ad presens sunt in duplici gradu. quia aliqua sunt [illegible] suam conveniencia respectu intellectus nostri cum non [illegible] sunt omnia ad que se habet intellectus noster sicut oculus noctue ad lucem solis. Secundo modo ista vero valde de longinqua sunt causa cognicionis nostre sicut incarnacionis divini misterium et creature. Secundo potius huiusmodi decidunt in cognicionem primam eorum que deus est quantum ad multas eius condiciones. et sic plus excludit tam de deo plures condiciones.

Similiter natura humana per se accepta non excedit cognicionem nostram. sed secundum quod natura humana et divina est in supposito verbi sunt modum excludit facultatem intellectus humani. misterium autem istud determinatur ieremias propheta in aliis valde clare verum c. xl. dicens. Ecce dies veniunt dicit dominus et suscitabo david semen iustum et regnabit rex et sapiens erit et faciet iudicium et iusticiam in terra. In diebus illis salvabitur iuda et israel habitabit confidenter et hoc est nomen quod vocabit eum dominus iustus noster. et cum dicitur ad literam de xpo dicitur secundum omnes doctores hebreos et latinos ut plenius videbitur ibidem domino concedente. per hoc autem quod dicitur suscitabo david germen iustum exprimitur humanitas xpi que facta est ex semine david secundum carnem. ro. i. per hoc autem quod subditur et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus deus noster exprimitur divinitas xpi. clarius ut in videtur quod in aliis libris veteris testamenti quia ubi habemus domine in ebreo habetur nomen domini tetragrammaton quod secundum antiquos doctores hebreos sic est appropriatum altissimo creatori ut non liceat ipsum nomine de alio dici. ut plenius dicetur domino concedente cum ad locum illum veniemus. et quia ieremias tam clare xpi misterium determinavit competenter potest dici de eo quod scribitur luc. primo c. et tu puer propheta altissimi vocaberis. quia valde

clare expressit altitudinem sue deitatis et hec e
ma principalis huius libri. Unde dicit. Ra. sa. sup
xv. c. Zacharie quod vniuersi prophete non sunt locu
ti nisi de diebus messie quod est intelligendum de
principali intentione eorum quod de pluribus aliis locuti sunt
et secundum hoc deus humanatus est scilicet in omnibus h
buius prophetalibus sicut deus humanus in euangelio quia quod
prophete minant futurum euangeliste narrant factum
sicut enim deus sub ratione absoluta est subiectum in tota
sacra scriptura sic est in partibus eius secundum rationibus de
terminatis [illegible] sicut plenius in prologo gen. alia
[illegible] humana propter
sue entitatis et veritatis defficienciam sicut in more
sunt futura contingentia de quibus non est determinata
veritas apud nos sed est determinata apud deum
et de talibus est prophetia secundum quod dicit capitulum ydeo etiam
secundum prophetia est diuina inspiratio rerum euentus immo
bili veritate denuncians de talibus vero erat de
structio ciuitatis et templi et captiuatio populi
per nabuchodonosor futura quam scilicet propheta denunciat et
scribit in hoc libro eum quod propheta hic voluit cum om
de secundum quod dicitur. s. xv. ij. iudicium mortis est viro
huic quod prophetauit ad ista ciuitatem istam et hec est ma
huius libri secundaria sub nomine prophete designata
Causa etiam formalis huius libri sub nomine prophete
designatur. Circa quod sciendum quod duplex est forma
libri scilicet forma tractatus et forma tractandi. Forma
vero tractatus est diuisio libri per partes et capitula
de qua videbitur in prosecutione libri forma vero trac
tandi est modus agendi qui modus est prophetico de
scribendo diuinas reuelationes tempore futuras propter quod et
ipse potest dici illud quod scribitur lo. vi. hic est vere
propheta et dicitur vere propheta ad differentiam pseudo prophetarum
qui non prophetant ex diuina inspiratione sed scilicet sed aliq
[illegible] ex propria mente [illegible] alii ex reuela
tione demonum qui sunt mendaces propter quod ille cauen
tur in pluribus prophetie etc. ¶ Causa finalis huius
libri est vtilitas vniuersalis omnes qui collectus est
ex omnibus gentibus et hic finis notatur cum dicitur
in gentibus. i. ad vtilitatem omnium gentium propter quod de ipso
potest dici illud. ysa. xlix. dedi te in lucem gentium
ut sis salus mea vsque ad extremum terre, ut sic verbum domini
ad. s. dicens dedi te in lucem gentium ad illuminandum
eas lumine fidei et claritate morum ut sis salus
mea vsque ad extremum terre et hoc demonstrat cum
quia vero est salus generis humani secundum quod dicitur in psalmo
deus operatus est salutem in medio terre. i. in ihrusalem
que est in medio climatis ibi operatus est salutem
humanam passione et morte vbi dicitur resurrectionem
et ascensionem in celum sibi cum patre et spiritu sancto
viuit et regnat in secula seculorum amen.

Verba. s.

liber iste in duas partes diuiditur. s. in prohemium et tracta
tum secunda incipit ibi et factum est. prima in duas
quia primo ponitur auctoris nominatio secundo subiunctio
sibi commissio ibi et factum est. Circa primum nominatur
auctor primo ex nomine cum dicitur verba. s. supple ea
que sequuntur in hoc libro secundo ex genere cum dicitur
filii helchie qui fuit etiam propheta licet non tam famo
sus sicut. s. et hoc secundum regulam hebreorum qui
dicunt quod quando in principio alicuius prophete exprimitur nomen
patris ipsius prophete intelligendum est quod et pater fuit
propheta. de sacerdotibus qui fuerunt in anathoth. ex
quo patet dignitas sui generis quia tribus sacerdotalis
coniuncta fuit tribui regie propter sui dignitatem

Tertio ex loco cum dicitur in terra beniamin. Dicit enim iero
nimus in prologo huius libri quod anathoth est viculus tribus
milibus distans a ihrusalem in sorte beniamin. Quarto
notificatur ex tempore cum dicitur quod factum est verbum domini
ad eum in diebus iosie. Circa quod sciendum quod istud quod non est
pronomen sed coniunctio et ponitur pro quia et refertur
ad id quod dicitur in principio verba. s. etc. ad ostendendum
quod illa verba processerunt ex spiritu diuino dicitur quod factum est etc. i. quia
factum est verbum domini ad me in diebus iosie etc. tacentur
hic duo reges quorum temporibus prophetauit. s. ioathan
filius iosie et iechonias filius ioachim eo quod alter
eorum regnauit tantum tribus mensibus et sic tempus eorum computatur
sub aliis regibus vsque ad transmigrationem ihrusalem. i.
captiuitatem populi eius cum ciuitas destructa per nabuchodonosor in
mense quinto. contrarium videtur infra. xxxix. vbi dicit
mense. iiij. quarta die mensis apperta est ciuitas etc.
Dicendum quod mense. iiij. fuit capta a babilonis ut
ibidem dicitur sed ciuitas non fuit destructa et populus
in babilonem ductus donec super hoc audiretur volun
tas nabuchodonosor existentis tunc in anthiochia per nuncios
ad hoc missos qui redierunt mense quinto ut dicitur
hic ¶ Et factum est. hic commendatur commissio scilicet
s. de officio prophetandi cum dicitur ei a domino priusquam te forma
rem in vtero noui te. notitia predestinationis que est ab
eterno et antequam exires de ventre sanctificaui te
purgando ab originali in vtero matris per gratiam sanc
tificantem et prophetam in gentibus dedi te. muneris tibi
officium prophetandi imponendo et quia officium est magnum
ideo subditur excusatio. s. et dixi. a. a. a. domine deus
et dicit aliquis quod hoc ter ponitur. a. quia. s. se excusat a
tanto officio propter triplicem deffectum. s. etatis scientie et
eloquentie quia adhuc erat iuuenis. Sed hec expositio
procedit ex ignorantia hebraici sermonis vbi poni
tur hic vna sola dictio ex tribus litteris scilicet aleph. he
et heth quia bis ponitur hec littera et hec dictio sic sonat
in hebreo sicut a. in latino et est dictio diuina ministerio
dolentis vel admirantis sed quia deus potest supplere
omnem deffectum. ideo subditur noli dicere puer sum etc.
q. d. potens sum omnem deffectum tuum supplere et te ab
impugnationibus eorum quos tu formidas protegere sicut
et. s. quod prophete qui ante eum fuerunt persecutiones vsque ad
mortem sustinuerunt maxime tempore manasse regis
ut dicitur iiij. regum et subditur iniunctio officii cum dicit
et misit dominus manum suam et tetigit os meum. vidit
enim per imaginariam visionem similitudinem hominis deum repre
sentantis os. s. manu sua tangentis et intellexit quod
hoc designabatur collatio doni prophetie sibi a deo ideo sub
ditur. Ecce dedi verba mea etc. et quia. s. non
solum prophetauit contra regnum iude sed etiam contra plura
alia ut videbitur infra ideo sequitur ¶ Ecce constitui te ho
die super gentes et super regna ut euellas i. euella
da denunties transferendo inde habitatores et destruas
quantum ad occidendos et disperdas quantum ad fugi
entes per diuersas vias et dissipes quantum ad mou
entes in fuga vel captiuitate et edifices et plan
tes. i. denuncies iudeos reedificandos et plantan
dos in terra sua quod impletum fuit tempore cyri qui dedit
populo licenciam redeundi in terram suam et reedificandi
templum et tempore artaxersis qui dedit licentiam nec
non reedificandi ciuitatem ut habetur primo esdre
primo et nee. mie. primo ¶ Et factum est. finito pro
hemio hic incipit tractatus circa quem sciendum quod licet
ma principalis huius libri sit misterium christi ut dictum
est tamen. s. multo diffusius describit futuram ciuitatis et templi
destructionem propter quod melius potest accipi diuisio libri
secundum istam materiam et secundum hoc liber iste in duas par
tes diuiditur quia primo. s. hanc destructionem

futuram denunciat, secundo ipsam factam deplorat in Threnis, qui non sunt liber distinctus ab ipso isto, ut patet per Ieronimum in prologo galeato, cum in prologo ponitur in principio libri regum. Prima in duas, quia primo futuram destructionem denunciat, secundo dicta epilogat c. lii. Prima adhuc in duas, quia primo pronunciat destructionem Iudeorum, secundo adversariorum suorum capitulo xlvi. Prima adhuc in duas, quia primo denunciat dictam destructionem prophetice, secundo hystorice capitulo xxxix. Prima adhuc in duas, quia primo ostenditur destructio civitatis futura, secundo subditur huius destructionis causa capitulo ii. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur dicta ostensio, secundo prophete confirmatio ibi: Tu ergo. Ostensio vero destructionis future fit dupliciter modo seu visione; secunda ponitur ibi: Et factum est. Prima ponitur cum dicitur: Quid tu vides? Id est, non querit Dominus ex ignorantia, sed ut ex eius responsione quiescentis eum instruat de futura destructione civitatis. Secundo ponitur prophete responsio: Virgam vigilantem ego video. Aliqui sic exponunt: virgam vigilantem, id est vigilantium, scilicet latronum, qui vigilant de nocte quando alii dormiunt ad faciendum furta, et habent libenter virgam longam in extremitate uncinum ferreum habentem, cum qua extrahunt vestes vel alias res de domibus per fenestras, et per hoc ut dicunt designabatur futura spoliatio civitatis per caldeos. Sed istud dictum processit ex ignorantia hebraici sermonis, qui sic habet: hic baculum amigdalinum ego video. Et dicit baculum ad designandum percussionem civitatis futuram; amigdalinum ad designandum huius percussionis accelerationem, eo quod inter alias arbores amigdalus multum accelerat emittere flores. Et ideo eum subditur: Bene vidisti, quia vigilabo ego etc. In hebreo habetur: quia festinabo ego etc. Et eadem sententia est in littera nostra cum dicitur: virgam vigilantem et postea vigilabo ego. Per vigiliam enim intelligitur festinatio, eo modo loquendi quo communiter dicitur de homine multum festinante ad aliquid obtinendum quod vigilat super illud. Sacra enim scriptura non semper transfertur de verbo ad verbum, sed aliquando accipiendo sensum ex sententia.

(sic dicit iero[nimus] li. de optimo genere interpretandi)

Et factum est. Hic ponitur secunda visio cum dicitur: Quid tu vides? Exponatur ut supra. Ollam succensam ego video. Non est intelligendum quod videret per imaginariam visionem ollam plenam igne ardente, ut aliqui ymaginantur, sed videbat bullientem, et hoc modo communi verbo dicitur olla succensa quando fortiter bullit, unde in hebreo habetur: ollam bullientem ego video et facies eius, id est ebullitiones que apparent in superficie olle bullientis. In hebreo enim facies ponitur in plurali. A facie aquilonis, id est a parte aquilonis; olla enim posita ad ignem quando bullit eius ebullitiones incipiunt a parte ignis et flectuntur ad partem oppositam, et per hoc significabatur quod caldei civitatem ierusalem invasuri venerunt a parte aquilonis, et ideo sequitur exponendo dictam visionem: Ab aquilone pandetur malum etc. Et ponent unusquisque solium suum, id est tentorium suum in introitu portarum ierusalem ut nullus posset egredi vel ingredi quousque caperetur, vel ad litteram solium suum, quia capta civitate sederunt principes in portis in soliis suis tamquam victores, ut habetur infra xxxix. Et loquar iudicia mea cum eis, reddendo eis penam debitam pro peccatis.

Sed queritur hic quomodo caldei dicuntur venisse ab aquilone, cum caldea sit magis ad orientem respectu iudee. Ad quod dicendum quod nabuchodonosor erat monarcha, ut patet Danielis iiii, et sic regna aquilonis erant sibi subiecta, et pro maiori parte colligit inde exercitum ad veniendum contra ierusalem, ut sic caldeam dimitteret munitam bellatoribus in sua absentia contra pericula imminentia. Quod autem ponitur duplex visio ad significandum idem, scilicet civitatis destructionem, factum ad inducendum veritatem [?] et ut sermo dei velocius impleatur, secundum quod exponit ioseph de duplici sompnio pharaonis famam futuram significante, gen. xli. Tu ergo. Hic consequenter ponitur confortatio eius cum dicitur: Tu ergo accinge lumbos tuos etc. Et sic prompte et paratus ad exequendum mandatum meum, abstinendo a te timorem humanum, propter quod subditur: Nec enim timere te faciam, id est prohibitionem propter quod subditur: Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam etc., quasi diceret: sicut civitas munita non potest capi nec columpna ferrea frangi nec murus ereus penetrari, sic non poteris a tuis adversariis superari, cuius causa subditur: Quia ego tecum sum, qui sum infinite et sic possum te in omnibus protegere.

(i. prophete)

Et factum est. II

Hic consequenter subditur destructionis causa, scilicet populi iudaici malicia. Et dividitur in duas partes, quia primo arguit populi maliciam, secundo ex hoc patitur multiplicem miseriam c. xv. Prima in duas, quia primo arguit populi malignitas, secundo eius incapabilitas xiii capitulo. Prima adhuc in duas, quia primo arguit populi transgressionem, secundo plangit futuram sibi punitionem capitulo iiii circa medium ibi: Eu autem domine demonstra michi [?]. Sed istud dictum videtur repugnare ei quod dictum est capitulo precedenti: Nec enim timere te faciam, quia planctus de malo futuro videtur procedere ex timore. Ad quod dicendum quod sicut dicit philosophus secundo rethoricorum, timor est passio de malo futuro difficili evitabili, non tamen impossibili, quia si apprehenditur ut impossibile evitari iam cessat timor et succedit tristicia, que est passio de malo presenti, quia iam apprehenditur illud malum ut presens, propter quod inducti ad mortem cum illuc ducuntur non timent sed tristantur, et est per eius quod dicitur problematum xxvii quod tristicia exsiccat ossa. Ieremias autem per divinam revelationem erat certus de perseverantia sibi futura, et ideo non erat in eo timor ad hoc sed tristicia, et sic plangebat, quia apprehendebat illam quasi iam presentem propter evasionis impossibilitatem. Planctus enim proprie est de malo presenti vel presenti secundum rem vel secundum apprehensionem. Per predicta patet solutio argumenti.

Prima adhuc in duas, quia primo arguit populi multiplex flagicium, secundo excludit ab eo remedium capitulo v. Prima adhuc in tres, quia primo arguit populi malicia, secundo perpetrandi inverecundia capitulo iii, tertio permanentiam continuam capitulo iiii. Presens autem capitulum in duas partes dividitur, quia primo premittitur dei et populi mutua dilectio, ut ipso populi depravatio iniquior appareat ex precedenti bonitate, secundo ibi: Audite. Circa primum sciendum quod deus magnam dilectionem ostendit populo suo iudaico, quando sic mirabiliter eduxit eum de egypto et sibi specialiter desponsavit per dationem legis, secundum quod dicitur psalmo cxlvii: Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis. Et econverso populus magnam dilectionem ostendit ad deum, quando ad mandatum eius exivit in desertum ubi victualia non crescebant nec cibos ad sufficientiam sibi preparare poterant, et hoc est quod dicitur hic: Vade et clama in auribus ierusalem, id est habitatorum eius, ita quod omnes possint audire, tam maiores quam minores. Hec dicit dominus: Cuius verbum non potest esse falsum. Recordatus sum tui, o ierusalem, miserans adolescentiam tuam, id est tempus tui exitus de egypto. Et caritatem desponsationis tue in legis datione. Quando secuta me es in deserto, ad dictum mo[nitum] meum. In terra que non seminatur, eo quod est omnino sterilis. Sanctus israel domino, quasi diceret: tunc populus israel fuit domino sanctificatus. Primitie frugum eius, quasi diceret: sicut primitie frugum offerebantur domino pre frugibus aliis, sic populus israel fuit ei applicatus specialiter per susceptionem legis, tunc enim dixerunt: Omnia quecumque locutus est dominus faciemus, exo. xxiiii. Omnes qui devorant eum delinquunt: sicut enim primitie non comedebantur licite nisi a sacerdotibus et coniunctis

familiis. sic ipsi vastantes populum iudaicum permanserunt? quia licet hec punitio procedat a divina iustitia, tamen adversarii iudeorum exequebantur voluntarie mala, ideo subditur: Mala venient super eos. sicut declaratum est multipliciter in ysaia et adhuc declarabitur infra. ¶ Audite. hic consequenter describitur ipsi de punitione, et dividitur in duas: quia primo describitur eius malitia, secundo removetur eius falsa fiducia ibi: Si laveris te etc. prima adhuc in tres: secundum quod malitia populi ex tribus ostenditur: primo ex eius ingratitudine, secundo ex gentilium comparatione ibi: Propterea, tertio ex flagellorum multitudine ibi: Numquid servus etc. Circa primum dicit: Quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis. quasi dicat nichil, quia non habet locum in deo. Quia elongaverunt a me. quasi dicat non fuit defectus ex parte mea sed sua. Et ambulaverunt post vanitatem. id est ydola que nullam habent virtutem aut bonitatem. Et vani facti sunt. per ydola. propter quod dicitur psalmo cxiii. similes illis fiant qui faciunt ea etc. quod enim declinaverunt ad ydolatriam patet exo. xxxii. in adoratione vituli et postea in libro iudicum regum et paralipomenon. Et non dixerunt. id est scilicet non consideraverunt. Ubi est dominus qui ascendere nos fecit etc. quia non consideraverunt se gratos de hoc beneficio. Qui traduxit nos per desertum. quod erat locus inhabitabilis et invius. Per terram sitis. quia carebat fontibus et fluminibus. Et ymaginem mortis. propter serpentes et animalia venenosa ibidem existentia deut. viii. Per terram in qua non ambulavit vir. scilicet antea, et si aliqui ambulaverunt fuerunt ita pauci quod quasi nichil sunt reputandi, et tamen in tota ista via deus providit hominibus de victu et vestitu, ita quod nichil eis defuit, secundum quod dicitur deut. ii. c. dominus novit iter tuum quomodo transieris solitudinem hanc magnam per xl annos habitans tecum et nichil tibi defuit, et in hoc maior dei dilectio apparuit quod tanto tempore providit eis et ita bene. Et induxi vos. mutatur modus loquendi de tertia persona ad primam. In terram carmeli. id est in terram israel. exprimitur tamen specialiter carmelus eo quod est locus fertilis et amenus, iste tamen carmelus est alius ab illo carmelo qui est in sorte effraym qui est magis sterilis sicut dictum fuit ysa. xxix. libanus convertetur in chermel et chermel in saltum reputabitur. Et ingressi contaminastis. ... ydolatriis. Sacerdotes non dixerunt ubi est dominus. ... devote requirendo. Et tenentes legem. que data est mei cognitionem. Nescierunt me. recognoscentes me dominum per debita opera. Et pastores. id est reges et principes. Prevaricati sunt in me. cultum michi debitum ydolis exhibentes. Et prophete prophetaverunt in baal. loquitur de falsis prophetis quos reges et principes fovebant contra veros domini prophetas, ut patet iii. regum tempore achab et iiii. tempore manasse et plurium aliorum ut patebit infra xx. ¶ Propterea. hic consequenter ostenditur malitia in comparatione aliarum gentium cum dicitur in persona domini: Propterea adhuc iudicio contendam etc. quasi dicat nolo vos et filios vestros per violentiam deprimere sed per viam iustitie, quia peiores estis gentibus aliis. ideo dicitur: Transite ad insulas cethim. id est ad insulas maris mediterranei in quibus habitant barbari. Et in cedar mittite. id est ad agarenos qui descenderunt ab agar ancilla habrahe per ysmaelem et cedar filium ysmaelis. Et considerate vehementer. id est toto mentis cogitatu. Si mutavit gens. scilicet alia quecumque a vobis deos suos. quasi dicat non, sed quelibet gens alia illud quod prius colit tanquam deum tenuit eius cultum, quamvis sint dii falsi. Populus vero meus. id est populus israel a me specialiter electus. Mutavit gloriam suam. id est deum suum in quo debebat gloriari in ydolum, sicut patet exo. xxxii. ubi tanquam deum colunt ydolum vituli. propter quod dicitur ps. cv. mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli etc. postea vero multis ydolis et variis servierunt, ut patet libris iudicum regum et paralipomenon, et quia illud erat valde horribile, ideo subditur:

Obstupescite celi. id est angeli superiores. Et porte celi. id est angeli inferiores. Sciendum tamen quod in hebreo sic habetur: Obstupescite celi super hoc et turbetis ac desolamini (?). et secundum hebreos loquitur de celo aereo, quod dicitur hic celi in plurali propter diversas eius partes vel accipiendo pluralem pro singulari sicut exo. xxxii. dicitur isti sunt dii tui israel, et tamen erat ibi tantum unicum ydolum. dicitur autem celum aereum metaphorice obstupescere quando ... immutatur, sicut homo stupidus in facie mutatur et modo se habendi in tempestate et dissipatione quando fiunt ibi tonitrua procelle et fulgura que sunt ire divine signa, et per hoc ut dicunt ... destructio civitatis et templi futura prenunciabatur, que fuit maxima tempestas iudeis, sicut in modo communi loquendi dicitur aliqua gens vel civitas tempestari quando magnum infortunium accidit ei, et huius tempestatis subditur causa cum dicitur: Duo enim mala fecit populus meus. et que sint illa subditur: Me dereliquerunt fontem aque vive. sic nominatur deus eo quod est vita per essentiam, dans omnibus aliis vitam et influentiam. Et foderunt sibi. id est cum diligentia et labore quesierunt cisternas dissipatas etc. id est ydola nullam virtutem habentia nec in aliis habitura. ¶ Numquid. hic ostenditur malitia populi ex flagellorum multiplicatione cum dicitur: Numquid servus. scilicet empticius. Aut vernaculus. id est servus natus in domo, ut sic debeat flagellari. quasi dicat non est ista causa, et ideo inquirit de ea cum dicitur: Quare ergo factus est in predam. aliis gentibus. Super eum rugierunt leones. id est assiriorum et egyptiorum reges crudeliter ipsum invadentes. ideo subditur: Posuerunt terram eius etc. et patet litera. Filii quoque memphis et taphnes. id est egyptii sic nominati, quia memphis et taphnis erant civitates nobiles in egypto. Constupraverunt te. id est deturpaverunt te. in hebreo habetur: confregerunt te usque ad verticem. istud fuit impletum quando egyptii interfecerunt iosiam qui erat caput in iuda, et subditur predictorum malorum vera causa cum dicitur: Numquid non istud factum est tibi. quasi dicat sic, quia dereliquisti dominum per ydolatriam eo tempore. id est ab illo tempore quo ducebat te per viam per columpnam ignis et nubis precedendo, ut habetur exo. xiii. et tunc fuit quando populus fecit sibi vitulum conflatilem et adoravit ut deum, exo. xxxii. et pro eo tempore iudicum quando non habebant regem nisi deum, ut habetur primo regum. Et quid tibi est in via egypti ut bibas aquam turbidam. id est nili ut habetur in hebreo, qui nilus dividitur per multos rivos ad irrigandum terram egypti, et sic ex commixtione terre fit eius aqua turbida, et per bibitionem illius aque intelligitur petitio subsidii ab illa gente. Et quid tibi in via assiriorum ut bibas aquam fluminis. scilicet eufratis per terram illam currentis. terra enim israel erat sita inter siriam et egyptum, quia ab aquilone habet siriam, a meridie egyptum, et quando infestabantur filii israel ab una parte querebant auxilium ab altera, et nichil eis valebat, ideo subditur: Arguet te malitia tua. desperantes enim de divino auxilio recurrebant ad humanum, et ideo iusto dei iudicio deficiebant cadentes in manibus adversariorum, ideo subditur: Scito et vide. per experientiam intelligentie ... Quia malum est ex privatione boni quod prius habuit. Et amarum ex ... mali ... in exilio. Reliquisse te dominum. per ydolatriam. Olim a seculo. id est a principio legis date. Confregisti iugum meum. faciendo et adorando conflatilem vitulum. exo. xxxii. Rupisti vincula mea. id est precepta. Et dixisti. scilicet non serviam. sed servistis ydolis, et nemo potest duobus dominis servire. math. vi. In omni enim colle etc. in talibus enim locis collocabant ydola propter eminentiam loci et amenitatem, ibidem in veneratione ydolorum exercentes in quadam specie luxuriam in veneratione veneris et priapi. Ego autem te plantavi vineam electam. in sanctis patribus, primo abraham ysaac et iacob. Quomodo ergo conversa es. quasi dicat ex malitia tua. ¶ Si laveris te. hic consequenter removetur

ista fiducia in duobus que excluduntur. secundum ibi quid niteris. prima in duas quia primo fit istius remotio secundo pene comminatio ibi prohibe. primo in quo confidebant erant sacrificia que in templo offerebantur pro peccatorum expiatione que tamen non valebant absque debita penitentia ideo subdit. Si laveris te nitro. species est terre qua utuntur purgatores vestium et dicitur a nitro nitres quia facit vestes mundas et multiplicaveris tibi herbam borith. que similiter habet vim purgativam in hebreo non habetur herbam. sed tantum borith quod secundum hebreos significat saponem qui habet vim purgativam et per ista intelligitur multiplicatio sacrificiorum veteris legis ad expiendum peccata que non valet ad hoc sine debita penitentia quod dicitur etc. quia peccata negare et defendere gravius est quam facere primo regum xv. quasi peccatum ariolandi est repugnare etc. ideo subdit vide in convalle. scilicet ennon ubi filios suos traducebant per ignem offerentes ydolis. Alia littera dicit in convalle phegor. ubi filii israel commiscuerunt ydolatriam numeri xxv. cursor levis etc. q. d. sine freno cucurristis ad ydolatriam. in hebreo habetur camela levis retinens vias suas. i. modum suum currendi absque oblivione externe et est eadem sententia et dicunt hebrei quod femela cameli amplior est ad coitum dum quam masculus onager assuetus in solitudine. quia ibi quiescit in desiderio anime sue etc. per talem attractionem sentit a longe femelam et sic insequitur sine retinaculo. q. d. sic gens iudaica secuta est ydolatriam. Omnes qui querunt eam. ad fornicandum cum ea per ydolatriam in menstruis eius invenient eam. in lege prohibitum erat ne mulier tempore menstruorum suorum admitteret concubitum alicuius viri propter quod nimis luxuriosa reputabatur que tali tempore se exponebat et per hoc designatur vehementia ydolatrie in populo israel. qui omni tempore erat ad hoc parata in hebreo habetur in mense suo invenient eam. quod exponit. ra. sa. d. quod in uno mense anni onager dormit toto mense et alio tempore non queritur ut capiatur quia hoc esset pro nichilo propter eius cursum velocem sed tunc capitur faciliter et sine defectu et per hoc ut dicit designatur captio gentis iudaice que facta fuit a nabuc. mense iiii. ut habetur iiii. regum ultimo. ¶ Prohibe. etc. hic ponitur pene comminatio. cum dicit prohibe pedem tuum etc. q. d. recede ab ydolatria ne ducaris in captivitatem nudis pedibus et siti sicut solent duci captivi et dixisti desperavi de remedio et ideo non dimittam. in hebreo habetur non curo. scilicet de tali comminatione et magis consonat ei quod sequitur. adamavi quippe alienos. scilicet deos et talis amor vehemens facit non curare de morte ad oppositum. quomodo confunditur. q. d. sic confundentur filii israel quia invenient ydola eorum a caldeis eos salvare non potentia. loquitur propheta de futuro per modum preteriti. ideo subditur in tempore afflictionis sue dicent. i. tempore obsidionis per caldeos et subditur domini responsio surgant etc. quia ipse noluit eos liberare. secundum numerum civitatum etc. pro domini cultu habebant unum altare tantum ad immolandum hostias in ierusalem ex quorum dei contemptus maior ideo sequitur omnes dereliquistis me sine differentia sexus aut etatis. frustra percussi etc. quia non est secuta correctio devoravit gladius vester prophetas vestros. scilicet zachariam tempore ioas et ysaiam tempore manasse et plures alios qui occisi fuerunt ante tempus. secundum. ideo subditur quasi leo vastator. qui alia innocentia occidit ut suos et hodie generatio vestra que semper sitivit sanguinem innoxium. numquid solitudo factus sum israeli. etc. q. d. non. ymo providi ei de terra fertili lacte et melle manenti. quare ergo dicit

etc. nullam causam habuit nisi malitiam suam. Numquid obliviscetur virgo. desponsata ornamenti. quod dat ei sponsus in desponsatione sua et sponsa fascie. i. ligatur mamillarum ne grossicies earum indecenter appareret. q. d. non et per hoc intelligitur quod gens iudaica nullomodo debuit oblivisci legis quam deus dedit ei in ornamentum quando eam desponsavit in monte synai et preceptorum restringentium indecentiam vite. quia tamen fecit contrarium et longo tempore. ideo sequitur populus autem meus etc. ¶ Quid niteris. hic removetur secundum. scilicet apparens iusticia per quam suam malitiam palliabant, unde et rex manasses occisiones prophetarum palliabat zelo legis, imponens eis quod contra moysen locuti fuissent ut dictum fuit ysaie primo ca. propter quod dicitur quid niteris etc. quasi dicat frustra pallias malitiam tuam quia secundum ieronimum simulata sanctitas duplex est iniquitas ad querendam dilectionem allido quod debet te deus diligere insuper et malitias. semper in malis ostendo et malis tuis. i. in sacerdotibus et regibus per quos debebat populus sublevari sicut avis per alas. Inventus est sanguis. scilicet prophetarum et maxime tempore manasse unde dicitur iiii. Re. xxi. et sanguinem innoxium effudit manasses multum nimis ita ut impleret ierusalem usque ad os. non in fossis inveni eos. q. d. ista occisio innocentum non fuit facta in occulto sed in manifesto ita quod non potest negari. Alia littera dicit et hec est vera littera non in fossis inveni eos. et est sensus non habuisti causam occidendi eos sicut ille qui invenit furem de nocte domum effodientem licite potest eum occidere ut habetur exo. xxii. sed in omnibus que supra memoravi. i. quia invenisti eos ad ydolatriam tuam et aliis malis perditis te arguentes ideo occidisti eos cum tamen debuisses eorum verba recepisse cum honore et reverentia dedisti. et dixisti post ista flagitia manifesta absque peccato etc. quia licet malum sit peccare gravius est tamen peccata perpetrata mendaciter excusare. ideo subdit. Ecce ego iudicio contendam tecum. convincens te de malitia tua et puniens non violenter sed racionabiliter et patet littera usque ibi. et ab egypto confunderis sicut confusa es ab assur. tempore enim achaz precesserat ista confusio ab assur. quia spoliata domo domini misit regi assiriorum munera et tamen finaliter non valuit ei sed magis nocuit quia ivit obviam regi assiriorum in damascum et videns ibi altare ydolatrie fecit fieri simile in domo domini quod fuit occasio ruine sibi et populo suo et eodem modo postea est secuta confusio ab egypto tempore sedechie qui ex confidentia regis egypti rebellavit nabuc. regi propter quod venit et ipsum destruxit et ipsum peccatorem occidit et populum captivavit egypti rege nullum auxilium prebente ideo subdit nam et ab ista. scilicet terra egredieris in captivitatem ducta et manus tue erunt super caput tuum. in signum confusionis et tristicie sicut thamar ab amon violata et eiecta posuit manus suas super caput suum. ii. regum xiii. quoniam obtrivit dominus confidentiam tuam. quam habebas in rege egypti et loquitur de futuro per modum preteriti

i. ligamenta

III

Vulgo dicitur

Postquam redarguit populi malitiam hic consequenter arguit peccantium inverecundiam et hoc sub methaphora mulieris pro sua libidine a marito dimisse. Et dividitur in duas partes quia primo arguitur hec inverecundia absolute secundo comparative ibi Et dixi. Circa primum dicit. Vulgo dicitur. i. vulgariter vel communiter Si dimiserit vir uxorem suam. propter effrenatam eius libidinem et recedens ab eo duxerit virum alterum. nolens

aliqualẽ ꝯtinẽ et reconciliacõẽ viri modicũ expectans
numquid reuertetur ad eam ultra. s. vir primus.
q. d. non. Cuius causa subditur numquid nõ polluta
erit. q. d. sic. quia nimis vilificata est. et ex hoc
ostenditur dei clemencia cũ subdit̃ Tu aũt fornicata
es. per ydolatriam cum amatoribus multis. i. seruiendo
multis ydolis. tñ reuertere ad me. q. d. sustinebo
paciẽter te. qđ autẽ subdit̃ et ego suscipiam te. in aliquibus
libris nõ est de textu. quia non est in hebreo
nec in libris correctis. sed sb̃ intelligitur. ꝑpẽ qđ aliqui
expositores posuit hic per modũ glose interlinearis. q
postea inserta sunt textui per imperitiam scriptorum. Leua
oculos tuos in directum. i. ad facta tua recte considerandum.
et vide vbi nõ prostrata sis. q. d. nõ ẽ locus
vbi nõ exercueris ydolatriam tuam. In viis sedebas
sicut latro in deserto ut se exponat transeuntibus ex
pectans eos quasi latro. i. cum magno fornicandi
desiderio. sicut latro expectat aliquẽ transeuntẽ
desideranter eum spoliare. Et polluisti terrã in fornicationibus
tuis. i. in ydolatriis et in maliciis tuis peccando
contra proximum. Quã ob rem prohibite sunt
stille pluuiarum. sicut pz. iii. regum. xvii. vbi dr̃ q clausum
fuit celum. ꝑpẽ peccata terre. sed nõ dr̃ ibi quanto
tempore. sed iacobi. v. dicit̃ q nõ pluit annis tribus
et mensibus sex. ꝑpẽ ydolatriã et alia peccata regis
achab et iezabelis. Comr̃ ex predictis concluditur
in uerecundia peccandi. cũ dr̃ frons mulieris meretricis
et subdit̃ diuina clemencia ad penitenciã recipere
semper parata. cum dr̃ Ergo saltem amodo. i. post
tot et tanta flagicia. voca me pater meus. recognoscendo
beneficium tue creacionis. Dux virginitatis
mee tu es. recognoscendo beneficium eductionis
tue de egypto. cũ tũc populus hebreorum coniunctus erat deo.
ab ydolatrie peccato. s. vsque ad fabricacionẽ vituli.
Numquid irasceris in perpetuum. credendo a me
perdonari. Ecce locuta es et fecisti mala. i. ore
et opere peccasti. et potuisti. me permittente ex meo
demerito. hoc autẽ sequitur et post verbis primis re.
vsque ibi. qđ sermones tuos tacui. et ideo nõ est de
textu. qz nõ ẽ in hebreo. nec in libris bñ correctis.
Et dixit hic comr̃ arguitur in verecundia predicta
comparatiue. s. ad ꝑplm regni isrl. et diuidẽ in
duas partes. qz pº ponitur dcã comparacio. scđo peccantium
renocacio. ibi vade et clama. Circa primum
notatur tempus huius reuelacionis facte. s. cũ dr̃. Et
dixit dñs ad me in diebus iosie regis. s. iude. an
cũ tempore ezechie regis iudee. osee. rex isrl̃. et ꝑpls
eius fuit debellatus et captiuatus in assyrios ꝑpter
ydolatriam. alia peccata ipsorum. scđm qđ legitur iiii
regum. xvii. et hoc ẽ qđ dr̃ Numquid vidisti. i. considerasti
s. eũ nõ vidit oculis carnis. nondum
eni erat natus. qñ ꝑpls regni isrl̃ fuit captiuatus.
qz hoc fuit sexto anno ezechie. iiii. reg. xviii. et
ex tunc vsque ad decimũ octauũ annum regis iosie
in quo ista reuelacio facta fuit. s. ut dicit. iei. fluxerunt
anni. xcviii. ut. pz. iiii. reg. ꝯiungendo
annos intermedios per tempora quibus duo reges regnauerunt
reges iude. illius temporis. s. autẽ adhuc ieremias
cepit prophetare tempore iosie ut dictũ est. c. pmo
Que fecit auersatrix isrl̃. i. ꝑpls regni isrl̃. abiit
sibimet super omnem montem excelsum. re. i. exposuit se omni
ydolatrie. et dixi cum fecisset hec omnia ad me
reuertere. hoc dixit per amos et osee. qui prophetauerunt
regno isrl̃. et non est reuersa. quia ad verba
eorum non fecit penitentiam. sed magis auxit malicias.
et vidit preuaricatrix soror eius iuda. i. ꝑpls
de regno iude. qui descendit ex eisdem parentibus. ꝑpẽ q

vocatur eius soror. q. pro eo q mecata est auersatrix
isrl̃. exponendo se omni ydolatrie. ut dictum est
dimisissem eam in manibus regis assyriorum. et dedissem
ei libellum repudii. permittendo q duceret
in captiuitatem. et non timuit preuaricatrix iuda soror
eius ex dicta pena illata poplo isrl̃. et tamẽ
debuisset timere ne accideret sibi simile. quod nõ
fecit. ideo subditur sed abiit et fornicata ẽ. per ydolatriam
timore dei postposito. et in omnibus his nõ
est reuersa ad me. licet eam reuocaverim verbo prophetarum
et facto puniendo ꝑplm isrl̃ ut dictum est in toto
corde suo. sed in mandacio. qz in ꝑplo iude erant
multi qui exterius videbantur iusti. et tamẽ nõ erant
ut dictum ẽ. ca. precedenti. et dixit dñs ad me. Cuius
dictum nõ potest ee aliud. iustificauit animam suam
auersatrix isrl̃. nõ simpliciter. sed comparatiue. ideo subdit
comparacõẽ preuaricatricis iuda. hoc modo dicit iudas
gen. xxxviii. de thamar. iustior est me. qz
minus peccauit q ipse. et sic est in proposito
tuz quia in regno iuda erat templum et cultus
diuinus quo debebat regnum iuda teneri in timore
dei. cũ qz regnum iuda viderat punicõẽ regni
isrl̃. ex qua debuit a peccato retrahi. regnum vero
isrl̃ nõ sic viderat punicõẽm predictam regni iuda.
Vade hic comr̃ ponitur peccancium reuocacio
et primo de regno israel specialiter. scđo omnium generaliter
ibi conuertimini. Circa primum dr̃ Vade et clama sermones
istos contra aquilonem. et ẽ verbum domini ad iere. qui ut
dicit. ieronimus. sa. fuit missus in terram assyriorum. q est
in plaga aquilonari respectu iudee. vbi ꝑpls
regni isrl̃ detinebatur captiuus ad predicandum eis
penitentiam. alii vero dicunt et verisimilius ut videtur
q missus ad aliquos q de ꝑplo isrl̃ effugerant manus
regis assyriorum. et latuerant in terris circumadiacentibus.
et postea ad terram isrl̃ redierant. et ibi multiplicati
fuerant. et qz erant ydolatrie sicut ante captiuitatem
fratrum suorum. ideo. s. fuit ad reducendum eos de ydolatria
ad dei cultum. qui vigebat in ihrl̃m maxime
tempore iosie. terra autẽ regni isrl̃ est in parte aquilonari
respectu ihrl̃m et regni iude. reuertere auersatrix isrl̃
de ydolatria et non auertam faciem meam a vobis.
sed suscipiam uos in misericordia. quia sanctus ego sum. q.
dicat hoc faciã ex bonitate mea. nõ ꝑpẽ merita vestra.
et quia ad veram conuersionẽ requiritur propria peccati cognitio
ideo subdit̃ tñ scito iniquitatem tuam. rer. et dispersisti
vias tuas alienis. i. ydolis qui dicuntur dii alieni
vocat hic vias tuas. i. pedes tuos quibus procedit̃
per viam. loquitur hic eũ propheta de poplo
isrl̃ sub methafora meretricis. que parata est
diuidẽ pedes suos omni transeunti in concubitu
carnali. sicut dr̃. eze. xvi. diuisisti pedes tuos
omni transeunti per viam sub omni ligno frondoso. in
talibus eñ locis exercebatur ydolatria. et cum hoc aliquando
luxuria in veneracionẽ veneris et priapi. Conuertimini
hic comr̃ ponitur reuocacio peccancium
generaliter. Sciendum tñ q aliqui expositores
nri exposuerunt residuum huius capituli de reditu
filiorum isrl̃ de captiuitate babilonica. et quia plures
eorum remanserunt in babilone detenti amore sobolis
quam ibi genuerant et possessionum quas ibi acquisierant
ideo subditur et assumam uos vnum de ciuitate et duos
de cognacione. rer. et quod subditur et dabo vobis pastores
rer. exponunt de zorobabel. esdra. neemia
aggeo. et zacharia qui gubernauerunt ꝑplm in temporalibus
et spiritualibus. nõ dicent ultra archa testamenti. rer. qz
in templo ab eis reedificato non fuit archa. ut
dictum est. Dicunt etiam hebrei iudei. et licet q

machi. primo/ et sic totum adaptat litteram ad istud propositum prout premissum est/ sed huic dicto obviat quod subditur in tempore illo vocabunt ierusalem solium domini. quia non legitur ierusalem fuisse in tanta solempnitate et reverencia post reditum captivitatis babilonice sed semper vel quasi semper fuit subiecta servituti primo persarum postea grecorum et ultimo romanorum ut patet ex libris esdre. neemie/ et machabeorum et ex evangelio/ item et quod subditur et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine domini. quia non legitur conversio ad iudaismum de gentibus nisi paucorum/ similiter quod subditur in diebus illis ibit domus iuda ad domum israel et venient simul de terra aquilonis. quia non legitur quod aliqui iudei eiusdem temporis fuerunt ad reducendum filios israel de regno assyriorum ubi fuerant ducti per assyrios ut patet quarto regum. xvii. ideo exponit passum istum de tempore christi et hoc dicunt magis catholici expositores. quidam dicunt tamen quod ista sunt adimplenda de futuro sed et expectant christum venturum cuius tamen adventus transiit in preteritum/ igitur sequendo dictum eorum qui tenent ad id quod continet veritas pars ista in qua agitur de vocacione christi qui venit vocare peccatores. math. ix. dividitur in duas/ quia primo circa hanc vocacionem ponitur vocantis benignitas/ secundo vocatorum malignitas ubi sed quomodo. prima adhuc in duas quia primo ponitur dicta vocacio. secundo circa hoc solutio quo ibi et dixi. Circa primum dicitur in persona christi convertimini filii revertentes. id est vere penitentes revertendo de tenebris ad lucem de umbra ad veritatem quia ego vir vester. id est sponsus/ sic enim habetur in hebreo quod proprie convenit christo qui sponsus est ecclesie. secundum quod dicitur iohannis. iii. qui habet sponsam sponsus est/ veritas premisse quia ad vocacionem eius pauci de iudeis crediderunt quia habito respectu ad totam predicacionem id est sequitur et assumam vos unum de civitate etc. id est paucos respectu multitudinis in sua infidelitate remanentis/ et istorum fuit figuracio in ingressu terre promissionis quia de vi.c. milibus qui exierunt de egipto duo tantum ingressi sunt eam. scilicet caleph et iosue/ et introducam vos in syon. id est in ecclesiam militantem que dicitur syon eo quod etiam prout dividitur contra sinagogam. ubi incepit per christum predicacionem et miraculorum operacionem ut patet ex evangelio et spiritus sancti missionem super apostolos ut patet actuum. ii. propter quod de ipsa dicitur. hebreorum. xii. accessistis ad syon montem et ad civitatem dei vivi ierusalem celestem etc. et dabo vobis pastores. scilicet apostolos et pascent vos scientia. propter eruditionem ad hec sciendum et doctrina. id est moribus bonis. cumque multiplicati fueritis. scilicet post christi ascensionem/ secundum quod dicitur actuum. vi. augebatur numerus apostolorum. id est credencium in ierusalem valde et creveritis in terra per vocacionem gentilium ad fidem/ quod videmus impletum per orbem. non dicent ultra archa testamenti. scilicet quod circa eam debeat esse cultus dei sicut fuit tempore veteris testamenti/ neque ascendet super cor. id est fideles non ponent ibi fiduciam sicut faciebat antiquitas quando portabatur ad bellum ut salvaret ab inimicis populum iudeorum/ ut habetur in libro regum in pluribus locis nec recordabuntur amplius quam in fecit moyses. nec fiet ultra. scilicet alia nova et per ista designatur cessatio cerimoniarum veteris legis quam videmus impletam per dictum etiam patet quod videtur ei ... iudeorum dicentium quod in adventu messye reddetur eis archa testamenti et altaria holocaustorum et incensi etc. ad cultum veteris legis pertinencia in tempore illo vocabunt ierusalem. id est ecclesiam ut predictum est solium domini. si hoc refferatur ad ecclesiam triumphantem hoc fuit impletum in ascensione domini/

nam ibi christus sedens est ... et dextra quia ille ... assumptus est in celum et sedet a dextris dei. si vero ecclesiam militantem impletum fuit quando christus sedens apostolos docebat/ et in eukaristia quando venient fideles in ecclesiam in qua tota christus continetur et congregabuntur ad eam omnes gentes. id est aliqui ex omnibus gentibus per fidem caritate formatam et non ambulabunt post pravitatem ... de ydolatria sicut ante fidem receptam in diebus illis ibit domus iuda etc. sciendum quod apostoli fuerunt de domo iuda qui sunt cognati ... ipsi christi ... predicaverunt in persida que est in parte aquilonari respectu terre promissionis unde exierunt christi discipuli ad predicandum per orbem ubi erant multi israelite qui non redierant de captivitate et multi de illis adduxerunt ad fidem sicut et de gentibus ad terram quam dedi patribus vestris. id est ad terram viventium ... christus ascendens in celum transtulit per ... quorum ... fuerant in limbo illa eterna ... promissa principaliter sicut declaravi plenius. gen. xv. ... a deo promissum non est minus sed magis ... vero ... terrena ... bonum quod ... et ideo quicumque pro operibus virtuti a deo ... ad litteram ... principaliter promissum bonum spirituale et eternum. Ego autem dixi quomodo ... id est qualiter ... fidelium multiplicatio et hereditas celestis adeptio. etc. dicitur quomodo ponam te etc. et ... hereditatem preclaram ... exercituum gentium. ... angeli ... et ... et illorum ... est hereditas ecclesie Et dixi. hic ponitur responsio ... patrem vocabis me. id est non solum corde de credendo sed ore confitendo ... unde corde creditur ad iusticiam ore autem fit confessio ad salutem/ et quia fides sine operibus mortua est. iac. ii. ca. ideo subditur et post me ingredi non cessabis. bona opera usque ad finem continuando Sed quomodo. hic ... circa christi vocacionem ... iudeorum malignitas ... quo si contempnat mulier amatorem suum. id est maritum suum ... sic contempsit me domus israel. christum blasfemando persequendo et tandem occidendo/ et in vindictam huius ... destructio iudeorum per romanos ut habetur luce. xix. ideo subditur Vox in viis audita est ploratus etc. ... cum ... ducebantur captivi ad diversas provincias miserias deplorantes quoniam iniquam fecerunt viam suam recedendo a christo qui est via veritas et vita. sed quia post destructionem civitatis aliqui de iudeis christo crediderunt tenentes quod propter eius mortem fuisset illa destructio secuta. ideo. ... hoc ... quantum ad istos dicit convertimini filii revertentes exponatur ut supra. et sanabo aversiones vestras. quibus adversi estis a christo et subditur penitencium responsio. Ecce nos venimus ad te. per fidem tu es dominus deus noster. iudei enim vere conversi christum esse verum deum confitentur. Vere mendaces erant colles etc. id est superbi per colles et montes hic methaphorice designantur sicut ysa. xl. omnis mons et collis humiliabitur/ quia prophete communiter methaphorice loquuntur et isti superbi fuerunt sacerdotes et pharisei qui per suam superbiam christum contempserunt et populum per sua mendacia a fide christi averterunt/ que mendacia conversi de iudaismo recognoscunt vere in domino deo nostro salus israel. secundum quod dicitur actuum. iiii. de ipso et non est in aliquo alio salus confusio. id est primum ...

ipsi quod venit super nos confusio. Comedit laborem patrum nostrorum etc. quia totam omnia preciosa in quibus laboraverant iudei et animalia et filios et filias eorum hostes rapuerunt et ideo sequitur. Dormiemus in confusione nostra quia diu stabimus in infidelitate ideo subdit. quia domino deo nostro peccavimus. ista sunt verba penitencium peccata presentia lamentancium et non solum peccata propria sed patrum suorum et patrum suorum ex domo.

· ca. IIII ·

Si reverteris. Postquam reprehendit populum de peccatis suis in precedentibus hic consequenter arguit eundem et primo ostendit commutacionem arguitur secundo pena debita subiungitur ibi. Annunciate. Circa primum dicitur in persona domini si revertens israel hic accipitur si pro non quia ista reversio non sufficiebat et sic aperte ostendit et eorum non amplius subdit. Si abstuleris offendicula tua i. peccata quibus me offendisti. Non commovebearis. de terra tua in captivitatem babilonicam. Et iurabis vivit dominus etc. hic ponuntur tres condiciones iuramenti et quolibet sequitur sine qua iuramentum nullum est quod etiam veritatem et iudicium in iusticia ut si quis iurat secundum omnem consilium quod cavet iusticia et iudicium i. cautum quod cavet iudicium discretionis vel si aliquis iurat sine causa et sine licencia. Et benedicent eum omnes gentes. Interpretando sibi bona si fecerint ista et mutatur modus loquendi de secunda persona ad tertiam quod hoc non facit ideo in expositionibus dominum sunt et pro isto intelligitur hic populus regni iude quia israel est nomen generale ad omnes hebreos et hoc per hoc quod subditur hec enim dicit dominus viro iuda et ierusalem. in aliquibus libris proponitur habitatori. sed non est de textu. Novate vobis novale. est autem novale terra de novo culta prius spinis et sentibus plena et per hoc innuit peccata que erant inveterata in malicia. Circumcidimini in domino. i. circumcisione spirituali que prius et quis sit illa subdit. et auferte preputia cordium vestrorum. i. peccata et consuetudines peccandi. Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea. etc. i. vindicta mea per ignem et quia hoc non fecerunt in omnibus predictis ideo secuta est succensio civitatis et templi per caldeos tempore sedechie. in IIII. regum ultimo et in I. verbum.

Annunciate. hic consequenter sequitur pena condicionis et dividitur in duas quia primo ponitur comminatio pene. secundo compassio. ibi et dixi. Circa primum dicitur Annunciate in iuda. etc. i. omnibus notificate. et canite tuba in terra. ad convocandum bellatores undique. et dicite congregamini et ingrediamur civitates munitas ut ibi possimus salvari. levate signum. i. vexillum. in syon. ubi erat fortalicium civitatis ierusalem. Confortamini. ad invicem et nolite stare otiosi. quia malum adduco ab aquilone. i. grande bellum quod non poteritis sustinere ideo subdit et contritionem magnam. i. civitatis et templi destructionem. et ideo quod dicit. scilicet canite tuba. et postea levate signum in syon confortamini etc. dicit per ironiam q.d. sic facientes sed nichil valebit vobis. unde subdit. ascendit leo de cubili suo. i. nabugodonosor de regno suo qui dicitur leo eo quod in vexillo suo habebat ymaginem leonis ut dicunt aliqui vel propter suam audaciam et ferocitatem predo gentium se levavit. quia multis gentibus predas accepit egressus est de loco suo ad veniendum contra iudeam ideo subditur ut ponat terram tuam in solitudinem. Civitates destruendo et habitatores captivando et propter hoc fuit iudeis maxima doloris subditur super hoc accingite vos ciliciis etc. in signum tristicie et lamentationis. In die illa dicit dominus peribit cor regis et cor principum. quia de nocte fugerunt per locum

omnibus tamen non valuit eis quia comprehendit eos exercitus caldeorum. in IIII. regum ultimo et in I. verbum. Et obstupescent sacerdotes et prophete. quia adverterunt sedechie regi et principibus contrarium. Et dixi. hic consequenter ponitur compassio etc. eo quod erat de populo illo et dividitur in duas quia primo ponitur ipsius dolor in mente secundo in corpore ibi ventrem meum. circa primum dicitur. Heu heu. interiectio est dolentis et ponitur bis propter amplitudinem destructionis. scilicet templi civitatis et populi. Ergo ne decepisti populum istum. i. decipi permisisti per falsos prophetas qui dicebant sic dicentes i. dicere permittens per eos. Pax erit vobis. post eversionem negative. ergo ne decepisti. q.d. non sed illi qui sic dicebant loqui per se. et ecce pervenit gladius usque ad animam. i. usque ad interitum civitatis populi et principum loquitur de futuro per modum preteriti ideo subditur in tempore illo dicetur etc. Ventus urens in viis que sunt in deserto etc. i. sicut ventus urens omnia consumit que arescunt in deserto eo quod non modicum humoris de humiditate. ita quod exsiccantur et consumuntur a vento urente. Vie filie populi mei. q.d. sic populus meus consumetur ideo subditur non ad ventilandum et ad purgandum sicut in ventilatione tritici purgatur a vento quia granum est pars palea inanis ita cum instrumento ad hoc apto et ventus tollit paleas et granum cadit in area q.d. sic non purgabitur populus meus sed magis consumetur ideo sequitur. spiritus i. ventus. plenus ex hiis. scilicet adversitatibus. veniet mihi. i. ad voluntatem meam et nunc ego. simplex sanat hec credo vel violentia. q.d. non sed ex iusticia ideo subditur sed loquar iudicia mea cum eis puniens eos pro iniquitatibus suis. Ecce quasi nubes. scilicet tempestuosa que subito surgit ascendet. scilicet exercitus caldeorum et dicit ascendet. quia iudea est in altiori situ quam sit regio unde venit. et quasi tempestas currus eius. ad portandum arma et alia exercitui necessaria et isti currus propter multitudinem faciebant strepitum magnum et terribilem ad modum tempestatis. Velociores aquilis etc. parabole est ad designandum velocitatem et fortitudinem equorum. Ve vobis. etc. verbum est prophete plangentis miseriam populi sui imminentem et ostendentis penitentiam dicentis. Lava a malicia etc. ut per hoc ignorantiam dicatur. Usquequo morabuntur in te. etc. q.d. tu nimis tardas agere penitentiam quia in propinquo est dei vindicta unde subdit. vox enim annunciantis. scilicet adventum regis babilonis a dan que est civitas in termino aquilonari iudee contra et caldeorum venit ex illa parte. et notum faciens ydolum. i. regem babilonis qui se faciebat adorari sicut deum in statua aurea. Danielis III. De monte effraym. locus est propinquior ierusalem quam sit dan. et secundum quod exercitus caldeorum magis appropinquabat secundum hoc annunciabant magis sedechie et de tribu ad hoc adiunctum frequenter ideo subditur. Ecce auditum est in ierusalem ubi erat sedechias. Custodes venire. i. caldeos venientes ad obsidendum ierusalem et ita diligenter custodientes portas et exitus quod nullus posset ingredi quin caperetur cuius causa subditur. quia me ad iracundiam provocavit. per ydolatriam et alia mala supposita. Ventrem meum. hic consequenter ponitur dolor prophete in corpore vehemens et motus mentis gaudii vel doloris redundat ad corpus. ideo dicit. Ventrem meum etc. q.d. ita affligor in corpore sicut mulier parturiens vel sicut vir torsiones horribiles sentiens. Sensus cordis mei turbati. ex vehementia doloris quoniam vocem buccine audivit anima mea. videlicet exercitus caldeorum de longinquo invasurum cum strepitu curruum tubis et clamoribus bellicis. Contritio super contritionem. quia prius vastata est populus fame secundo gladio. quia te vastata sunt tabernacula mea. i. templum ubi erant mea tabernacula subito pelles mee sequitur de illo salomone

provocavit

ad modum tabernaculi moysi quod fuit opertum pellibus ut
habetur exo. xxvi. Usquequo videbo fugientem per hoc desi
gnat quod populus iste non posset se defendere. Quia stultus populus
meus. filio populus iste credendo me non cognovit urbem
meam rumpiendo ut habetur .i. in multis locis. Filii in
sipientes sunt. nescientes destruere veritatem filio. et
vecordes. tamquam in sanum pseudo prophetarum dicta sequentes
sapientes sunt ut faciant mala. ista est sapientia mundi
que est terrena animalis et dyabolica. Jac. iii. Aspexi terram
.i. iudee. et ecce vacua erat bonis omnibus per caldeos
inde sublatis et habitatoribus captivatis et celos et
non erat lux in eis loquitur methaphorice per hoc designatur
magnitudinem tribulacionis imminentis secundum communem
loquendi modum quo potens in angustia magna
dicitur celum obtenebratum et hic modus loquendi fre
quens est in scriptura. Vidi montes etc. .i. principes
iudee et bellatores et ecce movebantur ad fugam
tamquam viribus dissoluti. Intuitus sum et ecce non erat
homo. quia primus in captivitatem ductum et per fugam eva
serunt pauci ut habetur .i. xl. ideo subditur et omne vola
tile etc. per hoc designantur evadentes in fuga. Aspexi
et ecce carmelus desertus .i. iudea a carmelo denom
inata eo quod erat locus fertilis et amenus. intelli
go tamen de carmelo qui est in sorte iude quia alius
erat in sorte effraym scilicet. cetera patent ex dictis
usque ibi. Sed tamen consummacionem non faciam .i. populi
omnimodam destruccionem quia postea tempore cyri redierunt
in iudeam et reedificaverunt templum et civitatem ut habetur
primo esdre et nee. quia tamen hoc fuit post lxx.
annos ideo subditur. Lugebit terra tamquam multa
que dicitur methaphorice lugere sicut pratum viride dicitur
ridere et eodem modo quod subditur et merebunt celi desu
per. ros et pluvia inde descendentes non proficiebant
ibi propter defectum hominum colencium. eo quod locutus sum
dominus hanc vindictam inferendo ideo subditur cogitavi
etc. A voce equitis. etc. .i. equitum regis babilonis
et accipitur hic singulare pro plurali sicut exo. viii.
venit musca gravissima .i. multitudo muscarum. Fugit
omnis civitas .i. habitatores omnium civitatum. Ingressi
sunt ardua .i. loca inaccessibilia equitibus ubi multi
fuerunt fame mortui non audentes inde egredi ad que
rendum victum sibi clamantes vastatam quid facies. q
d. non habebis remedium unde subditur Cum vestieris te
coccino. etc. loquitur de iuda sub methaphora mere
tricis se ornantis vestibus et localibus et unguentis
meretriciis cum subditur et pinxeris stibio .i. fardo
facie sicut dicitur de iezabel. iiii. Reg. ix. Et hoc ad quem
dum gratiam frustra componis. cuius causa subditur contemp
serunt te amatores tui .i. caldei cum quibus mecha
ta fuisti per ydolatriam. animam tuam querent auferre
de corpore ideo subditur Vocem quasi parturientis audivi
etc. in quo populus describit clamorem morientium
fame et gladio et ideo subdit Ve michi etc. lamen
tans miseriam populi sui

fuit omnis ex pri

V

Circuite. Supra le. arguit regni iude multiplex flagicium propter quod meruit
supplicium. hic consequenter excludit remedium et dividitur
in duas partes quia primo ponitur remedii exclusio secundo
subditur lamentacio ca. ix. prima in iii. secundum quod tria
sunt que excludit in hoc capitulo et duobus sequentibus scilicet
populi iusticia, sacerdotum oratio, templi sanctitas, doc
torum veritas ut videbitur. Primum autem quod per quod potest populo
dari remedium esset aliquorum iusticia pro quibus parce
retur toti populo. Sicut. gen. xviii. dixit se velle par
cere civitati sodomorum pro decem iustis si ibi invenirentur

invenirentur et istud remedium in hoc capitulo removetur
et excluditur et dividitur in tres partes quia primo excluditur
iusticia vulgarium secundo principum ibi Ego autem dixi
tercio istorum et illorum ibi super quo. Circa primum dicitur
Circuite vias ierusalem querendo diligenter et non super
ficialiter. Si inveneritis virum facientem iudicium .i. aliquos
viros iustos in tali numero quod propter eos deceret parci
communitati. non enim accipitur hic virum facientem iudicium
pro uno solo quia ibi erant Jeremias et baruch et abdemelech
ethiops qui erant iusti ad hoc enim quod pro iusticia a
liquorum communitati parcatur sufficiens numerus requiritur
unde et abraham petens a domino ut pro aliquibus
iustis parceretur sodome non fuit ausus ultra decem des
cendere. gen. xviii. Quod si etiam vivit dominus dixerint
quasi faciendo reverenciam nomini divino et hoc falso iurabunt
et sic tale iuramentum vertitur in dei irreverenciam. Domine
oculi tui respiciunt fidem .i. mentis fidelitatem et non
tantum verba secundum quod dicitur .i. Reg. xvi. homo videt
ea que patent deus autem intuetur cor. Percussisti eos.
per reges assiriorum et egypti qui antiquis temporibus afflixerunt
regnum iude ut patet. iiii. Reg. Et non doluerunt dolore
contricionis de peccatis suis ideo sequitur postea Induraverunt
facies suas super petram. In peccatis et quasi
permanentes ut patet per supradicta. et noluerunt reverti
de malicia sua ad monita prophetarum. Ego autem
hic consequenter excluditur iusticia principum cum dicitur Dixi
forsitan pauperes sunt et stulti. vulgares isti cum quibus
subditur ignorantes viam domini. quantum ad precep
ta moralia et ceremonialia et iudicium dei sui quantum
ad iudicialia quia tales homines sequuntur agriculture
et operibus mecanicis et non vacantes verbis audiendis
Ibo igitur ad optimates .i. ad reges et principes et
alios maiores quibus est cognicionis .i. cognoscere
debuerunt viam domini et iudicium dei sui. exponitur
ut supra de rege enim scribitur deut. xvii. quod debet habere
legem et eam meditari et idem intelligendum
de principibus et ecce magis hii confregerunt iugum
.i. precepta moralia et ceremonialia transgrediendo
ruperunt vincula .i. precepta iudicialia que erant
quedam retinacula a transgressione peccatorum timore
et quia peccatum istorum erat gravius racione status alti
oris et maioris cognicionis ideo subditur quadru
plex pena que inflicta est iudeis successive secundum
diversa tempora videlicet. Ideo percussit eos leo de silva
.i. rex babilonis qui per leonem intelligitur ut dictum
est capitulo precedenti. lupus ad vesperam .i. rex persarum et
medorum qui aliquando fuerunt iudeis benivoli tamen
post eum fuerunt aliqui alii eis dure tenentes eos
sub servitute gravi. pardus vigilans super civitates
eorum ad eas spoliandum per hoc intelligitur regnum grecorum
et potissime anthiochi illustris qui multa mala
intulit iudeis ut patet primo mach. et secundo. omnis
qui egressus fuerit ex eis capietur. per romanum imperium
per eodem significatum ut dicit hic glo. hoc
potissime fuit impletum quando titus destruxit civitatem
et templum et captivavit et cum predicta subditur
quia multiplicate sunt prevaricaciones eorum ante
captivitatem babilonicam confortate sunt aver
siones eorum post tempora dicte captivitatis et potis
sime tempore christi a quo iudei per doctores sacerdo
tum et phariseorum fuerunt aversi ut dictum est.
Super quo hic consequenter describitur malicia tam laycorum
generalis et dividitur in duas partes quia primo con
cludendo maliciam iusticiam eorum excludit ex parte
malicie secundo subditur debita pena ibi hoc ergo.
Circa primum dicitur Super quo tibi propicius esse potero
q. d. dixi ex quo non est iusticia in vulgaribus

necē i principibus ex parte ipsi non potest tibi reme
diari et ideo de utrisque subditur. filii tui. i. maiores
et minores qui dicuntur filii regni inde et etiam
ierusalem que erat metropolis. dereliquerunt
me. per ydolatriam et iurant in ydolis ad eorum re
verentiam saturavi eos repellendo bonis temporali
bus et mechati sunt per ydolatriam que est spiritualis
mechia et etiam temporali luxuria ideo sequitur et
in domo meretricis etc. equi amatores effemi
nati. in hoc notat effrenatam eorum luxuriam
eo quod equi pre ardore libidinis aliquando insaniunt post
equas. unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat
i. signa luxurie ostendebat in ueteri unde numquid
super hiis non visitabo. q. d. sic ideo convertit sermonem
ad caldeos dicens ascendite muros eius et dissi
pate eum etc. et gentem. consumationem autem i. totalem
ipsi exterminationem nolite facere. quia illi qui fuerunt
ad vitam reservati et in captiuitatem ducti postea
redierunt in iudeam tempore cyri. auferte propagines
eius. i. ramos et non radices per hoc designatur
redditum predictum quia non sunt domini. i. servientes
ei. prevaricatione enim prevaricatur in me. domus israel
i. decem tribus que iam erant captiuate in assyria
et domus iuda. i. due tribus postea. postea negave
runt dominum. s. facto ydolis immolando. nec veniet
super nos malum. a. s. et aliis prophetis minantibus
sic ei falso estimabant. ideo sequitur. prophete fuerunt in
ventum locuti. i. pro nichilo. et responsum non fuit
in eis. quia non est sententia aliqua eorum certa. ¶ hec d.
hic commemoratur debita pena et primo ponitur huius
pene comminatio. secundo communitionis iactatio ibi. quod sequitur
tis. circa primum dicitur hec. quia locuti estis. i. pene que
sequuntur. Ecce ego do verba mea in ore tuo
in ignem. verbum enim domini ad se. quia per domini
enim verbi sunt accendendas etc. i. eas et populum istum in ligna.
quia nihil de populo cum eum etc. fuit combusti. Ecce ego ad
ducam super vos gentem de longinquo. q. d. non inferebar
vobis ex aliqua familiaritate propinqua sic solet esse inter
inimicos. gentem robustam cui non poteritis resistere. gen
tem antiquam. quia nemproth cito post diluvium
regnavit in caldea. q. d. exercitata est in armis
ab antiquo. gentem cuius ignorabis linguam. et
ideo preces non valebunt apud eam quia non intel
liget te. nec tu eam. pharetra eius quasi sepulcrum pa
tens. q. d. in ea sunt optimi sagittarii ita quod per
cussi ab eis statim moriuntur et ad sepulcrum portantur.
universi fortes. ad sustinendum belli labores. et
comedet segetes tuas etc. i. destruet omnia
bona tua in rebus proprie et animalibus et terre fructibus
verumptamen in diebus illis. etc. exponitur ut supra.
¶ Quod si dixeritis. hic commemoratur dicte comminationis du
plex causa. secunda ibi. iniquitates. prima ideo accipitur
ex peccato ydolatrie cum dicitur. dices ad eos tu. s.
ex domini persona sicut dereliquistis me. legem
meam transgrediendo. et servistis deo alieno in terra
vestra. s. in iudea. sic servietis alienis in terra non vestra
s. in babilone ubi multi de iudeis translati servie
runt illius terre ydolatrie audi populus stulte qui
non habes cor. i. intelligentiam boni cor enim frequenter ponitur
in scriptura pro mente seu intelligentia. qui habentes
oculos. scilicet corporis non videtis oculis mentis. me ergo
non timebitis. etc. q. d. me debetis timere et de offensa
mea dolore cuius ideo subditur. qui posui arenam. i.
terram aridam terminum mari quod non transit ultra se
effundendo. et commovebuntur etc. i. quantumque
commoveantur et in tempestate fluctus eius non tamen
transeunt terminum a me prefixum eis tamen nullam
habent cognitionem. ¶ Populo autem huic ad ymaginem dei facto
per rationem et intellectum factum est cor incredulum. verbis
meis per prophetas dictis et exasperans. i. leges meas
transgrediens cetera patent in littera. ¶ Iniquitates hic
commemoratur secunda ratio que accipitur ex peccato avaricie
et primo ostenditur hec littera precedenti cum dicitur. Iniqui
tates vestre declinaverunt hec. i. abstulerunt plenitudinem an
nue messis et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis
s. bonum spirituale et temporale et subditur quomodo quia inventi
sunt in populo meo impii. insidiantes simplicibus ad eos
decipiendum et depraedandum. quasi aucupes qui stu
dent decipere aves et ideo subditur sicut decipula. i. re
the aucupis. plena avibus. ab eis deceptis. sic do
mus eorum plene dolo. i. bonis simplicium dolose acqui
sitis. ideo magnificati sunt etc. et preterierunt ser
mones meos pessime. quia secundum quod dicit apostolus
thimo. vi. radix omnium malorum est cupiditas ideo subditur
causam non iudicaverunt. s. iuste sed iniuste propter munera
aliquid libri habent causam vidue sed viduae non est in he
breo nec in libris correctis causam ipsi non direxerunt
etc. quia non sperabant inde lucrum. numquid super
hiis non visitabo. q. d. immo penam debitam inferendo
stupor et mirabilia facta sunt in terra et que sit ista
subditur prophete. s. falsi. prophetabant mendacium. cum tamen
fingebant quod loquerentur quasi de ore dei qui est ve
ritas. et sacerdotes qui pastores dicuntur esse intelligentes
applaudebant eorum mandatis et populus meus dilexit
talia. quia populus communis pronus est ad mala quam dig
facientes vos sacerdotes et prophete falsi. in novissimo eius. s.
populi mei quando per caldeos occidetur et captiuabitur
q. d. cum eis consimiliter moriemini et captiuabimini.

Confortamini. VI

Hic excluditur secundum remedium. s. sacerdotum
suffragia pro quo peccatur populus sicut ad esset sicut ad peccata aaron.
et oblationem incensi extinctus fuit ignis qui devorabat populum
numeri xvi. sed hoc remedium in hoc capitulo excluditur quod dividitur
in iii partes quia primo periculum populo imminens. secundo causa periculi
ibi assignatur ibi. omnes enim. tertio remedium per sacerdotes
enarratur ibi a minore. quarto denunciatio punitionis vi
tur ibi. propter ea. circa primum dicit propheta confortamini filii benia
min in medio ierusalem ad deffendendum eam hoc autem dicit
quia ierusalem pro una parte erat in sorte beniamin et in the
cua clangite. thecua enim et bethacarem erant duo forta
licia in iudea in parte aquilonari respectu ierusalem et ideo in
illis ponitur armatorum custodie eis ad impediendum iter exer
citus caldeorum venientis ex illa parte versus ierusalem ut dictum est supra
c. i. speciose et delicate. s. mulieri que non potest sustinere aliquos
labores assimilavi filiam syon. i. ierusalem que dicitur filia syon
eo quod templum et regis palatium erant in monte syon et per ierusalem
hic intelligitur populus habitans in ea et ideo quod dictum est confortamini
etc. dicitur yronice. q. d. populus sic factus est ineptus ad
resistendum [illegible] non potuit unde subditur ad eam. s. ierusalem
venient pastores et greges eorum. i. principes exercitus regis
babilonis cum aciebus suis. fixerunt in ea tentoria in cir
cuitu sic eam obsidendo ut nullus posset egredi ad fugien
dum nec ingredi ad prebendum obsessis auxilium. pascet unus
quisque. principium dominorum eorum qui sunt in manu sua. de pone
re sufficientie super eam bellum. i. affirmate per sacramentum in una
significatione. i. est quod firmum consurgite. verbum est bellan
tium contra ierusalem et mutuo se exortantium et ascendamus
muros eius in meridie. In quo designatur desiderium eorum ad
bellandum contra eam quia non tardant pro fervore solis ab
actu bellandi. ve nobis quia declinavit dies et sic non
potuimus eam capere ante noctem surgite et ascendamus in
nocte totum istud dicitur ad exprimendum desiderium

caldeorum qui non recedunt a bello propter tenebras noctis et quando homines solent quiescere a labore diurno. Cedite lignum eius .i. ligna nemoris in circuitu et fundite .i. effundite circa hierusalem aggerem .i. aggerem de ligno terra et lapidibus ad implendum fossata. Hec est civitas visitationis .i. punitionis a deo. ¶ Omnis hic consequenter dicte punitionis assignatur causa dicendo omnis calumnia in medio eius quia potentiores omnibus modis querebant occasiones contra minores ad rapiendum bona eorum. Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam etc. hoc dicitur quia caritas in populo erat refrigerata totaliter et per consequens malicia augmentata secundum quod dicit salvator Mat. xxiiii. et quoniam habundabit iniquitas refrigescet caritas multorum. In hebreo habetur sicut puteus effluit aquam suam. sic etiam sic populus generat maliciam suam. Iniquitas et vastitas audietur in ea .i. destructio et plaga. Erudire hierusalem. verbum est domini comminationis compassionis. ne forte recedat anima mea a te .i. dilectio mea. ne forte ponam te desertam. et de cetero inhabitabilem. Usque ad racemum colliget etc. .i. usque tenetur hic exclusive et est sensus quod sicut pauci racemi evadunt manus vindematorum sic pauci iudei evadent manus caldeorum. Ideo subditur Converte manum tuam sicut vindemiator ad cartallum. quod est instrumentum in quo portantur uve ad pressorium et est verbum domini directum ad exercitum caldeorum qui partim occiderunt et partim captivaverunt populum ipsum ducentes ad pressorium mortis et angustie. In hebreo habetur ad iteratas servitutes. per hoc designatur captivatio iudeorum qui remanserant cum godolia. quo interfecto fugerunt in egyptum contra consilium ieremie ut habetur infra xliii. et ubi cum egiptiis perierunt per caldeos ut habetur infra xliiii. Cui loquar. verbum est ieremie desperantis de iudeorum correctione ideo subditur Ecce incircumcise aures eorum. In hebreo habetur obturate. Ecce verbum domini factum est eis in opprobrium. quod est pessimum et peius est ipsum vituperare quam non audire. propter quod subdit propheta. Idcirco furore domini .i. vindicta eius. plenus sum. quia plene revelata est michi super populum futura. Laboravi sustinens. populo meo compaciens. effunde .i. effundes divinam vindictam. loquitur ieremias ad dominum. super parvulum foris etc. q.d. non parces alicui nec etati sexus aut conditionis. et transibunt domus eorum ad alteros .i. bona de domibus eorum et agri .i. bona agrorum. caldei enim non remanserunt in terra ad possidendum agros et domos in iudea. A minore hic consequenter excluditur remedium quod posset haberi per sacerdotium et propter maliciam ipsorum. secundo propter displicentiam sacrificiorum ibi ut quid. Circa primum dicitur a minore quippe .i. levita qui ministrabat sacerdoti. usque ad maiorem .i. summum sacerdotem omnes avaricie student. variis cautelis et dolis subtrahendo bona laycorum. et curabant contritionem filie populi mei .i. destructionem hierusalem per prophetas domini nunciatam cum ignominia .i. cum falsitate dicentes pax pax. scilicet populo et civitati. confusi sunt .i. confundentur in destructione civitatis. quia tunc eorum falsitas apparebit et ipsi ignominiose occidentur et captivabuntur. Quin potius confusione non sunt confusi. quia ante destructionem civitatis apparuit eorum falsitas in multis de quo non erubescebant sed magis errorem suum mendaciis palliabant quapropter cadent inter ruentes. quia in captione hierusalem fuerunt cum aliis partim occisi et partim captivati. State super vias .i. varios vivendi modos et videte inspiciendo septimas (?) et interrogate. prophetas domini qui sciunt intellectum scripturarum periculatores (?) super se. de semitis antiquis .i. antiquorum scilicet habraham. ysaac. iacob. et aliorum sanctorum patrum. et ambulate in ea. aliter eius cognitio non proficeret. et invenietis refrigerium animabus vestris. in sinu abrahe cum patribus sanctis. et dixerunt. facto. non ambulabimus quia vivebant in contrarium. et constitui super vos speculatores. scilicet prophetas sanctos secundum quod dicitur

eze. iii. fili hominis speculatorem dedi te domui israel. audite vocem tube .i. sermonem prophetie qui dicitur tuba eo quod sicut tuba malis (?) non potest emittere sonum nisi insufflata sic prophete sancti loquebantur a deo in spiritu. ii. petri .i. non enim voluntate humana aliqua allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt dei homines. Et dixerunt non audiemus. quia prophetis non credebant sed magis eis calumpnias inferebant ut habetur infra xx. capitulo propter quod subditur pena eorum cum dicitur Ecce ego adducam mala etc. fructum cogitationum eorum. fructus est ultimum quod de arbore expectatur et similiter pena vel premium est ultimum quod pro opere malo vel bono expectatur ultimo quia recipitur. ¶ Ut quid hic excluditur remedium per sacerdotes quantum ad sacrificia per ipsos oblata. que non erant tunc deo placentia propter quod dicitur in persona dei. Ut quid michi thus de saba affertis. in illa enim terra invenitur thus lucidissimum quod ponebatur in thymiamate cremendo in altari incensi. exo. xxx. et calamum suave olentem de terra longinqua .i. de india. est enim calamus arbor aromatica gracilis et nodosa ad modum canne vel arundinis et ponebatur in sacra unctione qua ungebantur vasa divino cultui deputata et consecrata. exo. xxx. Holocaustomata vestra .i. sacrificia totaliter incensa non sunt accepta. quia sacrificia veteris legis non erant accepta ex se ipsis sicut est eucaristia que est sacramentum nove legis sed erant tantum accepta ex fide et devotione offerentium. Sacerdotes autem tunc erant infideles et indevoti ut patet ex predictis et ideo sacrificia et victime eorum non placebant deo. ¶ Propterea hic consequenter concluso remedio ex parte sacerdotum iteratur denunciatio punitionis et primo ponitur hec iteratio. secundo infertur quedam conclusio ibi probatorem. Circa primum dicitur propterea .i. propter mala supradicta. Ecce ego dabo in populum istum ruinas scilicet gladii et captivitatis. Ecce populus venit de terra aquilonis. scilicet exercitus nabuchodonosor qui intravit iudeam ex illa parte. gens magna etc. .i. fortis et ad prelium docta. Crudelis est. et sic non parcet alicui pietate ducta. Vox eius quasi mare sonabit .i. terribilis sicut sonus maris ex undarum collisione est terribilis. Audivimus famam eius loquitur ieremias in persona populi iude. Dissolute sunt manus nostre. pre timore. nam timor enim cordis causat tremorem in exterioribus membris. cetera patent usque ibi filia populi mei .i. ierusalem que dicitur populi filia eo quod fuit ab eo edificata vel ad litteram filia .i. filie accipiendo singulare pro plurali. Sicut exo. viii. venit musca gravissima .i. multitudo muscarum. accinge cilicio etc. in signum tristicie et doloris mulieres enim in talibus tribulationibus ostendunt maiora signa tristicie quam viri. luctum unigeniti fac tibi .i. similem luctui quem facit mulier pro morte unigeniti filii sui qui est maximus et amarissimus. ¶ Probatorem hic ex predictis profertur conclusio scilicet quod labor ieremie ad revocandum sacerdotes et populum de malo ad bonum non habuit aliquem effectum sicut labor examinatoris seu probatoris alicuius metalli quando metallum illud non purgatur sed magis inficitur et consumitur et hoc est quod dicit dominus ieremie. probatorem .i. examinatorem dedi te in populo isto robustum. quia propter quascumque minas et persecutiones non dimisit arguere eius malum. sed quia correctio non fuit secuta ideo subditur omnes isti principes declinantes a cultu dei per ydolatriam ambulantes fraudulenter. dolo et calumpnia alios homines defraudantes. es et ferrum universi .i. incorrigibiles ideo subditur corrupti sunt et non emendati. defecit sufflatorium in igne .i. non habuit effectum verbum tuum. consumptum est plumbum. Sicut exo. viii. venit musca gravissima .i. multitudo muscarum. accinge cilicio etc. in signum tristicie et doloris mulieres enim in talibus

eiulacionis ostendunt maiora signa tristicie quam ceteri. luctum unigeniti fac tibi. i. similem luctui quem facit mater pro morte unigeniti filii tui qui est maximus et amarissimus. ¶ Probatorem. hic exponitur infertur conclusio. s. quia labor. sc. ad reuocandum sacerdotes et populum de malo ad bonum non habuit aliquem effectum sicut labor examinatoris seu probatoris alicuius metalli quando metallum illud non purificatur sed magis nigrum et ensee consumitur. et hoc est quod dicit dominus. sc. probatorem. i. examinatorem. dedi te in populo isto robustum. quia per quasi cunque minas et persecuciones non dimisit arguere eorum malum sed quia correcti non fuerunt sequitur. ideo subditur. omnes isti principes declinantes. a cultu domini per ydolatriam ambulantes fraudulenter. dolo et calumpnia alios homines sine defendentes. es et ferrum uniuersi. i. incorrigibiles. ideo subditur. corrupti sunt. et non emendati defecit sufflatorium in igne. i. non habuit effectum verbum tuum consumptum est plumbum. loquitur de. sc. ad modum aurifabri qui fundens aurum uel argentum in igne apponit stannum uel plumbum ut calor ignis aurum uel argentum non consumat sed magis stagnum uel plumbum et ideo quando stagnum est totaliter consumptum ignis consumit aurum uel argentum positum in fornace et sic eo consumpto labor aurifabri non habet effectum optatum sed magis contrarium et sic est. sc. in correctione iudeorum. ideo subditur. frustra conflauit conflator et cetera. et patet sententia expositis.

VII

Verbum. hic consequenter excluditur remedium in quo confidebant iudei. s. sanctitas templi propter quam credebant ab aduersariis defensari. ¶ Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur hec exclusio secundo dicti confirmacio ibi. tu ergo. prima in duas quia primo ponitur exclusio remedii ¶ Secundo destructio templi. ite ad locum. prima in duas quia primo excluditur fiducia in templo ex omissione boni impositi secundo ex commissione mali prohibiti ibi. ecce uos. Circa primum dicitur. sc. sta in porta domus domini. et cetera ingredientes et egredientes possint te audire. cetera patent usque ibi. bonas facite vias vestras. i. opera vestra et studia vestra. i. cogitaciones. et habitabo uobiscum in loco isto. i. uestras preces exaudiendo. q. d. si ista obmiseritis sicut non exaudiam. ideo subditur. nolite confidere in verbis mendacii. que dicebantur a sacerdotibus propter temporale lucrum. et que sunt illa subditur templum domini. et cetera. sic enim dicebant sacerdotes quod omnia mala cessarent eis si facerent multas oblaciones et replicatur. sc. ut sacerdotes ostenderent dictum suum magis firmum quod tamen erat falsum quia primo loquimur prima de preteritis et tercio de futuris. ideo subditur. quoniam si benedixeritis. i. benedictionem dignas feceritis vias vestras et cetera. i. operaciones et cogitaciones vestras et explicat magis in speciali dicens. si feceritis uos iudices. iudicium. s. rectum quantum ad ciuitaneos et etiam quantum ad extraneos. ideo dicitur aduene. et quantum ad impotentes se deffendere. ideo subditur. et pupillo et uidue non feceritis calumpniam. et istud tangit iudices ut in inferiori parte oppositi non contempnent eos et etiam alios inferiores ut non moueant contra eos causas iniustas. nec sanguinem innocentem effunderitis. uos iudices innocentes condempnando et uos inferiores falso accusando. et in hoc monet eos quod se habeant iuste erga proximum. et post deos alienos ambulauerit colendo solum deum verum. ista imponuntur hominibus facienda. s. bona se habere in hiis que sunt ad deum et in hiis que ad proximum. habitabo uobiscum. exponitur ut supra. Ecce uos. hic consequenter excluditur dicta fiducia ex commissione mali prohibiti cum dicitur. ecce uos confiditis uobis in sermonibus mendacii. pseudoprophetarum et sacerdotum qui non proderunt uobis sed magis nocebunt nimis eis credendo plus significat furari. per quod notatur peccatum in rebus possessis. occidere. nocendo ei in propria persona. adulterari in persona sibi coniuncta. iurare mendaciter et cetera. ista sunt peccata contra deum directe et per hoc designatur quod sacerdotes et populus falsi informabant populum quod omne peccatum commissum contra deum uel proximum remittebatur eis per solas oblaciones in templo que cedebant in usum sacerdotum uel in toto cum in eis erant oblaciones pro peccato de oblacionibus autem pacificis una pars cedebat in usum offerencium. ideo subditur et uenistis considerate secundum informacionem predictam et dixistis. Estimus facti oblacionibus nostris liberati sumus ab omnibus peccatis eo quod fecimus abhominaciones istas. quod potest exponi dupliciter uno modo sic eo quod fecerimus. i. ab omni eo malo quod fecerimus absque alia satisfaccione. alio modo sic eo quod fecerimus abhominaciones istas. i. eo quod fecimus oblaciones in templo que secundum ueritatem erant abhominaciones ipsi deo quia de alienis erant facte et mala intencione. ideo subditur. numquid ergo spelunca latronum et cetera. q. d. sic. spelunca enim latronum est eis ad refugium et posicionem spoliorum furtorum et sic isti ad templum intrabant pro salute consequenda et ibi offerebant predas et latrocinia. ¶ Ite hic exprimitur minatur templi destruccio cum dicitur ite ad locum meum. i. cultui meo deputatum. in sylo. que est ciuitas in sorte effraym. ubi habitauit nomen meum a principio. quia tabernaculum moysi et archa testamenti primo inuenit ibi stabilem mensionem ut habetur. iosue. xviii. et uidete quid fecerim ei. quia locus iam erat destructus et cultus domini inde sublatus. et nunc quia fecistis omnia opera hec. i. mala predicta que sunt tanta uel maiora quam illa populi que destructa fuit sylo. et locutus sum ad uos. per prophetas. uos reuocando mane consurgens. i. diligenter hoc faciens. et non audistis uos corrigendo faciam domui huic. i. templo templo per salomonem edificato sicut feci sylo. quod impletum fuit per nabuchodonosor qui destruxit ciuitatem et templum ut habetur infra. et proiciam uos a facie mea. eiciendo uos de terra vestra in babiloniam captiuos. sicut proieci omnes fratres uestros. s. x. tribus qui iam erant captiuate in assirios uniuersum semen effraym. hoc dicitur quia illa tribus erat principalior inter decem et quia ieroboam primus rex eorum fuit de tribu effraym ¶ Tu ergo. exclusio dicto remedio hic consequenter ponitur dicte exclusionis confirmacio et hoc ex tribus que hic excluduntur. s. sc. orationes et holocausta oblaciones ibi. hec dicit. et ad bellum populi cum deo ibi tonde capillum. Circa primum dicit dominus. sc. tu ergo noli orare pro populo hoc. et subditur post et non obsistas michi. rogando quod non inferam ei predicta mala quia non exaudiam te. cuius causa subditur nonne vides quid isti faciunt. i. quam horribile. q. d. dignum est quod puniantur et quid sit illud ostenditur filii colligunt ligna ad coquendum ydolatrie sacrificia ad hoc enim parui inducebantur a parentibus ut nutriti in talibus in senectute non recederent ab eis secundum quod dicitur prouerbiorum xxii. adolescens iuxta uiam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea et patres succendunt ignem dantes filiis exemplum sic faciendi cum uenerit ad etatem adultam et mulieres conspergunt adipem. i. fariam tritici delicatissimam secundum illud ps. cxlvii. et adipe frumenti. satiat te in qua miscebatur aquam faciendo inde pastam ut faciant placentas. i. panes rotundos et tenues regine celi. i. lune et sic patet quod omnes persone domus intrinsece. s. uir uxor et proles erant male ydolatria occupate et libant diis alienis. libamina sunt oblaciones de liquidis ut de vino oleo et similibus et me ad iracundiam prouocent. s. ad inferendum vindictam quia ira ex alia

pusilloe ne fim

passiones non sunt in deo sed eis purissime dicitur ira eo quod ad modum hominis irati se habet quando punit. nonne semetipsos. simpliciter provocant in confusionem vultus sui. q. d. sic eo quod provocant per mala sua per meos suscitabitur punitio propter quod subditur. Ecce furor meus. i. vindicta mea conflatur super locum istum. ad destruendum civitatem et templum super viros puniendo eos in persona propria et super iumenta etc. puniendo eos in bonis possessis etc. Hec dicit. Hic consequenter ponitur per exclusionem holocausti deo oblati ita quod non valeat ipsis ad aliquod remedium cum dicitur holocausta vestra. ista erant sacrificia digniora eo quod totaliter incendebantur ad divinum honorem. addite victimis vestris. i. hostiis pacificis quarum una pars cedit in usum offerentium. ideo subditur et comedite carnes. s. holocaustorum. q. d. non incedite pro me quia in nullo placent michi. ideo subditur quia non sum locutus de rebus michi offerendis in die qua eduxi eos de terra egypti. sicut patet exo. xx. ubi deus dedit precepta decalogi ipsis et holocaustis non fit ibi sermo. sed hoc est verbum quod precepi eis dicens audite vocem meam et custodietis pactum et ero vobis deus etc. et habetur patet exo. xix. ubi dicit si audieritis vocem meam et custodieritis pactum meum eritis michi in peculium. melior est enim obedientia quam victime. i. reg. xv. sciendum tamen quod postea dominus per moysen precepit holocausta et victimas sibi offerri a populo ne talia offerent ydolis ad quod erant proni et ad explendum obedientiam ipsi et ad prefigurationem futuram immolationem Christi et propter hoc dictum est hic non precepi eis in die qua eduxi etc. per quod non excluditur preceptum postea datum. et non audierunt obediendo sed abierunt in voluptatibus quantum ad delicias carnis. et pravitate cordis sui mali. serviendo ydolis. factique sunt retrorsum a me. recedentes a die qua egressi sunt etc. i. a tempore illo egressionis quia tunc fecerunt et adoraverunt vitulum conflatilem. exo. xxxii. usque ad diem hanc non quia continue fuerint ydolatre sed pro maiori parte temporis ut patet ex libris regum et para. et misi ad vos. s. nuncios sic est in hebreo et mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam. cetera patent ex supra dictis usque ibi. et vocabis eos ad penitentiam et non respondebunt tibi. per conversionem propter quod postea sequitur periit fides. i. fidelitas populi erga deum et promissum et ablata est de ore eorum quia tantum modo loquuntur dolos et mendacium. ¶ Consequenter tertio confirmatur propositum excludendo comminationem et annunciationem populi circa deo ad cuius intellectum sciendum quod prophete domini non solum prophetabant verbis sed etiam aliquibus sensibilibus signis sicut. s. posuit in collo suo cathenas ad significandum quod sic ducerentur in cathenati in captivitatem infra. xxvii. et sic est in proposito domino precipiente. ut tonderet capillos suos suo capiti adherentes et ei valde amabiles eo quod erat nazareus ex utero matris sue ut dictum est. s. ca. i. et sic novacula non debebat super caput suum ascendere ut dicitur de sansone. iudic. xiii. et hoc fuit ad significandum quod dominus populum regni iuda sibi prius adherentem et amicabilem separaret et proiceret a se et hoc est quod dicitur tonde capillum tuum. i. capillos accipiendo similitudinem pro populo et proice ate. et sume in directum. i. directe aspiciens capillos planctum tuum. signum significat. subditur quia proiecit dominus et reliquit generationem furoris sui. i. populum iude qui dolere debet quia per malitiam suam provocavit contra se iram dei et ideo dicitur hic generationem furoris dei. sicut homo dignus morte dicitur filius mortis. i. reg. xxvi. ¶ Consequenter ponitur duplex causa huius proiectionis prima cum dicitur posuerunt offendicula

sua. i. ydola in domo. in qua invocatum est nomen meum. s. templo deo cultui deputato ut legitur infra. xxxii. et istud fuit valde detestandum sicut cum mulier introducit adulterum in eodem lecto cum marito suo ut patet ex litteram sequenti. thophet. i. ydola moloch. et dicitur in quodam loco hic. ta. sa. sonat tympanum seu tympanizationem et quia circa illud ydolum fiebat tympanizatio erat enim illud ydolum ereum et intus concavum et intra concavitatem illam fiebat ignis fortis et quando ydolum erat ignitum proiciebatur puer qui offerebatur in eius manibus et tunc sacerdotes percutiebant fortiter tympana ne parentes pueri audirent clamorem pueri et contristarentur et ut crederent sine dolore corporis animam evolasse et istud erat valde horribile homicidium ad venerationem ydoli. in valle filii ennon. nomen erat nomen hominis cuius filii erant domini loci illius ut incenderent filios suos. ideo primo dicitur que non precepi etc. hoc dicitur quia sacerdotes illius ydoli asserebant talem oblationem esse deo valde acceptam eo quod dominus dixit abrahe tolle filium tuum unigenitum quem diligis ysaac et affer illum in holocaustum etc. gen. xxii. quod est falsum quia illud non fuit dictum abrahe ut ysaac moreretur sed ut abrahe obedientia probaretur propter quod inde subditur ne extendas manum tuam super puerum neque facias illi quicquam nunc cognovi quia times deum etc. et non dicetur amplius tophet et vallis filii ennon. hec enim eius sic nomina quamvis ut dictum est cum alio nomine est appellatum et significat confusionem. q. d. non vocabitur amplius locus consolationis sed [illegible] vallis interfectionis. quia multi iudei fuerunt ibi postea a caldeis interfecti. et sepelient in tophet. s. sepultura asinina sicut dicitur infra. xxii. de iechonia sepultura asini sepelietur. et hoc patet per hoc quod subditur et erit morticinum populi huius in cibum volucribus etc. cetera patent in littera.

VIII

In tempore illo. hic excluditur quartum remedium. s. sapientium doctorum si inesset per quam populus posset ab errore et ydolatria redire et ad pristinam dei libertatem sed hoc excludit in hoc capitulo quod dividitur in duas partes. quia primo predicitur populi exterminium. ¶ Secundo excluditur tertium remedium ibi. milvus in celo. prima adhuc in duas quia primo ponit populi exterminationem. secundo exterminationis causam et dicens. Circa primum ponitur primo exterminatio quantum ad defunctos quorum inter homines non remanent nisi ossa sepulta et quantum ad hoc dicit in tempore illo. s. destructionis iherusalem per caldeos eicient ossa regum etc. mos enim fuit apud hebreos iudeos sepelire mortuos sumptuose ut habetur io. xix. et maxime personas regum pontificum et aliorum notabilium ita quod in capitibus regum ponebant coronas aureas cum lapidibus preciosis et anulos in digitis et circa alias personas ponebant alia preciosa secundum convenientiam sui status propter quod caldei in destructione iherusalem sepulcra talium effoderunt ossa proicientes et iocalia accipientes et pandent ea ad solem et lunam etc. q. d. sicut sacrificaverunt soli et lune et ceteris stellis sic iustum est quod ossa eorum proiciantur ad solem et ad lunam extracta de sepulcris ideo subditur non colligentur et non sepelientur de cetero. quia hostes eos extra in captivitatem ducentes nisi sterquilinium erunt. i. putrefient super terram per pluviam et nivem de super cadentem. ¶ Consequenter ponitur exterminatio quantum ad vivos cum dicitur eligent magis mortem quam vitam omnes qui residui erunt. propter miseria anxietate et miseria quam sustinebunt in universis locis quod relinquam

· s. pacis quod est summum bonum

sunt ad que eiecti eos; captivitatem dicitur ubi du
[illegible] mortuos fuisse beatos. Et dices. hic ponit
hurus exemplum eius que est obstinacio populi in peccato cum dicit
Numquid qui cadet non resurget. q. d. ille qui cadit
ad terram libenter resurgit et qui versus a recta via
libenter revertitur ad eam. quare ergo aversus est populus
iste in ihrlm. a via morum aversione contenciosa. i. ob
stinata nolens reverti et sequitur hunc eam. Apprehen
derunt mendacium. pseudo prophetarum et noluerunt reverti
ad meum obsequium. Attendi et auscultavi. loquitur
deus ad modum hominis emendacionem sui filii desiderantis
et quia non fuit secuta sequitur. nullus est qui agat
penitenciam de peccato preterito sed sunt obstinati ad futurum
peccatum. ideo sequitur omnes conversi sunt ad cursum suum
[illegible] in quo notatur libido peccandi et obstinacio
mentis. Milvus. hic consequenter excludit remedium
quod posset haberi per sapientiam doctorum et primo hoc reme
dium excludit sic exemplum populi futurum repetentis
illa [illegible]. Circa primum dicitur et ponitur
ignorancia populi per exemplum avium. intellectu carentium
cum dicitur Milvus in celo cognovit tempus suum. s.
nidificandi et pulli[ficandi]. turtur et hirundo
et ciconia custodierunt tempus adventus sui. quia tempore
determinato recedunt et revertuntur. populus autem meus
non cognovit iudicium domini. i. eius mandata propter
transgressionem iudicabit deus ipsum et condempnabit
et quia ignorancia populi provenit ex defectu docto
rum. ideo consequenter arguit insipienciam eorum dicens quomodo
dicitis nos. scribe et doctores sapientes nos
sumus cognoscentes deum de quibus propheta est sapientia
et lex domini nobiscum est. i. apud nos est eius intellectus
quod excludit cum dicit Vere mendacium operatus est stilus
stilus mendax scribarum quia false et exponunt legem
[illegible] sicut dictum est capitulo precedenti de velantes
cum capitulis per oblocutores. Confusi sunt sapientes. i. con
fundentur qui cum civitate capientur [illegible]
[illegible] sequitur. Verbum enim domini per prophetas
[illegible] proiecerunt et sapientia. s. divina
nulla est in eis. sed terrena sapientia que terrena est
animalis et diabolica. Iacobi iii. [illegible]
sequitur. Propterea dabo mulieres eorum exteris. i. cal
deis qui eas violabunt et postea ducent captiv
as et agros eorum. i. hereditates [illegible]. [illegible]
[illegible] non ad modicum tempus sed ad longum quasi [illegible]
[illegible] dimisit eis rex babilonie de pauperibus
terre qui colerent terras non sicut domini sed ma
gis reddendo tributum regi et post reditum de ba
bilone iuda fuit [illegible] primo [illegible] secundo [illegible]
et tercio [illegible] ut patet ex libris esdre [illegible] mach.
et etiam ex evangelio quantum ad [illegible]
[illegible] usque ad locum illum [illegible]
positum est vi. capitulo circa medium. Congregans.
postquam exclusum est doctorum remedium hic consequenter repe
titur populi exterminium cum dicitur Congregans congregabo
eos. quia adhuc exercitum caldeorum de villis [illegible]
fugerunt ihrlm. non est uva in vineis etc. i. non erit
advenientibus caldeis qui totum comedent. ideo sequitur
et dedi eis. s. iudeis terre nascencia que preterierunt
sunt. s. ab eis et occupata a caldeis. Quare sedemus
verbum est lamentantium ex [illegible] q. d. si studemus
fugere in urbibus que est civitas fortis et munita a
caldeis capiemur. Et sileamus ibi. modo est obses
sorum similiter de die ut audientes signum tube et currentes ad lo
cum ubi fit insultus hostium quia deus noster silere non fec
it. ad hanc [illegible] nos adduxit. et potum dedit nobis
aquam fellis. i. [illegible] dedit nobis cum
[illegible] sequitur peccavimus enim domino. hoc dicebant illi qui

peccatum suum recognoscebant. Expectavimus pacem. secundum
dicta pseudo prophetarum et non erat bonum. in vita
sicut dicit boecius in tercio nolite si queratur quid
sit summum bonum in vita bene respondetur pax. tempore
ne dese. a rege egypti qui promiserat auxilium sedechie
et defecit ideo sequitur. Ecce formido. cum caldei
adveniunt. audita est fremitus ab illa enim parte veniunt
iudeam exercitus caldeorum cum magna parte et patet hanc usque
ibi. mittam vobis serpentes regulos. i. caldeos quibus
non est incantatio. i. deprecacionibus vestris non flectentur
ad parcendum nobis. dolor meus super dolorem. Verbum est ie.
dolentis de populi sui culpa et de superveniente pena. Ecce
vox clamoris filie populi mei. i. synagoge vel con
gregacionis iudeorum. de terra longinqua. s. de babilone
ubi ducta est captiva lamentabatur ihrlm destructionem
dicendo Numquid non est dominus in syon. etc. q. d. non
quia templum est destructum et rex sedechias captivatus
et sequitur Responsio domini ad hanc questionem quare ergo
ad iracundiam etc. q. d. ista est causa destructionis eius sa.
Consequenter ponuntur verba ie. lamentantis. Transiit
messis. i. tempus quo rex egypti debebat nobis auxilia
ri quia guerre fiunt in estate et nos salvati non
sumus. i. destructi sumus nunc enim dicendo [illegible]
[illegible] confidencia eius regis egypti rebellavit sedechias
regi babilonis et ex hoc secuta est destructio civitatis
et templi ut habetur s. xxxvii. et ideo sequitur ie. Super
contricionem filie populi mei contritus sum. i. afflictus cor
pore et contristatus mente. Stupor. i. stupefactio men
brorum obtinuit me. pre horrore tanti mali. Num
quid resina non est in galaad. per resinam intelligitur
gummi aromatica et medicinalis per quam ut dicit
ra. sa. hic intelligitur sapiencia et per medicum sapiens
qui erant in illa regione prophetarum et talis erat ie. et etiam
baruch. et alii prophete sancti ideo sequitur Quare igitur non
est obducta. i. perfecte curata cicatrix. i. vulnus fi
lie populi mei. ex quo habetur medicus et medicina et
videtur responsio quia loquitur ad modum hominis
[illegible] qui terminat verbum suum et non complet respo
nsio tamen est quia populus nolebat audire medicum
nec eius recipere medicinam ut patet ex supra dictis.

Quis dabit IX

Postquam ie. descri
psit maliciam populi et exclusionem remedii hic
consequenter pre dolore incipit lamentari. et dividitur
in duas partes quia primo ponitur. ie. lamentacio secundo populi
inde revocacio sicut primus pater post increpacionem filii
et abiectionem studet eum revocare ad bonum secundam incipit
x. capitulo prima adhuc in duas quia primo. ie. lamentatur secundo
[illegible] ad idem hortatur. ibi hec dicit. prima adhuc
in duas quia primo ponitur eius lamentacio secundo lamen
tacionis racio ibi quia omnes. Circa primum dicit ie.
Quis dabit etc. q. d. vellem toto resolui in lacrimas
et ploratus die ac nocte. i. continue quantum potest
fieri. interfectos filie populi mei. i. ihrlm ut dictum est. Et.
Quis dabit etc. lugentes enim querunt loca solitaria.
Et derelinquam populum meum. hoc enim desiderabat propter mala [illegible]
que inducebat magis populo de [illegible] et mala pene de fu
turo dicitur postea sed ex precepto domini cogebatur ibi
remanere ad arguendum populum. Quia omnes. hic conse
quenter ponitur racio lamentacionis et est duplex prima propter
malum culpe presentis secundum propter malum pene imminentis
secundum ibi propterea. Circa primum dicit quia omnes adulteri sunt
etc. q. d. dicamus ex hoc habeo causam lamentandi et lu
gendi. Et extenderunt linguam suam quasi arcum men
dacii. Verba enim mendacia sunt quasi quedam sagitte

[illegible]

erudisse et sic lingua ex qua emittunt' artis dicit' confortati sunt in malicia sua: procedentes de malo ad peius. Unusquisque a proximo suo custodiat. q. d. vicinitas et consanguinitas non habent aliquam infidelitatem ad invicem; quia vicini et consanguinei invicem prodere adinvicem; ideo subditur quia omnis frater supplantans supplantabit duplicatur autem supplantacionis verbum quia nichil studebant ad hoc quod unus deciperet et supplantaret alium docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, per verba plana et deceptoria seu mendacia colorando ideo subditur habitacio tua in medio doli. quia quiescentes in suis domibus dolos contra alios cogitabant in dolo renuerunt scire me. i. mandata mea ut liberius peccarent. Propterea hec ponitur secunda racio lamentacionis et dividitur in duas partes quia primo ponitur hec ideo secundo conveniens huius racionis consideracio quis est. Circa primum dicitur propter ea. i. propter peccata populi predicta Ecce ego conflabo. i. puniam eos debita pena Quid enim aliud faciam. q. d. tantum de decens esse non dimitti sine decore iusticie. Sagitta vulnerans lingua eorum. quia habebant verba nociva valde ideo subditur in ore suo pacem cum amico suo loquitur etc. nulla enim pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus fictus. Numquid super his non visitabo. debitam penam inferendo. q. d. sic Super montes assumam fletum. i. assumi faciam et per montes hic intelligitur Iudea que est terra montuosa quoniam incensa sunt loquitur de futuro per modum preteriti propter certitudinem eo quod non sit vir pertransiens. quia sunt occisi vel captivati et non audierunt vocem possidentis. i. ipsius dei qui est dominus totius terre et specialiter terre promissionis. A volucre celi usque ad pecora. i. ad maioribus usque ad minores transmigraverunt in babilonem vel a volucre celi etc. quia cum hominibus capta sunt pecora et ad recessum animalium et pecorum remanet terra deserta et sic inde fugiunt aves invenientes ibi quietem non habentes. et dabo Ierusalem in acervos arene per destructionem murorum et domorum et cubilia draconum animalia enim venenosa habitant in ruinis. Quis est hic consequenter queritur huius destructionis consideracio cum dicitur quis est vir sapiens qui intelligat hoc. i. consideret causam destructionis. ut annunciet istud. querendo quare perierit terra. et subditur responsio domini quia dereliquerunt legem meam. etc. et patet littera ex superdictis. Ecce ego cibabo etc. i. in miseria eius tribulacione amaritudine. et dispergam eos in gentibus quas nescierunt et mittam post eos gladium. quia multi de iudeis in illa captivitate babilonica et in fine fuerunt mortui et similiter de illis qui contra voluntatem domini consilium post destructionem civitatis fugerunt in egyptum. Hec dicit dominus. consequenter ieremias alios inducit ad lamentum dicens contemplamini. i. considerate mala supradicta et vocate lamentatrices. antiquitus enim in lamentacionibus vocabantur mulieres lugubre canentes ad commovendum alios ad fletum eo quod mulieres sunt magis compassive quam viri et adhuc sit in aliquibus terris et ad eas que sapientes sunt. in hac arte mittite et properent q. d. tempus lamentacionis instat certum patet littera usque ibi. quia ascendit mors per fenestras nostras q. d. nichil valebit claudere hostia vel portas contra caldeos quia ascendent et intrabunt per fenestras ad interficiendum iuvenes et parvulos et cadet morticinum hominis etc. q. d. non erit qui sepeliat ideo subditur non glorietur sapiens etc. hoc dicit quia illi de regno iude iactabant se posse caldeis resistere primum per sapienciam doctorum, per fortitudinem bellatorum et primum per munitiones et divicias in Ierusalem congregatas. q. d. ista non

valebunt nobis. sed in hoc glorietur qui gloriatur. Scire et nosse me. cavendo offensam meam. et recurrendo ad meum auxilium. et non habuerunt. Ecce dies veniunt. de propinquo. et visitabo per punicionem super omnem qui incircumcisum habet preputium sive sit preputium carnis sive preputium cordis. Super egyptum et super iudam. cum preinducto populo inde exprimit hic primo nomina aliquorum populorum qui erant eis propinqui et in quibus habuerunt fiduciam de adiutorio et ipsi magis fuerunt eis in hoc nocumentum propter quod hic exprimitur punicio eorum et super omnes qui attonsi sunt in comam isti erant agareni descendentes de ismael filio habrahe qui habebant capillos recisos usque ad aures ad modum pugilum in hebreo habetur et super omnem angulatum angulo et dicit Ra. Sa. quod per hoc intelliguntur populi habitantes in deserto in quo angulum unde quod omnis gentes habent preputium. s. carnis et iudei preputium. s. cordis. Sciendum autem quod ubi habemus hic super omnem qui in circumcisum habet preputium. in hebreo habetur super omnem circumcisum habentem preputium. quia aliquis de populis circumstantibus iudeam erant circumcisi in carne. s. ysmaelite qui et agareni et sarraceni dicuntur et similiter ydumei sicut ysmael filius habrahe et esau filius ysaac. a quibus descenderunt fuerunt circumcisi et sic quantum ad circumcisionem carnis filii israel non precellebant istos populos et ideo signat quod sicut circumcisio carnis non valebat ipsis eo quod erant incircumcisi mente per ydolatriam sic nec filiis israel qui licet non erant incircumcisi corde et secundum hoc littera que sequitur quia omnis gentes habent preputium. sic est exponenda quod habent preputium cordis quantum ad circumcisos carne vel preputium carnis et cordis quantum ad alios.

X

Audite verbum.

Postquam ieremias deploravit populi maliciam hic consequenter revocat eos ad penitenciam. et primo revocat eos a cultu ydolatrie. secundo ad transgressionem legis dicens capitulo xi. Prima in duas quia primo ponitur dicta revocacio secundo allegatorum punicio ibi congrega. Prima adhuc in duas quia primo ponitur revocacio populi. secundo declaracio dicti ibi quia leges. Ad intelligenciam premissorum sciendum quod gentiles crediderunt corpora celestia esse animata et non solum animata sed habere aliquid divinitatis et sic ex libero arbitrio influere in ista inferiora ad causandum effectus prosperos vel adversos hominibus. et ideo statuerunt ea palacium sacrificiis et oblacionibus et istud est falsum quia ut dicit Damascenus celi inanimati sunt sicut et insensibiles et sic agunt in hec inferiora ex instinctu nature et sic offerre eis munera ad placandum et honorem eorum erroneum est et superstitiosum ad ydolatriam pertinens et quia iudei in huius errore inciderant ut patet ex supradictis .vii. capitulo quia faciebant placentas regine celi ideo ab errore revocat eos ieremias dicens. Iuxta vias gencium. i. leges et statuta eorum. nolite discere ydolatriam et a signis celi. i. a planetis et constellacionibus divisis nolite metuere. s. metu superstitioso non pavere quia leges populorum vane sunt quibus statuerunt signa celi placari muneribus ut dictum est. per hoc tamen non excluditur metus racionabilis. licet enim corpora celestia sint agencia de necessitate nature habent virtutem in mutandi elementa et composita ex eis ad diversas qualitates ex quibus disponitur corpus humana ad varias infirmitates sicut ex dic-

h. et hoc declarat hic diffusius quod ydolatria

marte colera accenditur ex qua ascensione non solum mo
corporis disponuntur ad infirmitatem aliquam sed etiam appeti-
tus sensitivus ad iram ex quo sequitur ultio lites et
dissensiones eo quod homines ut in pluribus sequuntur suas
passiones. Soli autem sapientes eas dominantur per recrimi-
nationem autem homines astrologos efficit ut dicit philosophus
secundo rhetorice ad precavendum mala futuris et ideo
licet a celi constellationibus ad hoc quod homo consulat de huiusmodi
remedio contra dispositionem ad infirmitatem corporis
et passiones malas et alia huiusmodi que possunt ex in-
fluentia celi causari non est malum sed licitum et bonum
et secundum hoc dicit Tholomeus in centilogio suo quod
sapiens dominabitur astris in quantum providebit sibi
de remedio contra effectus eorum. ¶ Quia lignum. hic
ponitur declaratio dicti et dividitur in duas quia pri-
mo ponitur ista declaratio. Secundo infertur quedam
conclusio ibi Sic ergo. Dicit ergo primo in parte precedenti quod
leges populorum vane sunt que sunt de ydolatria ista
habent virtutem iuvandi vel nocendi hominibus set magis
e converso quia homines faciunt ydola per artem et possunt
ea destruere et hoc est quod dicitur quia lignum de
saltu precidit. et post litera usque ibi in similitudinem palme fa-
bricata sunt. quod exponitur uno modo quod sicut arbor
palme celata per artem non habet aliquam virtutem facien-
di fructum sic nec ydola habent aliquam virtutem faciendi
bonum vel malum. alio modo quod sicut palma crescit in
altum in rectitudine sic ydolum metallicum erigitur in al-
tum in rectitudine artis et non propria in rectitudine et ideo subditur non
est similis tui domine. qui omnia agis propria virtute a nullo
dependens et ideo sequitur quis non timebit. quasi dicat
nullus est qui non debeat te timere. tuum est enim decus
id est honor tibi debetur ab omnibus in hebreo habetur quia
tibi convenit. et sic intelligitur quamvis sapientes ad te
honorandum et sic est eadem sententia sed translator
posuit clarius transferens sensum ex sensu et non
verbum de verbo. inter cunctos sapientes gentium
etc. apud enim omnes gentes sapientes seu philosophi posuerunt
unam causam primam omnibus presidentem et illam dixerunt esse
deum deorum et illum secretius honoraverunt verumptamen
cum vulgaribus hominibus ne cogerentur adorabant ydola in
templis Pariter insipientes et fatui probabuntur.
dicuntur autem hic insipientes ydolorum factores et
fatui eorum cultores. et utique probabuntur id est repro-
babuntur. doctrina vanitatis eorum. id est doctrina qua
asseruerunt ydolum esse deum vana est. ideo subditur lig-
num est etc. scilicet ydolum intus sed ornatum auro et ar-
gento exterius. ideo subditur argentum involutum. in
hebreo habetur. argentum ductile de tharsis affertur.
quia ibi invenitur argentum ductilius. et aurum de ofaz.
iii. Regum ix. nominatur locus iste ofir. et ibi invenitur
aurum valde bonum. opus artificis. supple est ydo-
lum ex istis factum. Iacinctus et purpura indumen-
tum eorum. ydolis enim aliquando fiebant vestes de tali
materia. Dominus autem celi et terre deus verus est. isti
autem scilicet ydola. ipse deus vivens. isti autem carentes vita
et rex sempiternus. isti temporalitatem ab indignatione
eius commovebitur terra. aliquando inducuntur a deo terre mo-
tus pro hominum peccata et non sustinebunt gentes. quia
in terre motu aliquando subito moriuntur ¶ Sic ergo
ex predictis infertur conclusio. scilicet quod ydola non sunt
veneranda sed magis increpanda et hoc est quod
dicitur. Sic ergo dicetis eis etc. Rabbi Salomon dicit quod hoc est
principium littere misse a Ieremia. Ioachim regi iuda
et illis qui cum illo iam erant in babilone quia de consilio
Ieremie se tradiderunt regi babilonis ut habetur iiii Regum
xxiiii. unde et caldaice scribitur ob hoc loco.

Sic ergo dicetis etc. usque ibi que sub celo sunt. In
caldaico et est sensus secundum Rabbi Salomonem. dii babilonis
inducent nos ad ydolatriam sic dicetis dii qui
celos etc. et post litera usque ibi ad vocem suam dant
multitudinem aquarum in celo. scilicet aereo ubi vapores
humidi condensantur in nubes et in pluvias resol-
vuntur. et elevat nebulas ab extremitatibus terre.
id est a mari occeano quod terminat terram habitabilem
unde tamen elevantur nebule pro maiori parte. Ful-
gura in pluviam facit. quia resolutis in pluviam
nubibus fulgura cessant que procedebant ex
eis. et educit ventum de thesauris suis. id est de
locis occultis. Stultus factus est omnis a scientia
faciendi ydola et colendi. vana sunt et risu di-
gna. id est derisione in tempore visitationis sue. adeo probant
ydola et ydolatrie non est hiis. scilicet ydolis similis pars
iacob. id est ipse deus quem soli colunt qui enim formavit
omnia ipse est. scilicet deus iacob. et israel. scilicet id est populus israel virga
hereditatis eius. id est funis vel mensura in quantum
elegit eum specialiter ad cultum suum. dominus exercituum. id est
angelorum. nomen illi. et nomen alterius homines enim vive
dicuntur hominibus sed non angelis. ¶ Congrega
hic consequenter destruitur obstinatorum punitio et primo
quantum ad iudeos secundo quantum ad gentiles ibi
effunde. Circa primum dicitur congrega de terra con-
fusionem tuam. scilicet quasi diceret veniet tibi confusio ex virtute
pluribus. que habitas in obsidione. id est tu ierusalem que
obsideberis a caldeis et loquitur de futuro per modum
preteriti propter certitudinem prophetie. Ecce ego longe pro-
iciam etc. ante enim captivitatem babilonicam aliquando de
regno inde fuerant capti quantum in propinquis regio-
nibus ut in egipto et syria et similibus sed babilo-
nia longe valde distat a iudea ita ut non inveni-
antur. scilicet ab aliis sine in hebreo habetur ita ut inveni-
ant. scilicet penam debitam pro peccatis suis ut dicit glossa
hebraica ideo subditur Ve michi super contritione mea.
loquitur sub persona ierusalem seu populi habitantis in ea.
Ego autem dixi vere hec michi intellectum dante.
plane hec infirmitas mea est. id est pena ista pro-
cessit ex culpa mea. et portabo illam. michi a deo
iuste inflictam tabernaculum meum vastatum est. id est
templum de quo loquitur ad modum tabernaculi mo-
ysi quod funibus extendebatur et pellibus coope-
riebatur. filii mei exierunt a me. id est habitatores mei
in captivitatem quia stulte egerunt pastores. id est principes
et sacerdotes et dominum non quesierunt per debitum
cultum etc. propterea non intellexerunt verba prophetarum
et omnis grex eorum. id est populus dispersus est. primum occisione
postmodum captivitate. Vox auditionis ecce venit quia a parte
aquilonis intraverunt exercitus caldeorum iudeam ad de-
vastandum eam. Scio domine quia non est hominis via eius.
id est non est in potestate hominis recte ambulare in via
iustitie nisi per te dirigatur quia tamen deus non deficit
[illegible] ... et non [illegible] ... in solitudine [illegible] ... sermonem [illegible] ... dominus ... ad [illegible] ... sicut [illegible] ... quasi [illegible] ... Ecce ego ... populum meum ... ad prophetas ... qui assumunt linguas suas ... Ecce ego ad prophetas ... somniantes mendacium ... [illegible] ... Si igitur interrogaverit te ... quod est onus domini ... Ecce ego tollam vos [illegible] ... et verba dei viventis ... [illegible]

[illegible] ... Ecce ego tollam vos de ... [illegible] ... in capitulo [illegible] ... tempore Sedechie.

Ostendit. XXIIII

[illegible] ... Et factum est ... Ecce duo calathi ... [illegible] ... Et factum est verbum ... sicut ficus hae bonae sic cognoscam transmigrationem Iuda ... [illegible] ... et ponam oculos meos super eos ... [illegible] ... et mittam in eis gladium et famem et pestem ... [illegible]

Verbum. XXV

[illegible] ... Circa primum [illegible]

[illegible] ... prophetae [illegible] ... et [illegible] est ad [illegible]

primo notatur et tempus cum dicitur. In anno quarto Io-
achim filii Iosie. Ex hoc patet quod hec revelatio facta Ieremie
fuit ante transmigrationem precedenti capitulo dictam quia
Iechonias fuit Ioachim sub quo facta est illa transmi-
gratio fuit filius istius Ioachim sicut dictum est supra
xxii. et ideo subditur. Postea. i. post istam revelationem fac-
tam Ieremie translatus est Iechonias quia octavo anno
incipiendo hunc quartum annum Ioachim patris eius trans-
latus fuit ipse est primus annus Nabuchodonosor. quod patet ex hoc
quod xix. anno eius destructa fuit Ierusalem. iiii. regum ultimo
a quarto anno illo Ioachim inclusive usque ad xi. annum
Sedechie in quo destructa fuit civitas fluxerunt viii.
anni scilicet octo de regno Ioachim qui xi. annis regnavit
et xi. de regno Sedechie. cetera patent usque ibi. A xiii.
anno Iosie incepit Ieremias prophetare a quo tempore fluxerunt
xxiii. anni usque ad iiii. annum Ioachim ideo subditur iste
est annus xxiii. Et locutus sum ad vos de nocte consurgens
i. vigilanter et perseveranter. Et non audistis. Quod et
do. Et misit dominus ad vos omnes servos suos prophetas. Ex quo patet
quod illo tempore fuerunt alii sancti prophete qui movebant po-
pulum ad bonum. Consurgens diluculo mittens. i. val-
de diligenter vos ammonens et non audistis. quasi dicat per-
severantia vestra in malo non provenit ex defectu divine
gratie sed ex parte malicie vestre. cetera patent in littera. ¶ Prop-
ter hoc. Consequenter ponitur explicatio prophetie quantum ad penam et
primo exprimitur pena iudeorum secundo pena filiorum ad Babylo-
nem ibi cumque impleti. et hec fuit ad consolationem a-
bonorum qui erant in populo unde ut dictum est supra
xvii. Circa primum dicitur pro eo quod non audistis verba
mea. sed obstinati estis in malicia vestra. Ecce ego
mittam et assumam etc. ex instinctu enim divino Nabuchodonosor
et bellatores sui acceperunt audaciam et constantiam in
puniendo iudeos ut eis haberent de suis malis mul-
tiplicibus et magnis secundum ordinem divine iustitie pu-
nientur. Nabuchodonosor servum meum. inquantum exequebatur divinam
iustitiam. Et adducam eos super terram istam et super omnes
nationes que in circuitu illius sunt. quia ydumea phi-
listea et alie circa iudeam habitantes fuerunt per Nabuchodonosor depre-
dati et captivati et eorum captivitas determinatur hic
cum pena iudeorum qui sperabant eorum adiutorio resistere
regi Babylonis cetera patent usque ibi. Vocem mo-
le et lumen lucerne. per hoc designatur captivitas habitatorum
et sic non erat opus mole nec lucerne post destructionem
habitatorum. ¶ Cumque. hic consequenter predicitur pena Baby-
lonis iudeis ad bonorum consolationem ut predictum est
et dividitur in duas partes quia primo predicitur destruc-
tio babyloniorum singulariter secundo generaliter ibi. quia
sic. Circa primum notatur tempus destructionis babylonie cum
dicitur. Cumque impleti fuerint lxx. anni visitabo super regem
Babylonis. ipsum et regnum eius destruendo quod fuit impletum
in occisione Balthasar regis Babylonis quia tunc regnum
suum datum est medis et persis ut habetur Danielis quinto
inchoatio tamen istorum lxx. annorum varie inchoatur a
diversis expositoribus cum non conveniunt. Incipiunt enim a de-
structione Ierusalem. xi. anno Sedechie. alii scilicet inchoant eam
a iiii. anno regni Ioachim filii Iosie qui fuit annus
primus Nabuchodonosor regis ut dicitur in principio huius capituli
ab isto vero anno exclusive usque ad xi. annum Sede-
chie fluxerunt decem et octo anni. vii. de regno Ioachim
qui regnavit xi. annis et xi. de regno Sedechie tempus vero
Iechonie qui regnavit inter istos includitur in
istis xviii. annis et non computatur per se quia regnavit
tantum tribus mensibus et ista patent iiii. regum
xxv. Et ponam illam in solitudines sempiternas.
quia Babylon non fuit reedificata et est inhabitabilis
secundum quod habetur Ysaie xiii. non habitabitur usque

in finem etc. licet autem babylonii in destructione
iudeorum fuerint executores divine iustitie ut pre-
dictum est tamen fecerunt nunquam voluntate et attri-
buerunt victoriam illam et alias arroganter sue po-
testati et non divine virtuti propter quod meruerunt a deo
puniri. Quia servierunt eis. scilicet caldeis. cum essent
gentes multe. scilicet iudea et alie nationes subiugate cal-
deis. et reges magni erant in illis gentibus quasi dicat non
subiugate virtute caldeorum sed divina ideo debe-
rent puniri pro superbia propter quod subditur
et reddam eis etc. ¶ Quia sic dicit. hic ponit
punitionem aliorum generaliter et dividitur in tres partes
quia primo predicitur hec punitio secundo dicti confirmatio
ibi cumque noluerint. tertio residuum iudeorum destructio
ibi ululate. Circa primum dicitur Ieremie a domino Sume
calicem. per quem intelligitur afflictio seu punitio inferenda a
deo. Et propinabis de illo cunctis gentibus etc. i. prophe-
tabis hanc punitionem super eis venturam. Et dicit pro-
pinabis prosequendo metaphoram de calice.
Et bibent et turbabuntur et insanient. i. fugient ab eis iudi-
cio et consilio. A facie gladii. i. pre timore gladiorum super
eos venientium. Et accepi calicem de manu do-
mini. i. audivi in prophetando punitionem venturam
et dicunt aliqui quod videbat ymaginaria visione
calicem a deo sibi tradi et per ipsum propinari re-
gibus et gentibus infrascriptis et intelligebat
visionis significationem. et primo ponitur punitio
iudeorum cum dicitur Ierusalem et civitatibus iuda etc.
sicut est dies ista. i. loquitur de futuro per modum
preteriti propter certitudinem eventus. quia dies hic
accipitur pro die destructionis civitatis et templi
futura sub Sedechia. Secundo ponitur punitio egyp-
tiorum cum dicitur pharaonem regem egypti quia
dedit occasionem Sedechie rebellandi Nabuchodonosor pro-
mittens ei subsidium ex qua rebellione secuta est
dicta destructio. Cunctis regibus terre Ausitidis. in
hebreo habetur terre hus de qua fuit Iob et illa
est vicina iudee a parte orientis. Et cunctis regibus
terre philisthim. isti erant vicini iudeorum a parte
occidentis. Et reliquiis ydumee et Moab qui si-
militer propinqui iudeis. Et cunctis regibus Tyri etc.
Tyrus enim et Sidon erant vicine iudee a parte a-
quilonis. Et regibus terre insularum que sunt trans fre-
tum. i. ultra aliquid parvum maris respectu terre promis-
sionis sicut sunt Cyprus et Rodus et consimiles
si enim essent totaliter transfretare tunc non essent
insule. Et universis qui attonsi sunt in comam
i. agarenis qui habebant capillos recisos ad modum
pugillum. in hebreo habetur Et universis angulatis
per quos intelliguntur illi qui habitant in angulos
terre promissionis et dicunt aliqui et secundum hoc ponuntur
multa nomina regum et terrarum et postea subditur Et
omnibus regnis terre. et est yperbole ad designandum
multitudinem terrarum et regionum que caldei subiuga-
verunt sibi sicut esdre primo dixit Cyrus rex persarum
Omnia regna terre dedit michi dominus et tamen
medietas terre habitabilis non erat sibi subiecta
et per talem modum loquendi dicitur communiter
tota civitas vadit ad tale spectaculum licet ma-
ior pars satis remaneat. Punitio autem istorum hic
ponitur quia fuerunt cum Nabuchodonosor in destructione
iudeorum et tamen multi eorum debuissent magis
iuvasse eos sive vicinitate sicut philistei et tyrii
et sidonii et consimiles vel vinculo sanguinis sicut
ydumei qui descenderunt ab Esau fratre Iacob et am-
monite qui descenderunt a Loth nepote

a bibat et rex sesach bibet post eos. i. punietur. Et per sesach intelligitur rex babilonis ut dicunt ieronimus et hebrei ratio huius est. quia sesach et babel per quod intelligitur rex babilonis in hebreo scribuntur litteris sibi correspondentibus ad cuius intellectum sciendum quod pueri apud hebreos et latinos addiscunt alphabetum primo ordine recto secundo ordine retrogrado incipiendo ab ultima littera ad primam revertendo et si isti duo ordines invicem se conferantur ultima littera ordinis primi s. thau et prima in ordine secundo et correspondet ipsi aleph que est prima in ordine primo et penultima littera s. sin correspondet ipsi beth que est secunda et sic consequenter procedendo ab utraque parte versus medium alphabeti ubi leph et lameth sibi correspondent dicto modo. Nunc autem sic est quod hoc nomen babel in hebreo scribitur per tres litteras tantum s. per duplicem beth et unam lameth et similiter hoc nomen sesach per tres s. per duplicem sin et per unam kaph. ex quo patet quod scribuntur per litteras sibi correspondentes modo predicto. quod ideo iudei voluerunt velate scribere verba sua sicut talem commutationem litterarum et ideo hoc modo scripsit hic ieremias destructionem caldeorum velate et huic dicto concordat quod infra li. babilon nominatur sesach ut dicit ieronimus ne forte provocaret insaniam caldeorum contra iudeos qui redigendi erant sub servitute eorum. sed quicquid sit de veritate sit ista tamen ratio non videtur valere quia ieremias in hoc capitulo et in pluribus aliis locis scripsit destructionem regis et regni caldeorum valde lucide et aperte et ideo posset dici brevius quod sesach est hic nomen regis egipti sicut enim imperatores romani omnes nominabantur cesares et cum hoc proprium nomen habentes ut iulius augustus et huiusmodi sic omnes reges egipti vocabantur pharaones et preter hoc habebant nomen proprium ut sesach iii. regum xi. fugit ad sesach regem egipti et nechao iiii. regum xxiii. et sic de aliis et probabiliter potest dici quod ille rex egipti sub quo vastatum fuit regnum in hoc capitulo supra exprimitur nomine communi cum dicitur pharaonem regem egipti etc. et hic nomine proprio cum dicitur et rex sesach bibet etc. bibite et inebriamini etc. i. sicut homo multum ebrius non habet sensum nec virtutem resistendi sic nec vos poteritis resistere vindicte dei. ¶ Cumque. hic consequenter ponitur confirmatio dictorum cum dicitur cumque noluerint accipere calicem repellendo prophetiam tuam tamquam falsam dices ad eos confirmando eam hec dicit dominus exercituum cuius verbum non potest esse falsum. bibentes bibetis i. sustinebitis penam velitis nolitis cuius ratio subditur quia ecce in civitate etc. i. in ierusalem que ad cultum dei erat electa. Ego incipio affligere s. primo et vos quasi immunes eritis q. d. nullo modo. cetera patent usque ibi dominus de excelso rugiet etc. loquitur de deo ad modum leonis qui rugiens facit stare omnes bestias et tunc devorat illam quam vult sic deus pro voluntate sua punit peccatores absque resistentia. rugiens rugiet super decorem suum i. super ierusalem et templum celeuma quasi calcantium. celeuma est cantus vindemiatorum in fine vindemie quando habent habundanter vinum et in hoc designatur exultatio bellatorum in effusione sanguinis de victoria et multitudine spoliorum. iudicatur ipse i. conditur

in fine in peccatores puniendos in hebreo habetur iudicium hoc i. iusticia dei puniendos et ad quos se extendat subditur impios tradidi gladio. Sequitur ecce afflictio egredietur de gente in gentem quia babilonii afflixerunt iudeos et multa regna supra nominata et iterum medi et perse destruxerunt babilonios. Et erunt interfecti domini i. a domino vel virtute eius a summo terre usque ad summum eius. parabole est ad designandum multitudinem interfectorum et ad idem facit quod subditur vastacio iudeorum cum dicitur ululate pastores. ululatus est vox confusa et est signum magni doloris et aspergite vos cinere in signum humiliationis optimates gregis i. maiores de populo quia completi sunt dies vestri q. d. tempus vestre destructionis instat et cadetis quasi vasa preciosa i. irrecuperabiliter. vilia enim que cadunt bene recuperantur quia invenientes parum aut nichil curant de eis. vastavit dominus pascua eorum i. bona unde solebant vivere et conticuerunt arva pacis. in hebreo habetur speciosa pacis. tempore enim pacis arva sunt speciosa quia sunt bene culta et fructificantia et sic dicuntur metaphorice cantare et e contrario tunc tacere quando sunt destructa ab adversariis sicut pratum dicitur ridere quando viret et plorare quando aret a facie ire furoris domini i. propter vindictam eius dereliquit quasi leo tabernaculum suum i. templum quod a caldeis fuit incensum a facie ire columbe i. nabuchodonosor eo quod habebat in aliquo vexillo sui exercitus ymaginem columbe ut dicunt aliqui sed hoc non videtur multum probabiliter dictum quia supra iiii. capitulo dictum fuit quod habebat in vexillo signum leonis. sa. dicit quod hec est littera a facie ire vinose i. a facie vindicte dei inebriantis et sic prosequitur metaphoram supra positam de calice vini furoris et de potatione eius et inebriatione. ratio huius diversitatis est quia dictio hebraica hic posita s. iona est equivoca ad columbam et ad vinositatem et a facie ire domini. In hebreo habetur ire furoris sui et sic refertur ad eundem de quo predicitur a facie ire columbe.

XXVI

In principio. Supra in xxv. ostensa est veritas prophetie, hic ostenditur passus est iniuriam a persona singulari s. a summo pontifice. hic eadem causa patitur iniuriam a multitudine et primo a pseudo prophetis et sacerdotibus secundo a rege et principibus xxvii. capitulo. Prima in duas quia primo ponitur eius persecutio secundo eiusdem liberatio ibi et audierunt. Circa primum primo ponitur tempus huius persecutionis cum dicitur in principio regni ioachim etc. secundo causa eius que fuit predicatio sermonis cum dicitur ei sta in atrio domus domini. ubi causa ordinis conveniebant iudei et loqueris ad omnes civitates iuda i. ad omnes homines venientes de omnibus civitatibus. noli subtrahere verbum aliquid omittendo si forte audiant. hoc dicitur propter libertatem arbitrii qua potest homo penitere et obstinari. et peniteat me mali. non inferendo eis penam comminatam talia verba non important in deo aliquam mutationem sed tantum in creatura sicut dictum est diffusius supra xviii. cetera patent usque ibi dabo domum istam i. templum a salamone edificatum sicut etiam silo in qua civitate primo fuit fixum tabernaculum moysi iosue xviii. et illa civitas erat destituta divino cultu divino inde ablato et urbem hanc

s. ierusalem dabo in maledictionem &c. i. omnes ma
ledicentes alicui civitati dicent sic contingat
tibi sicut ierusalem. Tercio ponitur persecutionis modus
cum dicitur et audierunt sacerdotes et prophete. s. falsi
cetera patent. ¶ Et audierunt. hic consequenter describit
ieremie liberationem et quia primo ponitur cause
examinatio, secundo eius determinatio ibi et dixerunt.
Circa primum ponuntur primo iudices cum dicitur
et audierunt principes iuda hec verba. in detrimentum
eius conventionem sacerdotum et populi contra ieremiam. et
ascenderunt de domo regis. quia templum erat in
sublimitate montis syon et domus regis in declivio
montis. et sederunt ut magistri examinaturi ne
gocium in introitu porte domini nove. illa erat por
ta de qua dicitur iiii. regum. xv. quod ioatham
edifficavit portam domus domini sublimissimam
que dicitur hic nova quia longe post tempus
salomonis fuit edifficata. ¶ Consequenter ponitur
secundo accusatio cum dicitur et locuti sunt sacerdo
tes &c. Tercio ieremie responsio cum dicitur et ait
ieremias dominus misit me. q. d. non feci de proprio
capite. bonas facite vias vestras. i. operationes et stu
dia vestra. i. cogitationes. cetera patent. ¶ Et dixerunt
hic ponitur cause determinatio cum dicitur ¶ Et dixerunt
principes. ubi primo ponitur ratio pro eius libera
tione cum dicitur non est viro huic iudicium mortis
quia in nomine domini dei nostri locutus est. q. d. inter
ficiendo eum fieret contra deum cuius est nuncius
et inducitur ad hoc exemplum michee prophete qui ante
s. tempore ezechie regis prophetaverat destruc
tionem civitatis ierusalem et templi dicens syon quasi
ager arabitur &c. nec tamen propter hoc ezechias eum
occidit sed magis ipse et populus eius egerunt peniten
ciam et dominus distulit penam comminatam et
secundum hoc dicitur et penituit dominum. non per
aliquam mutationem in deo factam sed in effectu ut
dictum est supra. itaque nos facimus grande malum.
supple si occiderimus ieremiam. ¶ Fuit quoque. hic conse-
quenter aliud exemplum ad eandem conclusionem ut dicunt
doctores nostri communiter de uria propheta qui prophetavit de-
structionem civitatis et templi ierusalem sicut et ie-
remias tempore regis ioachim et propter hoc fuit oc-
cisus ab eo ut hic dicitur. et ponitur istud exemplum
ad hanc conclusionem ut sic dicatur ezechias qui
fuit bonus rex non interfecit micheam sed salva-
vit. Ioachim vero malus rex uriam interfecit
et non debemus imitari facta malorum sed bonorum
propter quod debemus servare vitam ieremie ideo con
cluditur in fine igitur manus aycham &c. iste enim
erat principalis in allegatione et determinatione ista.
Ra. sa. hoc exponit ad contrariam conclusionem
q. d. quod inter illos principes erant aliqui boni qui sta
bant pro ieremia et illi allegaverunt primum exemplum
de ezechia rege et michea propheta aliqui autem
erant mali et illi erant sibi contrarii sicut sacer
dotes et prophete falsi et isti ad hoc allegaverunt secundum
exemplum de ioachim qui occidit uriam. q. dicentes
sic debemus occidere ieremiam tamen alia pars fuit
maior et prevaluit et sic finaliter aycham suam
dedit pro ieremia et ipsum liberavit et hec expositio
secunda videtur rationabilior quia non est verisimile
quod principes regis actu regnantis ex eius malicia
facerent argumentum ad deliberationem ieremie.
mmm. mmm. mmmm. mmmm. mmm. mmmm.
mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm mmm.
m m m m m m m m m m m m

In principio. XXVII

hic consequenter ieremias liberatus resumit
suam prophetiam et primo prophetat populo adversa se
cundo prospera. xxx. capitulo. prima adhuc in
tres quia primo prophetat contra sedechiam secundo contra
ananiam capitulo. xxviii. tercio contra iechoniam
capitulo xxix. prima adhuc in duas quia primo
prophetat contra reges ad sedechiam nuncios
mittentes ¶ Secundo contra ipsum sedechiam ibi
et ad sedechiam. Circa primum sciendum quod illud
quod ponitur hic in principio &c. usque ibi hec
dicit dominus exclusive est finis capituli precedentis
secundum expositores latinos communiter quia illa que
dicta sunt capitulo xxvi. contigerunt in principio
regni ioachim filii iosie ut patet in principio capituli
illa autem que secuntur in isto capitulo fuerunt
tempore sedechie a principio autem regni dicti
ioachim usque ad principium regni sedechie fluxe
runt xi. anni et tres menses ut patet iiii. regum.
xxiiii. et ideo sic exponunt quod dicitur hic in prin
cipio regni ioachim filii iosie regis iuda factum
est verbum istud ad ieremiam a domino dicens. s. que ea
que dicta sunt in principio capituli precedentis ita
quod est quedam recapitulatio capituli xxvi. et
quod sequitur hec dicit dominus &c. est principium xxvii.
capituli et est alia littera que contingit tempore sede
chie. ¶ Hebrei vero dicunt quod hoc est de capitulo
xxvii. et dicit. Ra. sa. quod a principio regni ioachim
filii iosie dominus dixit ieremie illud quod sequitur in hoc
capitulo fac tibi vincula et cathenas et pones eas
in collo tuo &c. et quod portavit eas a principio regni
ioachim filii iosie usque ad quartum annum sedechie
in quo ananias abstulit eas de collo ieremie et
fregit ut habetur capitulo sequenti. si autem dicatur
quod hoc videtur derisibile quod ieremias portaret cathe
nas in collo suo tanto tempore. s. xv. annis potest
dici quod prophete domini talia grauia et alia derisibilia
leguntur fecisse de mandato domini sicut ezechiel dor
mivit super latus suum sinistrum. ccc. xc. diebus et iterum
xl. diebus super latus dextrum absque conversione de latere
in latus ut habetur ezechielis iiii. et similiter ysaias ivit
nudus et discalciatus ut habetur [illegible]
os, secundum alios vero tribus diebus ut dicitur ysa
ysaie. xx. quod erat satis et derisibile tanto homini qui
qui erat de regio genere. ¶ Igitur secundum sinam
primo capitulum sic dividitur quod primo ponitur dei preceptum
de cathenis fiendis secundo de ipsis mittendis ibi
et mittes eas. Circa primum ponitur tempus pre
cepti ibi in principio regni. Ioachim qui regnavit
xi. annis iiii. regum xxiiii. fac tibi vincula et ca
thenas. iste cathene erant lignee secundum quod
habetur capitulo sequenti, et ideo partes earum quibusdam
vinculis ad invicem iungebantur ¶ Et mittes
hic ponitur preceptum de missione cathenarum et primo
precipitur hec missio secundo ostenditur visionis ratio
ibi et principes. Circa primum dicitur et mittes
eas ad regem edom. &c. et sequitur in manu. s.
per manum nunciorum qui venerunt ierusalem ad sede
chiam. de causa huius adventus dicunt exposi
tores nostri quod venerunt ad sedechiam ad tractandum
cum eo qualiter possent rebellare regi babilonis
et de eius tributo se expedire et textus sequens con
cordat ad hoc in quia ieremias monet istos reges
et sedechiam ut non rebellent regi babilonis sed
magis ei serviant sub tributo. Ra. sa. cum hoc

addit aliam causam dicens quod sedechias in anno regni sui iuit in babilonem ut habetur infra li. ad deportandum exenia regi babilonis qui fecerat eum regem ut habetur iiii. reg. xxiiii. et tunc rex babilonis prefecit eum quinque regibus hic nominatis ut ab illis reciperet tributum in babilonem ut habetur infra li. cum suo nuntiendum et ideo quando sedechias redijt in ierusalem miserunt isti quinque reges nuncios ad eum eo quod erat institutus de novo ad recipiendum eorum tributum et tunc ieremias domini expositores nostri dixerunt ad invicem tractatum de rebellione et tributi negatione quia isti quinque reges et etiam sedechias libertatem desiderabant verumptamen sedechias non rebellavit aperte usque viiii. annum regni sui ut dicit iosephus in talibus enim negotiis positum magnum tempus transit sed tunc a fidens de auxilio regis egypti et forte istorum quinque regum aperte rebellavit et tributum regi babilonis negavit. ¶ Et precipies. hic consequenter ponitur dicte missionis causa que est in prophetia non solum verbo sed etiam sensibili signo significante eis quod si rebellarent male contingeret ipsis et patet littera aliquibus exceptis que exponentur. ¶ Ego feci terram etc. in fortitudine mea magna. quia ad opus creationis requiritur virtus infinita et dedi eam ei qui placuit in oculis meis. non est per hoc intelligendum quod nabuchodonosor haberet graciam gratum facientem sine sanctificantem cum esset infidelis et idolatra sed hoc dicitur quia deus bonis et malis indifferenter dat bona temporalia prout sibi placet servum meum. erat enim executor divine iustitie ut supra dictum est. xv. insuper et bestias agri dedi ei ut ser. ta. sa. quod hoc dicitur eo quod nabuchodonosor leo dicitur supra iiii. capitulo. qui est rex animalium et servient ei omnes gentes. per parabolem est ad designandum dominii magnitudinem sui imperii et filio eius. scilicet evilmoradach. et filio filii eius. scilicet balthasar in quo defecit regnum babilonie daniel. v. ideo subditur. donec veniat tempus. scilicet punitionis terre eius et ipsius. cetera patent usque ibi. vos autem nolite audire prophetas vestros. qui fingebant se habere visiones a deo in iustitia et divinos. qui ornituabant per astra et sompniatores qui dicebant se habere visiones in sompnis et augures qui divinabant per garritum et volatum avium et maleficos. qui divinabant in hostiis demonibus immolatis ut longe faciant vos etc. istud dicitur a consecutione et non causalitate ex hoc enim quod credebant mendaciis talibus rebellabant ad quod sequebatur eorum destructio et captivitas cetera patent ex dictis usque ibi. dimittam eam in terra sua tamen sub tributo regis babilonis ¶ Et ad sedechiam. hic consequenter ponitur prophetia contra sedechiam et eius populum quam predixerat ieremias ut patet supra in pluribus locis sed licet eam repetit loquendo nunciis regum predictorum secundum quod dicit hic rabi. sa. et patet littera usque ibi. nolite audire verba prophetarum. scilicet falsorum ut patet ex sequentibus ut vos eiciam. id est ut tenetur hic consequenter et non causaliter ut supra dictum est et patet littera usque ibi et si prophete sunt. scilicet dei orent nunc dominum. precedentes et efficaces eis porrigendo unde in hebreo habetur deprecentur dominum exercituum ut non veniant etc. id est ut vasa que remanserunt in domo domini non portentur in babilonem sicut illa que fuerant portata in transmigratione iechonie que tamen portabuntur. ideo subdit quia hec dicit dominus exercituum ad columpnas. scilicet duas valde notabiles qui erant in porticu templi et ad

mare. scilicet eneum in quo lavabantur sacerdotes et ad bases. scilicet laterum qui erant valde curiose ut patet iii. regum ideo vero ista hic exprimuntur in speciali quia erant valde notabilia cetera dicta sunt in generali cum subditur et ad reliquias vasorum etc. et de omnibus istis concluditur in babilonem transferentur quod fuit impletum capto sedechia rege ut habetur iiii. regum ultimo et erunt ibi usque ad visitationem suam dicit. scilicet tempore cyri qui in principio regni sui dedit licentiam iudeis reedificandi templum et vasa que fuerant in babilonem portata fecit in ierusalem reportari ut habetur esdre primo.

Et factum est

XXVIII

Hic consequenter ieremias prophetat contra ananiam falsum prophetam et dividitur in duas partes quia prophetia ananie ponitur secundo ad non repletatur ibi. et factum est. prima in duas quia primo ananias prophetat verbo secundo sensibili signo ibi et tulit. prima adhuc in duas quia primo ponitur prophetia ananie secundo responsio ieremie ibi. et dixit. circa primum notatur tempus cum dicit et factum est in anno illo. scilicet iiii. anno sedechie quo venerunt nuncii regum ad ipsum secundum quod subdit post in anno quarto etc. Sed contra hoc videtur illud quod preponitur. in principio regni sedechie. iiii. enim annus sui regni non potest dici quietem principium eius propter quod ra. sa. dicit quod principium regni hic accipitur pro illo tempore quo nabuchodonosor prefecit eum quinque regibus ut dictum est capitulo. xxvii. et hoc fuit quarto anno regni sedechie dixit ad me ananias. id est dirigendo sermonem ad me coram omnibus asserentem hec dicit dominus deus exercituum deus israel contrivi iugum regis babilonis. audiverat enim iste ananias primo anno regni sedechie ieremiam dicentem hec dicit dominus exercituum ecce confringam archum helam ad similitudinem huius dixit postea iiii.to anno sedechie illud quod dicitur hic. hec dicit dominus etc. quod filii prophetarum accipiebant modum loquendi prophetarum domini sicut dictum est supra. xxiii. cetera patent in littera et dixit. scilicet ieremias hic consequenter ponitur ieremie responsio dicentis amen sic faciat dominus. desiderabat enim ieremias reditum captivorum et vasorum que cum iechonia transmigrante fuerunt deportata supposita tamen super voluntate divina sed quia sciebat hoc non eventurum ideo subdit verumptamen audi verbum hoc. per quod apparebit si prophetia tua sit vera vel non. prophetia qui vaticinati sunt pacem. scilicet prophete futuram cum venerit verbum eius in effectu scietur prophetia vera a deo missa. ex hoc loco accipiunt iudei opinionem erroneam dicentes quod promissiones dei de futuro bono fiunt absolute nec retractantur sed comminationes de malo fiunt sub conditione. scilicet si non egerint penitentiam illi quibus fiunt ideo accedente penitentia retractantur sicut prophetia ione de ninive subversione propter primam minatam et sic exponunt quod dicitur hic prophetia qui vaticinatus est pacem etc. quasi diceret ieremias ananie tu prophetas prosperum bonum et ego prophetiso eis pene malum et tamen scietur quod tu sis propheta domini si impleta fuerit tua prophetia quia talis promissio non mutatur sed si non evenerit malum pene quod prophetizo non propter hoc argui potero de falsitate quia talis prophetia aliquando non impletur propter penitentiam superuenientem sed istud dictum apparet falsum ex dictis ieremie supra. xviii. ubi promissio de bono ita dicitur retractabilis propter peccatum superueniens sicut et comminatio de malo propter

de malo

penitenciam superuenientem unde ibidem dicitur Repente loquar aduersum gentem et aduersum regnum ut eradicem et destruam et disperdam illud si penitentiam egerit gens illa a malo suo agam et ego penitenciam super malo quod cogitaui ut facerem ei et statim subditur ibidem de promissione boni et subito loquar de gente et de regno ut edificem et plantem illud si fecerit malum oculis meis penitenciam agam super bono quod locutus sum quod facerem ei ex quo patet quod sicut malum comminatum propter adeo penitenciam non infertur sic bonum promissum propter peccatum superueniens aufferetur possent adduci plura alia de sancta scriptura ueteri et noui sed propter prolixitatem omitto sciendum tamen deus pronior est ad miserandum quam ad condempnandum et per consequens ad non inferendum malum comminatum quam ad aufferendum bonum promissum licet tamen promissio et comminacio fuit sub condicione et secundum hoc intelligibilem sermone quod scietur ueritas prophete denunciantis bonum cum uenit in effectum in quantum deus non habet pronitatem ad aufferendum ¶ Et tulit hic consequenter ananias confirmat dictum suum sensibili signo aufferendo cathenam de collo ieremie et frangendo ut ostenderet uerbo et sensibili signo dominium regis babilonis totaliter aufferendum. et abiit ieremias propheta in uiam suam. nolens contendere contra ananiam et factum est hic consequenter ponitur reprobacio ananie et primo quantum ad suam prophetiam fallam cum dicitur in persona domini cathenas ligneas contriuisti. falsum presumptuose significando et facies pro eis cathenas ferreas q. d. ex inducacione tua facies illas rebellare regi babilonis ex quo incurrent maius malum quasi incomparabiliter quam ante et patet littera usque ibi et dicit. ieremias etc. ubi ponit reprobacio anane quantum ad personam cum dicitur ecce mittam te a facie terre. scilicet per mortem in qua homines tollitur de superficie terre et intra terram sepelliuntur et mortuus est ananias propheta in anno illo ut scilicet ueritas probaretur mense septimo et sic a dicto ieremie usque ad mortem eius fluxerunt tantum duo menses qui hec protulit mense quinto ut patet in principio huius capituli uicesimi [illegible] XXIX

Et hec sunt uerba hic consequenter propheta contra iechoniam qui iam cum matre et nobilibus regni iude et sacerdotibus et prophetis pluribus ducti fuerant in babilonem sed propheta reuelabat reuerti in iudeam et illi qui cum eo translati fuerant decepti a falsis prophetis credebant [illegible] sed ieremias scribendo eis nititur auffere istam confidenciam falsam et diuiditur in duas partes quia primo epistole ieremie proponit prefacio secundo narracio ibi hec dicit dominus. in prefacione exprimuntur primo persona mittens epistolam cum dicitur que misit ieremias propheta et locus unde misit cum dicitur de ierusalem. secundo persone ad quas misit cum dicitur ad reliquias seniorum. etc. et patet littera usque ibi et domina. i. mater regis et eunuchi. i. regis et cetere secretores sed a castitatis honestate tales enim ponebantur antiquitus in regnis dominibus et maxime circa obsequium dominarum et secundum talem modum loquendi dicit saluator. matthei xix. sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celorum et faber et inclusor. hec nomina exponuntur supra

xxiiii. Tercio exprimuntur persone portantes epistolam cum dicitur in manu elasa filii saphan etc. quos misit sedechias rex iuda ad portandum tributum quod debebat regi babilonis uel aliquid eiusmodi. ¶ hec dicit. hic consequenter ponit epistole narracio in qua primo ieremias auffert transmigratis fallam confidenciam secundo subiungit decipientium penam ibi hec dicit dominus. prima in duas quia primo auffert confidenciam fallam secundo denunciat ueram ibi. quia hec. circa primum dicit in persona domini edificate domos etc. i. disponite uos ad manendum diu in babilone pro uidendo uobis de domibus terre fructibus et multiplicacione prolis et cito redire falso non speretis ideo subditur non seducant uos prophete uestri. scilicet falsi reditum propinquum denunciando ¶ Quia hec dicit. hic consequenter denunciat eis ueram fiduciam et primo denunciat eis ueram fiduciam et primo denunciat eam translacionis in babilonem secundo contrarium innuit habitantibus in ierusalem ibi quia hec. circa primum dicit quia hec dicit dominus. q. d. nolite credere falsis prophetis quia hec est sentencia domini de uestro reditu cum ceperint impleri in babilone. lxx. anni tot enim anni fluxerunt secundum hebreos a transmigracione ioachim usque ad primum annum cyri sed in alios uero computacio istorum annorum incipit tardius. scilicet a destruccione ciuitatis sub sedechia ut dictum est supra xxv. uisitabo uos sicut misericors pater filios cetera patent usque ibi ut reducam uos ad locum istum. i. in ierusalem non quod omnes redierunt in persona propria quia in tanto tempore multi fuerunt mortui in via et alii qui erant iam prouecte etatis ut dem uobis et finem expectacionis uestre et paciencie uestre usque ad terminum predictum et inuocabis me et ibitis ad terram uestram cetera patent usque ibi et de uniuersis gentibus etc. quia in regno babilonis erant gentes uarie ad quas iudei fuerunt translati tempore ioachim et sedechie et inde reducti cum zorobabel [illegible] dixistis suscitauit nobis deus prophetas. i. quod credidistis prophetis falsis uos decipientibus et dicentibus se loqui in nomine domini ideo annunciam uobis terminum uestre reuersionis in iudeam ut non credatis eis dicentibus uobis quod cito debeatis reuerti ¶ Quia hec dicit hic consequenter banc fiduciam remouet a sedechia rege et eius populo qui non transmigrauerat in babilonem denunciando quod passuri sunt multo grauiora. ideo subditur hec dicit dominus exercituum. i. angelorum. Ecce mittam in eis gladium. et famem et pestem. omnia ista enim uenerunt super eos obsessos in ierusalem ut habetur. iiii. regum. ultimo et ponam eos quasi ficus malas. i. abhominabiles deo et hominibus sicut dictum est supra xxiiii. in parabola de ficubus et dabo eos in uexacionem in uniuersis regnis terre hoc dicit quia sub rege babilonis erant plura regna in maledictionem. quia ad uerba diuina que eis inferebant et in stuporem pre admiracione eorum miserie et in sibilum. i. in derisum cetera patent in littera ¶ Hec dicit hic consequenter ponitur pena falsorum prophetarum qui decipiebant populum in babilone transmigratum et primo ponit penam duorum simul qui non solum erant prophete falsi sed et adulteri secundo penam tercii qui non solum erat assertor falsitatis sed etiam persecutor ueritatis ibi et ad semeiam nomina autem duorum ponit

cum dicitur. Ecce ego tradam eos in manu
Nabuc. Dicunt expositores nostri quod isti fuerunt
duo senes quos convincit daniel de falso testimonio
contra susannam propter quod fuerunt condempnati ad
mortem ut habetur daniel. xiii. verum quia iu
dei erant in babilone sub non habebant iusti
ciam alicui nec per suos principes condempnandi ali
quem ad mortem ideo dicitur hic quod fuerunt traditi
in manum nabuc. quia de sua licentia fuerunt accusati
per iudeos coram rege vel locum eius tenente qui
sententiam mortis in eos dedit et executionem
iudeis commisit et ideo quod dicitur daniel. xiii.
populus eos interfecisse intelligendum est quantum
executionem. Cetera patent usque ibi. Quos frixit
rex babilonis in igne. daniel. xiii. dicitur quod
fuerunt lapidati ad quod dicendum quod aliquando
in sacra scriptura quelibet pena mortis signi
ficatur nomine ignis vel quia primo fuerunt lapida
ti postea combusti sicut de achor dictum fuit. Iosue.
vii. et hic exprimitur pena ignis in daniele vero
pena lapidationis illud tamen quod de eis dici
tur in daniele non est autenticum quia non est de
scriptura canonica. Cetera patent usque ibi. Ego
sum iudex et testis dicit dominus. quasi dicat nullus
potest effugere iusticiam meam. Et ad semeiam
hic consequenter ponitur pena tertia quia non solum erant
falsi illi qui erant in babilone sed etiam pseudo
prophete. semeias scribens de babilone summo pon
tifici qui erat in ierusalem ut incarceraret ieremiam
eo quod scripserat transmigratis ne falso sperarent
cito reverti. et hoc est quod dicitur. pro eo quod
misisti libros. id est litteras. in nomine tuo tamquam nomine
dei ipse dicens sophonie. dominus dedit te
sacerdotem. scilicet summum pro ioiada. sacerdote.
licet iste ioiada fuisset diu ante ipsum tamen
nominat eo quod fuit homo magne sanctitatis
et auctoritatis sicut ille. Ut sis dux. id est princeps
sacerdotum super omnem virum arreptitium et prophetan
tem. id est qui prophetat ex instinctu demonis eius
fantasiam commovente. ut mittas eum in nervum
id est in cippum. Item quod non poterit talia seminare.
Et nunc quare non increpas ieremiam. taliter
prophetantem non solum in ierusalem verbis sed etiam
in babilone scriptis ideo subditur quia super hoc
misit ad nos. scilicet epistolam ut dictum est in principio
huius capituli dicens in ea epistola. longum est. scilicet tempus
more vestre in babilone. Edificate etc. id est disponite
vos ad diuturnam mensionem sicut expositum
est supra. Legit ergo sophonias sacerdos. ad ar
guendum ieremiam de epistola ad quam miserat.
Cetera patent usque ibi. Ecce ego. Ubi ponitur
pena semeie cum dicitur. Visitabo super semeiam
neelamitem. in persona eius. et super semen eius. id est
in personis sibi coniunctis. non erit ei vir sedens. id est exis
tens in medio populi huius. scilicet revertentis in ierusalem
et non videbit bonum quod ego faciam populo meo
ipsum de captivitate liberando. quia prevaricati
onem locutus est adversus dominum. revocando semeiam
de falsitate qui ex ore domini loquebatur.

XXX

Hoc verbum. Superius
ieremias prophetavit populo adversa hic con
solatur prospera illud autem quod erat summe
prosperum erat adventus christi ad salutem mundi
cuius figuram fuit salvatio populi de captivitate
babilonica de qua fecerat mentionem capitulo pre
cedenti. Verum aliqua que nunciabat ut opposita iuxta
se posita magis elucescerent. et ideo convenienter
post figuram hic consequenter denunciat rem figu
ratam. scilicet per christum salutem generalem quod facit in
hoc capitulo et sequenti. nec possunt convenienter
aliter exponi nisi referendo ad tempus christi et in
prosequendo magis apparebit ad intellectum eorum
sequentium sciendum quod propheta in scribendo non servat
semper ordinem temporis sed frequenter priora facta po
sterius scribuntur et econverso. Unde dicunt doctores
hebrei. non est prius et posterius in lege et per legem
intelligunt vetus testamentum in quo non est attendendus
ordo temporis sed ordinem de scriptionis et idem
dicunt doctores latini quod frequenter scriptura sacra
loquitur per anticipationem. scilicet posteriora preponendo et
per recapitulationem priora postponendo. et hoc modo
procedit ieremias in hoc libro in pluribus locis ut
patet in precedentibus et in sequentibus apparebit
et in hoc loco sic procedit quia primo denunciat
christi regnum. secundo eius templo adventum capitulo. xxxi.
Circa primum sciendum quod licet homo christus ab in
stanti incarnationis habuit dominium super omnia creatu
ram auctoritatis non tamen executionis sed hoc modo accepit
in sua resurrectione secundum quod dicit apostolus. Nobis data est
michi omnis potestas in celo et in terra et plenarie habebit
in iudicio finali. tunc enim omnia erunt ei simpliciter sub
iecta. Unde dicit apostolus hebreos. ii. nunc autem nec
dum videmus omnia ei esse subiecta et iudicium autem finale
precedet antichristi persecutionem et ideo primo nunciat
hic persecutionem antichristi. secundo regnum christi ibi. Et erit.
tertio respondet tacite questioni ibi. Revertar. Circa primum
dicitur ieremie. Scribe tibi. etc. quasi dicat ista futura sunt in lon
ginquum et sunt digna memoria ideo scribenda. Ecce dies
veniunt dicit dominus. et convertam conversionem populi mei israel
et iuda. istud non potest intelligi de reductione captivi
tatis babilonice nec de aliqua sequenti salvatione tempo
rali quia secundum doctores hebreorum et secundum veritatem populus
israel prout dividitur contra populum iuda sicut est hic non
est reversus de captivitate nec a iudeis expectatur reditus
usque ad tempus messie quem inde expectant venturum et
ideo secundum nos qui confitemur eius adventum preterisse oportet
quod hic ista aliter intelligantur et dicunt aliqui quod intelligitur
de conversione spirituali iudeorum ad predicationem christi et apostolorum
quorum aliqui fuerunt de regno israel quia salmanasar cap
tivante istud regnum aliqui fugitivi evaserunt qui post
habitaverunt in regno iude tempore ezechie et cum illis
de regno in babilonem ducti sunt et cum reddeunti
bus redierunt sicut fuit dictum plenius. iiii. regum.
Quod autem sequitur. et convertam eos ad terram etc. intelli
ge de terra viventium que sub promissione facta habentibus
fuit principaliter intellecta sicut dictum fuit plenius. gen.
xv. et in pluribus aliis locis. Sed quia iudei qui crediderunt
ad predicationem christi et apostolorum fuerunt pauci respec
tive ideo melius intelligitur quod dicitur hic. Et convertam con
versionem populi mei etc. de generali conversione ad christum de
tecta falsitate antichristi per heliam et enoch. ideo de perse
cutione antichristi subditur. quia hec dicit dominus. vocem terroris
audivimus etc. et comminatur se dominus christus fidelibus sui
tunc passuris eo modo quo dicit act. ix. Saule saule quid
me persequeris. Interrogate et videte si generat masculus.
hic accipitur generare pro parere. Unde in hebreo
habetur. si parit masculus. et per hoc innuitur anxietas
et angustia tunc futura christi fidelibus ideo subditur
quare ergo vidi omnis viri. id est cuiuslibet christiani quan
tumcumque fortis et firmi manum super lumbum suum.

sinum quasi parturientis modus enim mulieris parturientis est ponere manus suas ad lumbos suos et conversae sunt universae facies in auruginem .i. in colorem deformem pre angustia et timore. Ve quia magna dies illa .i. tempus illud erit magnum quantum ad intencionem tribulacionis nec est similis eius propter quod dicitur Mat. xxiiij. erit enim tribulacio magna qualis numquam fuit ab inicio mundi usque modo neque fiet et ex isto salvabitur. omnis populus christianus ad ultimum bonum qui nomine iacob intelligitur eo quod supplantator interpretatur. ¶ Et erit. hic consequenter ponitur dominium christi qui spiritu oris sui interficiet antichristum ut dicitur secunda ad thessalonicenses. secundo et magnam partem adherentium sibi ideo subditur conteram iugum eius de collo tuo. s. militantis ecclesie et vincula eius dirumpam .i. machinaciones eius et decepciones et non dominabuntur eis amplius alieni. s. adeo sed servient domino deo suo s. deo patri et david regi suo .i. dei filio incarnato. unde in translacione calduica que apud hebreos est autentica ut frequenter dictum est sic habetur et obedient messie filio david regi suo. unde secundum omnes doctores hebreorum illud intelligitur de christo ad litteram quem suscitabo eis .i. faciam apparere ad eorum salutem etiam ad litteram deus pater suscitavit ihesum a morte. tu ergo ne timeas. confortacio est contra tribulacionem antichristi futuram salvabo te de terra longinqua etc. iudei enim tunc salvandi dispersi sunt in longinquis partibus mundi et ibi captivi tenentur. iacob. s. ad christum quia non solum intelligitur de iudeis tunc tunc convertendis sed etiam de christianis ab antichristo deceptis qui postea penitebunt et requiescet. a tribulacione antichristo interfecto et cuncti affluet bonis etc. hoc refertur ad statum ecclesie triumphantis ubi habetur bonum infinitum et securitas perfecta. faciam enim consummacionem in cunctis gentibus. quia omnes gentes sectas suas varias dimittent pro fide christi. ¶ te autem. hic respondetur quodam tacite dubio secunda ponitur ibi propterea. circa primum posset fieri questio quare dominus permittet fideles suos sic tribulari tempore antichristi et respondetur hic quod hoc fiet ut purgentur a peccatis que circa tempora illa habundabunt secundum quod dicitur Mat. xxiiij. et quoniam habundabit iniquitas etc. et hoc est quod dicitur te autem non faciam in consummacionem q. d. quantumcumque acerba sit persecucio antichristi non tamen deficiet ecclesia. sed purgabitur. ideo subditur sed castigabo te in iudicio insanabilis fractura tua. quia persecucio antichristi erit inremediabilis via humana non est qui iudicet iudicium tuum quia tunc nullus audebit stare pro iustis ad eos liberandum omnes amatores tui obliti sunt tui quia principes terreni qui non deffendunt ecclesiam non audebunt ei ostendere amiciciam plaga enim inimici percussi te. q. d. tunc videbor adversarius ecclesie sicut pater durus castigans filium videtur ei inimicari iudicio exteriori propter multitudinem iniquitatis tue que tunc habundabit supra modum ut dictum est dura facta sunt peccata tua .i. dura correccione indigencia. quid clamas super contricione tua. q. d. iuste tibi infertur. insanabilis est dolor tuus. s. via humana propter quod apponet remedium interficiendo antichristum ut dictum est. ¶ Propterea. hic solvitur secunda questio quia posset aliquis querere quid faciet christus de antichristo persecutore et sibi adherentibus et respondetur quod non evadent divinam vindictam et hoc est quod dicitur ¶ Propterea omnes qui comedunt te devorabuntur. non solum morte temporali sed eterna. et universi hostes tui in captivitatem ducentur a demonibus obducam enim cicatricem tibi dando spiritum penitencie deceptis ab antichristo et eius satellitibus quia eiectam vocaverunt te syon .i. o. ecclesia nomine syon vocata. ps. ii. capitulo et hebreos

vii. que vocabitur civitas dei ante adventum christi persecucione conversionem tabernaculorum iacob .i. societatum fidelium ab antichristo deceptorum quia dabitur eis spiritus penitencie et edificabitur civitas .i. ecclesia que est civium christi unitas in excelso suo .i. in honore magno quia tunc omnes confugient ad eam et templum iuxta ordinem suum fundabitur .i. cultus christi ab antichristo deiectus in statum suum reformabitur et egredietur de eis laus. s. divina vox quoque ludencium non per dissolucionem sed per devocionem sicut dicebat david de se ipso secundo regum .vi. ludam ante dominum et erunt filii eius sicut a principio .i. sicut ante persecucionem antichristi et erit dux eius ex eo .i. christus vero homo et applicabo eum ut accedat ad me. quia christus homo pre omnibus habet accessum ad patrem ideo subditur quis enim est iste quantumque excellencie qui applicet cor suum quia voluntas christi hominis in hominibus conformis est voluntati divine ut appropinquet michi pro sua voluntate sicut filius patri et eritis michi in populum s. deo patri per filium et subditur de pena impiorum Ecce turbo domini. s. in die iudicii In capite impiorum requiescet .i. in antichristo qui erit caput impiorum quoniam fulminabitur vel in capite impiorum generaliter per finalem sentenciam cum dicetur eis Ite maledicti in ignem eternum etc. Mat. xxv. In novissimo dierum intelligetis ea. per hoc satis innuitur quod ieremias loquitur de futuris in novissimo tempore et quia tunc omnes convertentur ad unum deum ut predictum est ideo subditur in tempore illo. dicit dominus ero deus universis cognacionibus israel quos est verum sine ampliacione israel secundum carnem quia tunc omnes iudei convertentur ad christum sine ampliacione secundum spiritum. s. pro omnibus fidelibus qui nomine israel vel nominantur ps. lxxij. xliiij.

XXXI

Hec dicit dominus.

Supra Jeremias passus est iniuriam a Sedechia rege hic patitur iniuriam a ioachim eius fratre ista iniuria fuit prior precedente quantum ad tempus ut dictum est supra .xxvi. et dividitur in duas partes quia primo Jeremias arguit regem et populum de inobediencia. secundo ex hoc patitur iniuriam. ca. xxxvi. primum declaratur exemplo rechabitarum. ideo primo ponitur exemplum. secundo applicatur ad propositum ibi et factum est. Circa primum ponitur tempus cum dicitur in diebus ioachim filii iosie. qui regnavit ante Sedechiam ut dictum est supra .xxii. capitulo. Vade ad domum rechabitarum. i. ad domum in qua sunt hospitati ut videbitur infra et introduces eos in domum domini. per hoc non intelligitur templum sed edificia ad ipsum pertinencia ideo subditur in unam exedram. i. cameram thesaurorum. erant enim plures thesauri templi quia aliqui custodiebant vasa aurea alia argentea alii vestes sacerdotales et consimilia et propter ipsum habebant edificia pro reposicione talium et pro sua habitacione. et dabis eis bibere vinum. i. offeres quia ipsi non biberunt ut infra dicetur nec istud preceptum domini et execucio eius per Jeremiam fiebant ad hoc quod ipsi biberent sed ut probaretur eorum obediencia ad ionadab patrem suum qui prohibuerat vinum potum et assumpsi iezoniam. etc. isti omnes erant de rechabitis. filii ... hominis dei iste fuit propheta secundum quod dicitur .xxi. propter quod .i. confidencius fuit ad locum illum cum rechabitis. qui erat iuxta gazophilacium principum. sic nominatur eo quod oblaciones principum ibi servabantur super thesaurum. i. super locum thesauri maasie filii sellum qui erat custos vestibuli. i. loci ubi reponebantur vestes sacerdotum ... patet usque ibi obedivimus igitur ionadab unde ab isto incepit modus vivendi rechabitarum

per tales eorum modum vivendi ostendebant tantummodo se esse peregrinos in presenti vita et transire ad vitam manentem. et dicunt doctores hebrei et latini quod isti descenderunt de iethro socero moysi. Cum autem ascendisset nabuchodonosor rex babilonis ad terram nostram etc. hoc dicunt ad suam excusationem de hoc quod pro tunc manebant infra domum in ierusalem ut dicitur in principio huius capituli. quasi dicunt nos fecimus hoc invite compulsi quia non habemus legem. ¶ Et factum est. hic applicatur ad propositum quia rechabite firmiter obediebant homini et rex ioachim cum populo suo nolebat obedire deo omnium patri et creatori ex quo concluditur quod merito erant arguendi et puniendi et patet littera paucis exceptis. ¶ Ego autem locutus sum ad vos per prophetas meos de mane consurgens et loquens. i. sollicite et diligenter. Vocavi illos. per prophetarum verba et attrahendo eos per beneficia et deterrendo per flagella. et non responderunt michi verba prophetarum renuentes audiendo et beneficiis meis regratiando et timore flagellorum a malis se retrahendo cetera patent in littera

Et factum est XXXVI

hic consequenter inducitur militia ieremie secundo ab eo relinquitur prophetia ubi et factum est primo in tres quia primo describitur secundo liber eius obustus ibi. misit itaque tertio ad mortem queritur ibi et precepit. Prima in duas quia primo ponitur militie ordo secundo ieremie reclusio secunda ibi et precepit. occasio autem reclusionis fuit quia arguebat vitia regis et populi denuncians super eos ventura flagella dei nisi a peccatis resilirent circa primum ponitur tempus cum dicitur in anno quarto ioachim etc. et sequitur ex diebus iosie cepit ieremias prophetare ut dictum est supra in principio huius libri. si forte audierit domus iuda etc. per hoc non intelligitur in deo aliqua ignorantia respectu futuri sed per hoc non intelligitur in deo aliqua ignorantia respectu futuri sed per hoc designatur libertas arbitrii per quam rex et populus poterant a malis suis recedere cetera patent. et precepit. hic consequenter ostenditur ieremie reclusio ioachim enim reclusit eum ne prophetiam suam publicaret in populo sed quod non potuit exequi per se ipsum executus est per baruch amicum suum quia quod per amicos facimus quodammodo nos per nos ipsos facimus ut dicit philosophus viii. ethicorum et patet littera usque ibi. In die ieiunii. dicunt aliqui quod fuit in festo expiationis in quo tenebantur iudei affligere animas suas levitici .xxiii. sed textus videtur contradicere quia infra dicitur quod istud ieiunium de quo est hic sermo fuit mense nono festum vero expiationis fiebat .x. die septimi mensis et ideo alii dicunt quod ieiunium fuit tunc per regem populo impositum quia audiverat in ierusalem quod rex babilonis se disponebat ad veniendum contra ierusalem et iudeam sicut ninivite predicaverunt ieiunium audito verbo ione prophete de futura subversione ninive. sed quia talis afflictio corporum non valet coram deo nisi homines resiliant a peccatis. ideo ieremias misit baruch ad legendum prophetiam suam in predicatione eorum cetera patent usque ibi. in vestibulo superiori. ut de loco alto baruch audiretur a populo existente in atrio ad quod conveniebat populus ad orandum et verbum dei audiendum. In introitu porte nove. ista erat porta quam ioatham edificavit ut dictum est supra .xxvi. cetera patent in littera. ¶ Audivit itaque. hic consequenter liber sic obvolutus cum dicitur. misit itaque rex iudi. In hebreo habetur

Iehudi. et in latino significat iudeum quia ab inde sic nomen appellativum. isti tamen erat appropriatum sicut apud nos aliquis nomine proprio vocatur christianus quamvis sit nomen commune aliis cetera patent usque ibi et posita erat arula. est autem arula instrumentum ferreum in quo ponuntur carbones ardentes pro calefactione magnorum. Cumque legisset iudi tres pagellas vel .iiii. Rabbi Salomon dicit tres versus vel quatuor dicens quod legebat lamentationes ieremie et legerat .iiii. versus completos. s. quo modo sedet etc. plorans ploravit etc. migravit iudas etc. vie syon lugent etc. et cum incepisset quintum. s. facti sunt hostes eius in capite tunc rex impaciens noluit plus audire sed fecit librum in ignem obustum ideo cum dicitur. scidit illud scalpello scribe. i. pro cultello scriptoris intelligendum quod hoc fecit de precepto regis. Unde postea subditur veruntamen elnathan et dalaias et gamarias contradixerunt regi non ostensione sed verbis et deprecationibus unde in hebreo habetur et deprecati sunt regem. Et precepit. hic consequenter ieremias ad mortem queritur cum dicitur. et precepit rex etc. ut comprehenderent baruch scribam et ieremiam prophetam. ieremias autem erat reclusus in carcere ut dictum est et ideo non querebatur ad incarcerandum sed ad occidendum. Dominus autem abscondit eos. quia ubi deficit remedium humanum assistit divinum et patet in hoc magis obstinatio ioachim regis qui non solum prophetam domini propter veritatem in carcere reclusit sed etiam eum interficere quesivit. ¶ Et factum est. hic consequenter ieremias restituit suam prophetiam non solum loquendo sed etiam scribendo et hoc de domini mandato et ad ostendendum veritatem libri obusti et primo ponitur hoc mandatum et patet secundo ponitur pena ioachim punitio de libri obustione cum dicitur hec dicit dominus etc. et patet littera usque ibi non erit ex eo qui sedeat super solium david. s. stabiliter licet enim ioachim filius eius pro eo fuerit rex substitutus tamen regnavit tantum tribus mensibus ut dictum est supra .xxii. et iiii. regum .xxiiii. et ideo regnum eius pro nichilo reputatur secundum philosophos quod modicum est quasi pro nichilo reputatur. et cadaver eius. i. ioachim filii iosie proicietur etc. rex enim babilonis veniens contra ioachim cepit eum et cum ei reddidisset tributum tribus annis audiens quod rebellare volebat et regi egypti adherere missis exercitibus iterum cepit eum et interfectum proiecerunt extra portas ierusalem ut dictum est supra .xxii. cetera patent usque ibi ¶ Ieremias autem. ubi ponitur reparatio libri obusti et cum hoc superadditio sicut dicitur infra et insuper additi sunt sermones etc. dicit autem hic Rabbi Salomon quod in libro primo quem obussit ioachim erant scripta tantum tria capitula lamentationum s. primum secundum et quartum in quibus est alphabetum hebraicum simplex quia singuli versus singulis litteris incipiunt sed in isto secundo fuit additum tertium capitulum s. ego vir videns etc. in quo alphabetum est triplicatum quia quelibet littera sunt tres versiculi ¶ Sed contra istud dictum videtur quia in lamentationibus ieremias deplorat destructionem civitatis factam que destructio facta fuit post tempus ioachim de libro vero primo ieremie dicitur in principio huius capituli tolle volumen libri et scribes in eo omnia verba que locutus sum tibi etc. et subditur a die qua locutus sum ad eos ex diebus iosie usque ad hanc diem quia erat in quarto anno regni ioachim ut videtur patet. ¶ Ad quod potest dici quod non solum tempore ioachim sed etiam ex principio quo ieremias cepit prophetare de destructione civitatis prophetavit et

[Margin: tempore enim iosie]

[Margin: iam]

[Margin: sum quod dicit philosophus]

in multis locis eam denunciant per modum precum tamen quod fiat licet esset ventura ut patet in precedentibus et hoc propter certitudinem prophetie et quia in propheta sepe ordo temporum non servatur. **XXXVII**

Et regnavit.

Supra est scriptum quod Ieremias passus sit a regibus. hic consequenter ponit quid passus est a principibus. Et dividitur in duas partes quia primo ab eis incarceratur. Secundo incarceratus eius procuratur capitulo xxxviii. Prima in duas quia primo ponitur Sedechie postulacio. secundo Ieremie incarceracio ibi. Cum ergo. Circa primum primo ponitur additio postulantis cum dicitur. Et regnavit rex Sedechias. iste vocatur sellum. Ieremie xxii. sed rex babilonis eum regem constituens pro Iechonia vertit nomen eius Sedechiam quod sonat iusticiam dei ut esset memor et regis babilonis fideliter serviret et egipcios non faveret. Et non obedivit ipse et servi eius. etc. quia contra moniciones factas ex ore domini fecit fedus cum egipto et rebellavit regi babilonis. Secundo ponitur modus sue postulacionis. scilicet per nuncios cum dicitur. Et misit rex Sedechias ad Ieremiam prophetam. dicens. Ora pro nobis dominum. Dicit enim Rabi Salomon quod iste Sedechias erat de se mansuetus sed per malum consilium fuit deceptus. Ieremias autem libere ambulabat. hoc dicit ad ostendendum Ieremias reverenciam erga eum quia ipse venire ad se non dum regis reverenciam erga eum quia ipse venire ad se non iussit sed ad eum solempnes nuncios misit. non enim miserant eum in custodiam carceris. scilicet principes Ioachim tamen rex eum incarceraverat prius ut dictum est in capitulo precedenti. Tercio ponitur causa postulacionis Sedechie cum dicitur. Igitur exercitus pharaonis caldei enim obsidentes Iherusalem audientes egipcios venire in auxilium iudeorum dimiserunt obsidionem occurrerunt egipcios et tunc Sedechias speravit se liberandum simpliciter a caldeis propter quod quesivit a se. sup hoc domini responsum. sed audivit ab eo contrarium unde sequitur responsio Ieremie. Ecce exercitus pharaonis qui egressus est vobis in auxilium. supple vobis non valebit ideo subditur revertetur in terram suam dicit autem hic Rabi Salomon quod egipcii veniebant per mare in navibus et dominus fecit apparere super mare similitudinem hominum submersorum et tunc dixerunt egipcii isti sunt patres nostri qui fuerunt submersi pro iudeis ad quorum auxilium pergimus et sic indignati redierunt. ¶ Sed istud iudaicum fictum est quia ab exitu de egipto quando illi fuerunt submersi usque ad tempora Sedechie fluxerunt anni nongenti vel circiter quod autem egipcii qui erant homines sensati crederent corpora tanto tempore in mari durasse absque omnimoda dissolucione non est aliqualiter verisimile et ideo sicut dictum est supra redierunt timore quia caldei tamquam potenciores iam occupaverant magnam partem terre regis egipti ut habetur iiii. regum xxiiii. et redierunt caldei ad obsidendum et destruendum Iherusalem cetera patent usque ibi Sed et si percusseritis etc. quasi diceret voluntas dei est quod prevaleant vobis finaliter et ideo si non remanerent inter eos nisi valde pauci et adhuc vulnerati tamen prevalerent vobis finaliter virtute dei cui non potest resisti. Cum ergo. hic consequenter ponitur Ieremie incarceracio et dividitur secundo Sedechie iterata interrogacio ibi Misit autem. Circa primum sciendum quod exercitu caldeorum existente circa Iherusalem Ieremias autem non poterat ire ad terram suam propter quod dimissa obsidione propter egipcios ut predictum est tunc Ieremias voluit ire. et hoc est quod dicitur. Cum ergo recessisset etc. et patet littera usque ibi et divideret ibi possessionem. id est agrum quem emerat ut habetur supra xxxii. possideret possessionem eius accipiendo

et sic separando seu dividendo a vendente in conspectu civium. Videbat enim cito populum in babilonem ducendum et ideo volebat in possessionem se ponere. Cumque venisset ad portam beniamin. sic nominatam quia ad sortem beniamin ducebat. erat ibi custos. etc. filius Ananie. dicit Rabi Salomon quod iste custos erat nepos Ananie cuius mortem festinam innunciavit. Ieremie xxviii. propter quod erat pronus ad inferendum calumpnias. scilicet quod fugeret ad caldeos ut proditor civitatis propter quod non audivit eius excusacionem. et adduxit eum ad principes. qui erant cum ipso Sedechia rege ut predictum est. Quam ob rem iratus eum miserunt in carcerem. tamquam dignum non solum carcere sed etiam plagis sive morte. qui erat in domo Ionathan et ille carcer erat durior aliis. Itaque ingressus est Ieremias domum laci. id est in carcerem sub terra latum in quo proiciebantur ad mortem condempnati ut habetur capitulo sequenti et in ergastulum. id est laboris locum ab ergo quod est labor et nominabat sic quia laborioso sunt erat ibi esse. et quia religati ibidem cogebantur laboriosa operari. Consequenter autem hic consequenter ponitur Sedechie iterata interrogacio cum dicitur. ¶ Interrogavit eum in domo sua. ad quam fecerat eum venire abscondite ne offenderet principes qui eum incarceraverant. Putasne est sermo a domino. ut doceas me de futuro. Et ait. In manu regis babilonis traderis. non cellans veritatem timore mortis. Quid peccavi tibi. etc. quasi dicat non merui erga te vel servos tuos in carcerem quia quidquid locutus sum dixi de mandato domini quod probat consequenter per falsitatem prophetarum contrarium asserencium. dicens. Ubi sunt prophete vestri. etc. quasi dicat per effectum patet quod dicebant vobis falsum ¶ Consequenter ponit suam supplicacionem dicens. Nunc ergo. etc. ne me remittas in domum Ionathe. etc. quia ibi erat carcer nimis durus cui assensit rex non de totali liberacione propter principes sed de mutacione carceris ad locum magis humanum et providens ei de victu excepto pulmento. per hoc designatur quod cum pane daretur ei et pulmentum hebrei tamen dicunt quod hec est littera vera ¶ De vico panificum et sic non exprimitur hic dacio pulmenti sed locus unde de pane providebatur sibi

XXXVIII

Audivit.

Hic consequenter a principibus Ieremie mors. scilicet procuratur ¶ Et dividitur in duas partes quia primo ponitur huiusmodi procuratio secundo Ieremie sublevacio ibi. Audivit autem Saphatias. etc. sermones quos scilicet loquebatur ad omnem populum. licet enim esset reclusus in vestibulo carceris tamen ad locum illum poterant homines ingredi quibus non tacebat veritatem de futuris sicut patet per textum postea et subditur mortis eius procuracio cum dicitur ¶ Rogamus ut occidatur homo iste. De industria enim etc. quasi dicat denunciat falsa tamquam hostis rei publice et subditur concessio cum dicitur. Ecce ipse in manibus vestris est. etc. hec autem hoc rex concessit ne incurreret malivolenciam principum tamen non excusatur a peccato mortali consenciendo in mortem innocentis et prophete dei. Tulerunt ergo Ieremiam et proiecerunt eum in lacum ut ibi moreretur. fame et demersione intra lutum et sic dura morte. Audivit autem. hic ponitur Ieremie sublevacio et dividitur in duas partes quia primo ponitur sublevacio Ieremie secundo consultacio Sedechie ibi. Et misit rex. Circa primum dicitur. Audivit autem abdemelech ethiops. hoc exprimitur ad denotandum iudeorum crudelitatem qui non compaciebantur Ieremie. et eius paciebatur horracionis aliene dicit tamen Rabi Salomon quod duo sunt dicciones talis ab de melech. id est servus regis et sic non est nomen alicuius hominis determinati

Circa primum ponitur oracio paraconis cum dicitur Audivit ab.

sed sur.

sed servi regis indifferenter pro quocumque. et quod subditur ethiops. dicit et verum est quod est ibi chusi quod significat ethiopem in communi eciam in singulari quoniam omnia nomina hebrea sunt indeclinabilia sicut communiter et gentile et sic dicit quod chusi est gentium ethiops, i. ethiops et refertur ad sedechiam eo quod erat de ingrata vita et fama et sicut in aliis locis communiter est intelligendum. sed hic et in sequentibus videtur magis dicendum quod abdemelech sit nomen proprium. et quod fuit ethiops natione vir eunuchus i. castus et honestus cetera patent usque ibi pone veteres pannos. etc. per talem enim modum poterat levari facilius et extrahi de luto. Et misit rex. hic consequenter ponitur sedechie consultacio ubi primo consilium queritur secundo datum continetur ibi et dixit rex / ipse secreto ponitur ibi dixit ergo. ¶ Circa primum ponitur interrogacio sedechie cum dicitur et tulit ad se ieremiam. nolebat enim ad ipsum ire duplici de causa tum quia non decebat regem ire ad carcerem, tum quia volebat factum suum abscondere quantum poterat secreto autem poterat se ad regem adduci quod quidem licet ire ad eum quia reges incedunt cum magna comitiva hominum. ad hostium tercium. erant enim ante templum domini tria atria scilicet mulierum virorum et sacerdotum ut dictum fuit. iii. Reg. hostium autem atrii sacerdotum erat tercium et ipse fecit eum venire usque ad illud / quod subditur quod erat in domo domini. non accipitur pro domo templi precise sed etiam pro edificiis aliis ad templum pertinentibus et dixit rex petendo a ieremia oraculum et consilium. secundo ponitur ieremie responsio ibi dixit autem. premittitur autem sue assecuracionis cum dicit si annunciavero tibi etc. et queritur assensus ad dandum consilium cum dicit et si consilium dedero etc. primum autem concessit sedechias ideo subditur. Iuravit. ergo sedechias ieremie clam. ne provocarentur principes si scivissent hoc manifeste vivit dominus etc. i. sicut est verum quod deus vivit et animas nostras creavit. si occidero te. accipitur hic si pro non. q. d. sicut est verum illud quod est dictum ita verum est quod non occidam te per me ipsum nec etiam per alium ideo subditur et si tradidero te in manibus virorum istorum. scilicet principum qui posuerant eum in lacum ut dictum est cetera patent usque ibi et succendant eam igni. q. d. tu eris causa huius incendii quod reputabatur peccatum gravissimum ¶ Et dixit. hic consilium datum ieremie cum dicit sollicitus sum propter iudeos. in quo apparet malignitas iudeorum et timiditas quia sedechias magis timebat eos quam caldeos et illudant mihi inferendo mortem opprobriosam et vilem propter quod enim timebat modum moriendi opprobriosum quam ipsam mortem cetera patent usque ibi et ipse dicent tibi. impetrando per prevaluerunt adversum te. viri pacifici tui. i. prophete falsi denunciantes pacem ibi demerserunt te in ceno. i. ad statum vilitatis et in lubrico pedes tuos dando tibi occasionem ruine et recesserunt a te quia in ruina te capcionis civitatis transfugerunt ad caldeos cetera patent ¶ Dixit ergo. hic consequenter negocium in secreto ponitur et debat eum sedechias offensam principum si ad eorum noticiam pervenirent tractatum inter ipsum et ieremiam et patet littera usque ibi prostravi ego preces meas coram rege ne me reduci iuberet in domum ionathan. in hoc verum dixit rex aliter sed non credidisset ei ineciendo et si patet ex hoc quod supra dictum est quod rex praecipit ei quod non interficeret eum nec traderet eum in manibus principum qui miserunt eum in lacum quod erat in domo ionathan nec est verisimile quod rex invasisset de aliquo quod ieremias non petiisset patet littera

XXXIX

Anno nono.

Supra descripta est destructio ierusalem prophetice hic consequenter describitur hystorice et dividitur in duas partes quia primo fit propositum secundo ponitur quoddam correlarium capitulo xl. prima in duas quia primo describitur civitatis capcio secundo populi remanentis ordinacio ibi et reliquias. Circa primum primo ponitur capcio obsidionis cum dicitur anno nono sedechie secundo ipsa capcionis expedicio cum dicitur xi. autem anno. etc. et patet littera Tercio describitur ipsa capcio cum dicitur apertaque est civitas frangendo muros arietibus et portas. ideo subditur et sederunt in porta media neregel. et cetera disposuerunt enim se ad invadendum portas secundo nimirum quod cum vidissent sedechias et viri eius iudeorum quod non poterant resistere tectum fugerunt per viam orti regis. id est que ducebat versus ortum et per portam que erat inter duos muros dicit. Ra. sa. quod ibi erat una porta ad ingrediendum viam subterraneam cuius exitus erat longe a civitate per quam fugerunt persecutus est autem eos exercitus caldeorum per indicium iudeorum qui transfugerant ad caldeos ut dicit iosephus. Ra. sa. dicit quod deus fecit apparere unam cervam que in superficie terre currebat super viam subterraneam et caldei eam sequentes viderunt sedechiam et viros eius a longe exeuntes super terram et sic eos ceperunt ut dictum fuit diffusius. iiii. Reg. cetera patent usque ibi et locutus est ad eum iudicia. primo verbo arguendo eum de infidelitate et periurio. secundo facto filios eius occidendo coram eo et omnes nobiles qui dederant ei consilium rebellandi. Ra. sa. dicit quod per nobiles hic intelliguntur .lxx. seniores iudices populi cum rege et summo sacerdote quod fuerat institutum a tempore moysi ut habetur numeri. xi. quod .lxx. seniores fuisse essent omnes regimine cum ipso et dicit quod isti relaxaverunt iuramentum sedechie quod fecerat regi babilonis propter quod fecit eos occidi et domum populi. i. domos accipiendo singulare pro plurali quia caldei incenderunt domos ierusalem per circuitum ut habetur. iiii. Reg. ultimo ¶ Et reliquias. hic consequenter ponitur ordinacio populi remanentis et primo quantum ad eos qui presentes erant secundo quantum ad eos qui fugerant. xl. capitulo ibi cumque audissent principes. prima dividitur in duas quia primo ponitur ordinacio generalis secundo specialis ibi precepit autem. Circa primum sciendum quod populus in civitate et territorio reperta post destructionem civitatis erat in duplici differentia quia aliqui ante capcionem fugerant ad caldeos et alii inventi sunt qui non transfugerunt et isti erant in duplici differentia quia aliqui erant alicuius valoris seu reputacionis et isti cum precedentibus fuerunt translati in babilonem alii erant pauperes et nullius reputacionis in aliqua arte sed in tantum et isti fuerunt dimissi in terra ad colendum terras et vineas reddendo inde tributum regi babilonis per godoliam quem prefecit eis et secundum hoc patet littera ¶ Precepit autem. hic consequenter ponitur ordinacio specialis. i. de persona ieremie interponitur tamen salvacio abdemelech ibi ad ieremiam ¶ Circa primum patet littera usque ibi tolle illum de carcere in quo positus fuerat ut dictum est capitulo precedenti et pone super eum oculos tuos. et in omnibus complaciendo cetera patent usque ibi et tradiderunt eum godolie ut committeret de unius providentie ¶ Ad ieremiam. hic salvacio abdemelech interponitur et secundo de ordinacione circa ieremiam fecimus in principio xl. capituli. Circa primum ponitur tempus relaxacionis facte scilicet de abdemelech salute cum deus cum clausus esset

cum godolia et nunc fuit sibi revelatum adeo quod remaneret

etc. cetera patent usque ibi et erunt in conspectu tuo in die illa. i. videbis sermones meos per Ieremiam dictos impleri. et non traderis in manu virorum. modo tamen hebraici non plus hic exprimunt. cetera patent.

Sermo qui XLI

factus est etc. Hic ordinacio circa Ieremiam describitur. Circa quam sciendum quod sicut dicit Ra. Sa. Ieremias in decem prima duci in Babilonem in vinculis et cathenis. usque Rama et ponebat se voluntarie inter ligatos et cathenatos supponens collum suum cathenis eorum. secundum quod poterat, propter quod Nabuzardan cum rex eum commendaverat noluit quod hoc modo iret cum populo. sed posuit in eius optione quod iret cum eo in Babilonem honorifice et non sicut captivus, vel quod remaneret. quod et fecit ut pro populo remanente oraret. et circa ipsum quereret divinam voluntatem. et propter hoc dicitur sermo qui factus est ad Ieremiam a domino postquam dimissus est etc. et illud refertur ad illud quod infra dicitur. xlii. cum autem completi essent decem dies factum est verbum domini ad Ieremiam etc. sed hic interposita Ieremie remissio et fugitivorum reversio et etiam Godolie occisio. De Rama. nomen est loci unde redut Ieremias ad Godoliam ex causa predicta. quando tulit eum vinctum cathenis non proprie a quibus iam ante solutus fuerat in Ierusalem sed cathenis transitum gravantium quibus se ingerebat. ideo subditur in medio omnium qui migrabant etc. Tollens ergo princeps militie Ieremiam ut Nabuzardan etc. circa eum ostenderet si duceret Ieremiam tulit in Babilonem. dominus deus tuus locutus est malum hoc. q. d. non debeo eis intimare contra [illegible] que est voluntas dei tui quod permisit. dominus non loquitur hic pro Ieremia sed pro populo de quo erat. nunc ergo ecce solvi te hodie de cathenis volens quod sic in Babilone ducteris si placet tibi ut venias mecum honeste secundum regis mandatum. veni. aliter non. mecum noli venire. sed habita apud Godoliam in hebreo habetur et adhuc non est reversus. et reversa est ad Godoliam. quod sic exponitur ab hebreis et adhuc non est reversus. i. propter verba Nabuzardan. sed cum factum est sibi revelatio domini de revelatione predicta ideo sequitur et reversus est ad Godoliam. i. propter verba domini. iste enim Godolias transfugerat ad Caldeos ante captivitatem civitatis de consilio Ieremie ut dicit Ra. Sa. propter quod rex Babilonis prefecit eum populo remanenti in terra. cetera patent in littera ex dictis. ¶ Cumque audissent. hic ponitur ordinacio populi quantum ad eos qui fugerunt. et dividitur in duas partes. quia primo ponitur eorum receptio benigna. secundo contra Godoliam conspiratio maligna. ibi Iohannan autem. Sententia prime partis patet ex dictis paucis exceptis. qui dispersi fuerant per regiones. i. circa Iudeam. quia diversi fugiebant ad diversa loca sperantes ibi habere latibula propter aliquam amicitiam seu familiaritatem ibi prius contractam. et tenuit eos Godolias. quod tuaret vitam eorum. ¶ Ecce ego habito in Masphath ut respondeam. precepto Caldeorum. q. d. potestas ad me secure recurrere si in aliquo turbamini. sed et omnes Iudei qui erant in Moab etc. qui ad illa loca fugerant imminente guerra. audito quod dedisset rex Babilonis reliquias in Iudea. i. quod ordinasset aliquos de Iudeis manere pacifice in terra sua ne tota redigeretur

in solitudinem propter defectum cultorum. et sic redderentur in vectigalibus regi Babilonis. collegerunt vinum et messem multam nimis. hoc est respectu populi qui remanserunt. quia quamvis Caldei vineas et agros provincie pro parte destruxissent tamen illud quod remansit non solum fuit sufficiens sed habundans pro illo paucis Iudeis qui inibi habitabant. ¶ Iohannan. hic consequenter ponitur maligna conspiratio contra Godoliam. et dividitur in duas quia primo conspiratio fidelibus detegitur. secundo nequiter perficitur. xli. prima pars patet usque ibi. scito quod Baalis rex filiorum Amon misit Hysmael filium Nathanie percutere animam tuam. i. te occidere. frequenter enim in scriptura accipitur pro tota homine eo modo loquendi quo totum denominatur a digniori parte. Iste autem Hysmael eo quod erat de sanguine regio indignabatur quod Godolias preerat populo. et ideo petivit a rege Amon ad quem confugerat auxilium ad ipsum occidendum iugulandum. sed istud revelatum fuit Iohanan filio Charee et sociis eius qui revelaverunt hoc Godolie volentes remedium adhibere. sed ipse non credidit. et occasionem Hysmaelis prohibuit et prius dixit.

Et factum est. XLII

Hic consequenter conspiratio Hysmahel nequiter perficitur. et dividitur in tres partes quia primo ponitur Godolie occisio. secundo occisorum persecutio ibi audivit autem. tertio populi trepidatio ibi tulit ergo. prima pars patet usque ibi et comederunt ibi panes. nomine panis intelligitur omnis cibus. fecit enim eis Godolias convivium credens quod venissent amicabiliter ad ipsum. Surrexit autem Hysmael filius Nathanie et decem viri etc. erant et multo plures alii non fecissent tamen [illegible] sed isti decem qui exprimuntur erant principales cum eo. cetera patent usque ibi. et Caldeos qui reperti sunt ibi. aliqui mittebantur de Babilone ad Godoliam ut responderet de officio sibi imposito ut habetur in capitulo precedenti. Ecce ego habito in Masphath ut respondeam precepto Caldeorum. et viros bellatores qui erant cum Godolia ad munitionem loci percussit Hysmael quia non precavebant sibi Hysmael autem et qui erant cum eo erant occulte armati. ¶ Secundo autem die. hic consequenter ponitur occisio hominum venientium ad Godoliam devote cum dicitur ¶ Venerunt viri de Sychem etc. rasi barbam et scissis vestibus etc. dicit hic Ra. Sa. quod isti ibant in Ierusalem ad offerendum munera in templo quia quando recesserunt de domibus suis nesciebant templum combustum. sed in via audierunt et in signum tristicie fecerunt barbas suas radi et vestes sciderunt secundum modum Iudeorum in afflictione existentium. ¶ Sed hoc non videtur verum quia templum fuit combustum mense quinto decima die mensis ut habetur. infra. lii. viri autem isti venerunt mense septimo ut patet ex principio huius capituli. et sic a principio templi et eventum usque ad adventum eorum fluxerunt duo menses vel circiter. quod autem factum sit nobile [illegible] domini nescirent in locis unde venerunt non habet aliquam apparenciam. videtur quia Samaria que plus distabat a Ierusalem non distabat nisi per xviii. miliaria que faciunt viii. leucas. et Sichem per vii. miliaria ut dicitur in descriptione terre sancte. ¶ Propterea dicendum quod Godolias post destructionem templi edificaverunt in Masphath altare domini. quia tempore Samuelis fuit ibi archa domini et altare per aliquod tempus ut dicitur fuit primo regum. vii. et ad illum locum

ex deuotione veniebant isti viri rasis tamen barbis et scissis uestibus in signum tristicie pro templi destructione ut offerrent in domo domini. sic enim uocatur locus ille ubi erat altare et quia erat statutus locus orationis egressus. g[o] hysmael ut eos deciperet incedens [ei] eos de alto loco uenientes incedens et plorans id est simulans se dolere de morte godolie ut dicit aliquis sed hoc uidetur contradicere quod subditur. Dixit ad eos uenite ad godoliam s. secure tanquam ad prefectum terre non est uerisimile quod loqueretur de cadauere ipsius et aliorum interfectorum quod magis uolebat celare et ideo cum dicitur. incedens et plorans. hoc est intelligendum quod conformabat se eis in luctu templi et ciuitatis ut magis crederent sibi. qui cum venissent ad medium ciuitatis interfecit eos. ibi enim disposuerat homines armatos latentes ad hoc faciendum et ipse solus uel cum paucis occurrerat viris illis cetera patent usque ibi. noli occidere nos quia habemus thesauros etc. q. d. tibi erit utilius et inuenire non poterit nisi indicauimus. lacus autem etc. ipse est quem fecit asa rex propter baasa. sicut habetur. iii. Reg. xv. baasa rex israel cepit edificare ramam ut nullus posset egredi secure de regno iuda propter quod asa misit munera magna regi syrie ut inuaderent regnum baasa quod et fecit propter quod baasa fuit compulsus dimittere edificium rama et tunc asa conuocato toto populo suo ex lapidibus et lignis dicti edificii fecit fortalicia ad muniendum se contra baasa. et tunc etiam fecit lacum istum ad locum masphath fortificandum. et captiuas duxit hysmael omnes reliquias populi qui erant in masphath. ut inde contra dicere ei quod supra dictum est quod interfecerit iam ante omnes qui erant cum godolia in masphath. Propter quod dicendum quod ibi per masphath intelligitur illud fortalicium precise ubi erat godolias filius aycham. hic autem territorium quod erat circa illud fortalicium ubi manebat aliqui iudei qui non fuerunt cum godolia interfecti cetera patent. Audiuit autem. hic consequenter describitur ipsius hysmael insecutio et patet littera usque ibi. et inuenerunt eum ad aquas multas que sunt in gabaon. licet gabaon sit in monte in quo non sunt aque in habundancia cum de subtus erat uallis magna in qua erant iste aque. Cumque uidisset omnis populus etc. letati sunt pro sua liberatione de manibus hysmaelis ipso fugiente secundum quod dicitur postea quod fugit cum octo viris duo cum de decem principalibus quos secum adduxerat fuerant interfecti. Tulit ergo hic consequenter ponitur populi trepidatio et primo iste timor describitur secundo consilium queritur quia timor consiliatiuos facit ut dicit philosophus secundo rethorice secunda pars in principio. xlii. capitulo. Circa primum sciendum quod ideo timuit populus remanere in terra iuda ne propter interfectionem godolie qui tenebat ibi locum regis babilonis venirent caldei et interficerent totum populum residuum imponentes eis godolie homicidium et patet littera pannis excepto. quas reduxit ab hysmael filio nathanie. et hic est punctus et quod sequitur. de masphath. non significat locum unde iohanna eas reduxit quia non reduxit eas de masphath sed de gabaon ut dictum est et ideo. h. de masphath. significat locum unde erant ille reliquie quia erant de territorio masphath ut predictum est quas reduxerat. s. iohanna filius caree et socii eius ut pergerent et introirent egiptum rex enim egipti erat

aduersarius regis babilonis et ideo credebant ibi esse securi.

Et accesserunt XLIII

hic populus uolens in egiptum fugere tamen prius uoluit consilium serui querere propter quod diuiditur in duas partes quia primo ponitur populi petitio. Secundo responsio ibi dixit autem. sententia prime partis patet usque ibi Cadat oratio nostra in conspectu tuo. id est humiliter te deprecamur usque ad pedum oscula. ora pro nobis etc. et patet littera. Dixit autem. hic consequenter ponitur responsio et diuiditur in duas quia primo queritur eorum assensum. Secundo explicatur diuinum responsum ibi cum autem completi essent. querit autem assensum populi ut faciat prompte et sine rebellione aliqua ad dominum responsum sibi fiendum quia minus malum est consilium domini non querere quam quesitum et datum respuere propter quod dicit saluator luce. xii. seruus qui sciuit voluntatem domini sui et non fecit uapulabit multis et populus non solum assensit sed assensum iuramento firmauit dicens sit dominus inter nos testis ueritatis. iurare enim est deum testem inuocare si non iuxta omne uerbum etc. sub intelligitur puniat nos secundum ueritatem iustitie sue. si non sit factum siue bonum est. id est prosperum. siue malum. id est asperum quod non accipitur pro malo culpe sed pene sicut medicina amara suscipienda est pro sanitate inde consequenda. Cum autem completi. hic consequenter explicatur diuinum responsum sibi factum et diuiditur in duas partes quia primo ponitur huius responsi explicatio secundo eius refutatio capitulo xliiii. Circa primum sciendum quod diuinum responsum stat in hoc quod primo promittitur eis bonum si in terra iuda remanserint secundo predicitur malum si exierint ibi. Si autem dixeritis. Circa primum primitus ponitur tempus diuini responsi cum dicitur Cum autem completi essent. x. dies etc. sic est in hebreo et ideo aliqui libri male habent. septem. ex hoc patet quod secundum querendo diuinum responsum oportuit decem diebus quia audita petitione populi respondit supra. ecce ego oro etc. q. d. ex nunc incipiam orare pro nobis cetera patent usque ibi. ut prosterneremus preces nostras. id est preces meas pro nobis cetera patent usque ibi. Iam enim placatus sum etc. loquitur deus de se ipso ad modum hominis irati qui quando vindictam intulit placatur. cetera patent in littera. Si autem dixeritis. hic consequenter ponitur comminatio mali si recesserint et primo ponitur hec comminatio secundo adducitur ad hoc motiuum ibi. hec enim. sententia prime partis patet usque ibi ubi non uidebimus bellum quia egiptus est enim pacifica et secura et clangorem tube non audiemus. qui fit ad excitandum homines ad bellica arma. Et famem non sustinebimus. quia terra est fertilis et subditur postea comminatio pene in contrarium cum dicitur gladium quem uos formidatis. s. regis babilonis ibi comprehendet uos. postea quia quasi post quinque annos ut creditur rex babilonis uastauit egiptum et sibi subiugauit ideo subditur et fames pro qua solliciti estis adherebit nobis. uastatis bonis egiptie omnes qui uiri qui posuerunt faciem suam. id est firmiter posuerunt se ad ingrediendum egiptum sicut conflatus est furor meus. id est totaliter positus contra uos in egipto. et eritis in iusiurandum. s. exsecrationis dicendo ita male contingat michi sicut

iudeis ingredientibus egyptum si non fecero hoc
vel illud et in stuporem. pre magnitudine mali nobis
futuri et in maledictum. ita quod aliquis maledicens
alium ponet vos in exemplum dicendo maledicat
tibi deus sicut illis iudeis. et cetera patent. ¶ Voca-
vit hic consequenter adducit tacitum ad predicta que assistitur
ex hoc quod rogaverant ieremiam de querendo dominum voluntatem
prius mentientes et astringentes se iuramento verbum domini
simpliciter facere ut patet ex supradictis. et ideo quamvis erat
remedium eis si non penituissent et se taliter astrinxis-
sent ex istis patet sententia istius capituli.

XLIII

Factum est. postquam posita est
divina responsio
explicatur. hic consequenter ponitur eiusdem refu-
tatio. Et dividitur in duas partes quia primo hec refu-
tatio ponitur et secundo pena sequens subiungitur
ibi et factum est. prima patet per se usque ibi omnes viri su-
perbi. qui repellebant verbo domini sed baruch filius
neri incitat te. ieremias ei erat familiaris et auctori-
tatis et ideo dicitur ieremie quod dicebant falsum recogi-
tavit in malicia baruch qui tamen erat innocens.
cetera patent usque ibi et ieremiam prophetam et baruch
isti enim non ibant voluntarie sed coacti a principi-
bus bellatorum et populo. et venerunt usque ad thaphnis
nomen est civitatis famose in egypto. ¶ Et factum
est. hic consequenter pena debita subiungitur. et primo
propter peccatum inobediencie. secundo propter peccatum
ydolatrie. capitulo xliiii. primum ostenditur sensibili signo
cum dicitur. sume in manu tua lapides grandes
et absconde eos in crypta sub muro latericio. etc.
in hebreo habetur in revolaterico. i. in luto disposi-
to ad faciendum inde lateres cernentibus viris iu-
deis. ut cum impleta fuerint sint memores quod pre-
dictum est eis. Ecce ego mittam et assumam nabu-
chodonosor cum ad veniendum contra egyptum. servum meum
hoc dicit quia erat executor divine iusticie et ponam
thronum eius super lapides istos. i. super locum ubi sunt
lapides isti vel iuxta quia frequenter in hebreo ponitur
super pro iuxta. sicut dicitur communi sermone quod rothomagum
est super secanam. dicunt autem aliqui expositores
catholici quod iudei contra ieremiam concitati propter verba
ista cum illis lapidibus interfecerunt eum et in hoc
secuntur epyphanium qui hoc et plura alia dicit de
ieremia sed hoc non habetur ex textu nec ex iose-
pho. R. sa. etiam sentit contrarium ut videbitur
capitulo sequenti. quos in mortem etc. quia aliquos
interficiet aliquos captivabit et succendet ignem
in delubris. i. a deleo deles quia ibi delentur
peccata secundum errorem gentilium et captivos du-
cet illos. i. egypcios et amiciet. i. involvetur
terra egypti. multitudine exercitus regis babilonis ita
quod non poterit resistere in hebreo habetur et a-
miciet terram egypti. i. involvet sicut amicit.
i. involvit. pastor pallium suum. pastor enim transfe-
rens gregem de uno loco ad alium involvit pallium
suum et portat super humerum et per hoc designatur quod rex
babilonis depredabitur bona egypti portando ea ad terram
suam ideo subditur et egredietur inde in pace. i. sicut
victor cui non potest resisti et conteret statuas
domus solis. i. templi in quo colebatur sol quod
erat in civitate eliopoleos. genesis xli. capitulo
sic nominata ab elyos quod est sol et polis civitas
et de ea dicitur ysa. xix. Civitas solis vocabi-
tur una.

XLIIII

Verbum. hic consequenter ponitur com-
minacio pene pro peccato
ydolatrie et dividitur in duas partes
quia primo ponitur dicta comminacio secundo populi obsti-
nacio ibi Responderunt autem. prima adhuc in du-
as quia primo arguitur culpa secundo subditur pena ibi habi-
tantes in magdalo etc. nomina sunt villarum in quibus
habitant iudei qui transfugerant in egyptum ut dic-
tum est capitulo precedenti. Vos vidistis omne malum etc. q.
d. ex eo quod vidistis sensibiliter penam intuli ierusalem
et terra iuda propter peccatum ydolatrie deberetis esse correc-
ti. et misi ad vos omnes servos meos prophetas de nocte
consurgens etc. i. misi ad vos prophetas numeros frequenter
et sollicite ad retrahendum vos ab ydolatria cetera
patent usque ibi. sicut in diem hanc. i. usque ad hanc
diem apparet manifeste vindicta quam intuli
cetera patent usque ibi ¶ Numquid obliti estis ma-
la patrum vestrorum. q. d. bene deberetis esse memores de
pena quam eis intuli et sic in peccatis eos non i-
mitaremini. non sunt emundati usque ad diem hanc
quia macula remanet in vobis qui estis eorum filii imi-
tantes eos in malis ¶ Ideo hoc dicit dominus
hic ponitur comminacio pene et patet littera usque ibi qui
posuerunt facies suas ut ingrederentur in terram e-
gypti. se ad hoc confirmando et alios inducendo
consumentur omnes in terra egypti. quia aliqui evase-
runt inde qui non venerant voluntarie sed magis
ab aliis coacti ut videbitur postea. ad quam ipsi elevant
animas suas sperantes redire. aliquando in terram iuda
non revertentur nisi qui fugerint. in hebreo habetur
nisi evadentes et dicit hic. ra. sa. quod isti fuerunt. ie-
et baruch qui in destructione ierusalem fuerunt regem ba-
bilonis propicium ut dictum est supra. xxxix. capitulo
et. xxxviii. et similiter quando destruxit egyptum inveniens
ibi ieremiam et baruch fuit eis propicius dimittendo
eos redire pacifice in iudeam probabile tamen est
quod cum eis redierunt aliqui de iudeis ex hoc patet quod
dixi. c. precedenti. sed q. ra. sa. negat. ieremiam fuis-
se lapidatum in egypto. quid tamen super hoc sit ve-
rius iudicio aliorum relinquo ¶ Responderunt
autem. hic consequenter describitur populi obstinacio et quod
primo ponitur irracionabilis populi responsio secundo irracionabi-
bilis dicte responsionis confutacio ibi et dixit. littera
prime partis patet usque ibi. sermonem quem locutus es ad
nos in nomine domini non audiemus etc. q. d. reputamus
te falsum dicere. sed facientes faciemus. absque retracta-
tione ut sacrificemus regine celi. i. lune. et bene
nobis erat in hoc falsum dicit ut postea ostendetur. quod si
nos sacrificemus regine celi est mulierum post viros si-
cut suos loquentium numquid sine viris nostris. i. sine
sensu et voluntate eorum. fecimus ei placentas. q. d.
non sicut exprimitur in textu precedenti. facientes
quod sacrificarent uxores eorum. in hebreo habetur
fecimus ei placentas ad faciendum ei vultum. offe-
rebant enim eis panes rotundos in quibus erat im-
pressa effigies lune ¶ Et dixit ieremias. hic consequenter
ponitur dicte responsionis confutacio et secundo
infertur debita punicio ibi dixit autem. prima pa-
tet usque ibi horum recordatus est dominus. s. sacrificiorum
que patres vestri et vos fecistis in ierusalem. dicitur enim iudex
iustus recordari de malis impiorum quando infert debi-
tum supplicium et non poterat dominus ultra portare
i. mala vestra dissimulare absque punicione. sicut est dies
hec. i. ita clarum est hoc sicut hec dies et supplicet
confutacio responsionis predicte quia ex sacrificiis
ydolorum non habuerunt prosperitatem sed maximam
adversitatem. Dixit autem. hic consequenter infertur

debita punicio et patet littera usque ibi ¶ Ecce ego iuravi in nomine meo magno ait dominus. quia non habent maiorem se per quem iuraret ideo iuravit per nomen suum sicut et Genesis .xxii. capitulo per memet ipsum iuravi dicit dominus etc. Ecce ego vigilabo super eos in malum pene et scient omnes reliquie iuda. per pene experienciam quam habent modo occisos clausos per [illegible] cetera patent.

Verbum quod XLV

locutus est hic ponitur quaedam correlarium et refertur istud factum ad tempus precedens cum dicitur ¶ anno iiii. ioachim etc. et sic patet quod istud fuit ante destructionem ierusalem per decem et octo annos quia ioachim regnavit .xi. annis et anno .xi. sedechie iiii. mense capta fuit ierusalem ut dictum est supra .xxxix. Hec dicit dominus deus israel ad te baruch etc. dixit hic in littera quod iste baruch ferebat moleste quod ipse non erat assecutus spiritum prophecie quia diu fuerat secum sicut iosue minister moysi et heliseus minister helye assecuti fuerunt donum prophecie et sic exponit quod sequitur. dixisti tu baruch ve michi misero. quia addidit dominus dolorem meo. dolebat enim de incarceracione sua qui tunc erat reclusus ut patet supra .xxxvi. et de hoc quod non habebat spiritum prophecie laboravi in gemitu meo propter ista duo et requiem non inveni. id est non sum expertus super me requiescere spiritum domini et sequitur reprehensio sui dicti cum dicitur in persona dei ¶ Ecce ego quos edificavi destruo. id est populum meum et templum nomini meo dedicatum destruam de propinquo et tu queris tibi grandia quia vis fieri propheta aliquis liber habet gaudia et male quia littera est corrupta per scriptores propter similitudinem litterarum noli querere. quasi dicat magister tuus non quesivit sed magis de prophecia se excusavit ut patet in principio huius libri quia ecce ego adducam malum captivitatis et destructionis super omnem carnem. id est super omnem hominem de iudea quia de illa terra loquitur hic scriptura et inducitur hoc pro racione ex qua debeat cessare a tali peticione quia spiritus prophecie datur pro communi utilitate populi secundum quod dicitur prima ad corinthios et ideo imminente destructione et captivitate propheta non debet spiritum prophecie postulare et dabo tibi animam tuam. id est vitam et hoc sufficiat tibi ¶ Expositores autem nostri [illegible] dicunt quod baruch quereret spiritum prophecie sibi dari sed quod impacienter vel minus pacienter portabat tribulaciones magistri sui et suas quia ieremias erat reclusus et liber quem scripserat baruch combustus et utrique admonere querebatur ut habetur supra .xxxvi. et propter ista dicebat ve misero michi quia addidit dominus dolorem etc. ideo subditur in persona domini ¶ Ecce quos edificavi ego destruo. quasi dicat debes portare pacienter tribulacionem tuam secundum quod dixit apostolus flere cum flentibus. et tu queris tibi grandia. id est ut sis inquiete et pace tua. noli querere. quasi dicat non est tempus inquirere prophecie in tribulacione et captivitate. cetera patent ex dictis.

Quod factum XLVI

est superius ieremias prophetavit contra iudeos principaliter licet aliqua inmisceat contra gentiles hic communiter prophetat contra extraneos. Et dividitur in duas partes quia primo premittitur quedam brevis prefacio secundo subditur narracio ibi ad egyptum. Circa primum dicitur quod factum est verbum domini ad ieremiam prophetam contra gentes. ista prophecia erat ad consolacionem iudeorum et ideo facta est contra illas gentes que specialiter modo eis nocuerunt et ista fuerunt babilonii qui populum captivaverunt et egypcii ex quorum confidencia iudei rebellaverunt ut patet ex supradictis et amonite et moabite qui debuissent eos iuvare racione consanguinitatis eo quod descenderant de loth nepote habrahe et sarraceni qui descenderunt ab ismael filio habrahe et ydumei qui descenderant ab esau fratre iacob et philistei et syri racione vicinitatis et tamen magis nocuerant eis ¶ Ad egyptum. hic incipit narracio et dividitur in quinque partes secundum quinque gentes contra quas ieremias prophetat prout prosequendo patebunt. incipit autem ab egyptiis et dividitur in duas partes quia primo describitur egypciorum destructio secundo iudeorum salvacio ibi et tu ne timeas. prima in duas quia primo describitur egypciorum debellacio secundo regni eorum desolacio ibi verbum quod locutus est. prima adhuc in duas quia primo describitur debellacionis generalitas et secundo eiusdem gravitas ibi ascende in galaad. prima ascende adhuc in duas quia primo describitur debellacio quantum ad egypcios secundo quantum ad eorum auxiliarios ibi egyptus. Circa primum primo tanguntur loca belli cum dicitur iuxta flumen eufraten in carchamis ¶ secundo tempus ibi. quarto anno ioachim. Tercio belli apparatus cum dicitur preparate scutum. quod ipse est militum. et clipeum quod ipse est peditum tamen frequenter unum ponitur pro alio. et procedite ad bellum ordinate partes distincte iungite equos. in hebreo habetur ligate equos. id est cingulate quod fit ante ascensum equum. polite lanceas. id est forbite ferrea lancearum ut melius penetrent. Consequenter ponitur conflictus cum dicitur vidi ipsos pavidos. scilicet egypcios et terga vertentes. id est fugientes [illegible] respexerunt retro ex festinacione fuge et adhuc eis non valebit quod subditur non fugiet velox etc. ideo admirando subdit adhuc propheta quis est iste. scilicet rex egypti qui quasi flumen ascendit. id est cum magna pompa et apparatu ad prelium venit et tamen sic est turpiter debellatus ¶ Egyptus hic consequenter describitur debellacio quantum ad auxiliarios cum dicitur et velut flumina movebuntur fluctus eius. quia plures alias gentes secum habebat et fortes ut postea subditur de quorum auxilio nimis confidebat ideo subditur et dixit ascendam etc. Exultate in curribus. quia antiquitus aliqui pugnabant in curribus et procedant fortes ethyopie. id est bellatores de illa terra. tenentes scutum. id est domini ad prelium et lidii arripientes et iacientes sagittas. quia erant edocti in arte sagittandi. dies autem ille domini etc. quasi dicat totum istud non valebit egypcio quia dies ille belli statuta est a deo ut fiat vindicta de eis. devorabit gladius. scilicet regis babilonis sanguinem eorum. id est absque mensura effundet sanguinem ¶ Ascende. hic describitur debellacionis gravitas quia multi fuerunt interfecti et alii vulnerati [?] per insanabilem ideo dicitur ascende in galaad. ubi per magna habundabant medicinalia et tolle resinam. id est medicinam quia tamen hoc dicitur yronice ideo subditur frustra multiplicabis etc. audierunt gentes ignominiam tuam. ex fuga et debellacione. ululatus tuus. id est sonus confusus fugiencium et morientium. replevit terram et subditur causa quia fortis impegit in fortem. id est milites pharaonis qui adhuc non erant vulnerati ex festinacione fugiendi unus impellebat alium ad terram et sic mutuo sibi nocebant.

Verbum. hic com. describit regni dictio et se
cundo subditur eius reparatio ibi. et post. hec
prima in duas quia primo ponitur egyptiorum ruina
secundo caldeorum potentia ibi. uox eius. Circa primum
dicitur. uerbum etc. quod uenturus esset nabuc. dicit
iosephus. x. libro antiquitatum iudaice quod nabuc
xxiii. anno regni sui intrauit egyptum et sibi eam
subiecit debellacio autem egypti prima fuit in quarto anno
ioachim filii iosie ut dictum in principio huius
capituli et ille fuit primus annus regni nabuc.
ut habetur supra. xxv. et sic ab illa debellacione
regis egypti usque ad istam destructionem regni
sui fluxerunt. xvii. anni. annunciate egypto etc.
i. in omnibus ciuitatibus et locis proclamate quod
omnes preparent se ad bellum ideo subditur. sta. et pre
para te. quia tamen hoc eis non ualuit ideo subditur
quia deuorabit gladius etc. quare computruit
fortis tuus. in hebreo habetur quare inclinatur
cadens ad terram non potens se sustinere sicut
res putrida redditur eciam quoniam dominus subuertit
eum. surge et reuertamur ad populum nostrum sic dice
bant illi qui uenerant in auxilium egyptiorum a
facie gladii columbe. i. exercitus caldeorum sic noia
tus eo quod in aliquo eius uexillo erat signum colum
be ut dicunt expositores nostri in hebreo habetur
a facie gladii uinosi. i. inebriati sanguine
occisorum sicut supra eodem capitulo dicitur deuorabit
gladius et inebriabitur sanguine eorum. ideo dicunt
sancti huius littere est quia dictio hebraica hic posi
ta equiuoca est ad uinolentiam et columbam
ut dicitur. c. xxv. uocate nomen pharaonis. regis
egypti. hec tumultum adduxit tempus. tempus a deo
constitutum adduxit multitudinem caldeorum ad te
destruendum. Sed in hebreo habetur. uocate ibi.
s. ad bellum pharao rex. et est uocatus cum
tumultus. s. belli. transiuit tempus statutum. dicit hi
ero. sa. quod die statuta debebat egredi rex egypti
in campum contra regem babilonis sed non fuit
ausus exire et sic ad derisionem eius dicitur hic quod tempus
statutum belli transiuit. sicut thabor in montibus
etc. i. sicut uerum est quod thabor est situs in monte
et carmelus prope mare sic ueniet destructio egyp
ti ideo subditur. uasa transmigrationis fac tibi
i. prepara te ad fugam de terra. Sciendum
autem quod scriptura non loquitur hic de carmelo ubi
mansit naabal qui est satis longe a mari sed
de carmelo in quo fuit mansio helie qui est
propinquus mari mediterraneo. uitula elegans
atque formosa egyptus. hoc dicitur quia populus egypti
erat petulans et lasciua. stimulator ab aqui
lone ueniet. i. nabuc. qui a parte aquilonis
intrauit egyptum et gladio suo stimulauit eum.
mercenarii quoque eius etc. terra egypti est circa
mare mediterraneum propter quod mercatores de diuersis
regionibus uenientes ibi morabantur. ad tempus
quasi uituli saginati. i. diuiciis pleni uersi sunt et
fugerunt. unusquisque ad terram suam propter guerram
imminentem ideo subditur. quia dies interfectionis eorum
s. quantum ad remanentes in egypto. Vox eius.
hic com. ponitur babilonorum potencia cum
dicitur. uox eius. i. fragor et strepitus exercitus
quasi eris sonabit. i. sicut tuba erea. et cum se
curibus uenient ei. etc. q. d. sicut ligna non
possunt resistere securibus se cedencium sic nec egyp
tus poterit resistere exercitui babilonorum. multipli
cati sunt super locustas. etc. in hoc designatur
magna multitudo exercitus babilonis uisitabo

super tumultum alexandrie. nomen est ciuitatis e
gypti famose in qua erat populus multus ideo significatur
hic per tumultum in hebreo tamen habetur super tumul
tum nino. sic enim uocabatur illa ciuitas tempore ieremie.
sed postea per magnum tempus alexander magnus
egyptum sibi subiecit et illam ciuitatem in parte destruc
tam reedificauit et ampliauit et suo nomine
denominauit propter quod translator qui fuit post tempus
alexandri transtulit nomen ultimum et est
famosum. et super deos eius. i. super ydola argen
tea et aurea que rapuerunt caldei. et super re
ges eius quia reguli erant sub rege egypti. et super
eos qui confidunt in eo. qui uenerant ad eius au
xilium sperantes ab eo auxiliari in casu consilii.
Et post hec. hic com. ponitur regni egypti reparacio
quia licet nabuc. egyptum uastauerit et nomen
regium inde mode abstulerit tamen postea fuit ab
egypciis habitata. s. post finem. xl. annorum secundum
quod habetur ezechielis. xxix. fuerunt eciam ibi postea
reges magni et potentes ut patet libro danielis et
machabeorum et hoc est quod. et post hec habitabitur
etc. et patet littera. Et tu hic com. describitur consolatio
iudeorum quibus promittitur reuersio de captiuitate
babilonica cum dicitur. et tu ne timeas puer meus
iacob. cuius causa subditur. quia ecce ego saluum te
faciam. Et dicitur hoc de residuo illius populi quod tempore
fuit deleri cetera patent usque ibi. te uero
non consumam totaliter delendo sed castigabo te
in iudicio meo. penis temporalibus secundum ordinem
iusticie mee te affligendo. nec quasi innocentem
parcam tibi. q. d. quia non es innocens secundum ue
ritatem uel sic ne iudices te innocentem
si tibi pepercero.

Quod factum XLVII

Quod factum est. hic com.
Ieremias prophetat contra philisteos
et primo ponitur huius reuelacionis tempus
cum dicitur. quod factum est uerbum domini etc. antequam
percuteret pharaho gazam. ut dicit ni. de ly. hoc
fuit tempore quo nabuc. obsidebat ierusalem ut
dictum est c. xxxiv. et ab illa obsessione discesserunt caldei ut obuiarent egyptiis uenientibus
in auxilium iudeorum quorum timore rex
egypti spoliauit gazam que est ciuitas in con
finitate terre philistinorum uersus egyptum
ut patet in descripcione illius terre et uocata est i. terram
suam. Com. ponitur uastacio philisteorum per
regem babilonis. ecce aque descendent ab aqui
lone etc. quia a parte aquilonis intrauit exercitus
regis babilonis terram philisteorum qui nominatur
nomine aquarum inundancium ad designandum
fortitudinem exercitus et eius impetum sicut ysa.
viii. dicitur adducet super eos aquas domini fluminis
fortes et multas regem assyriorum etc. clamabunt
homines et ululant etc. omnis ululatus sonus con
fusus procedens ex magno timore et anxietate
non respexerunt patres filios. ad adiuuandum
eos ex impotencia. et dissipabit dominus philisteos et sic
iste ciuitates erant confederate philisteis
et ideo dissipate fuerunt cum eis. reliquias in
sule capadocie. capadoces et philistei exie
runt de eadem gente secundum quod dicitur. Gen.
x. de quibus egressi sunt philistiim et captho
rim. i. capadoces. unde hic habetur in hebreo
insule capthor. et propter tam quam uicinitatem dicitur in
auxilium philistinorum uenerunt et cum eis

prouincie

pierunt. Venit calvicium sup. gazam. licet enim fu isset primo spoliata per regem egypti ut dictum est. tamen postea fuit amplius destructa per regem babilonis. Conticuit ascalon. i. populus ascalonis non poterat resistere. Usquequo concideris hic est fi versus et refertur ad terram philistinorum. et quod sequitur O mucro domini. dirigitur ad gladium regis babilonis qui dicitur mucro domini eo quod erat executor divine iustitie ut frequenter dictum est. et. usquequo non quiesces etc. sic dicebant philistei et reges eorum ille gladio babilonis affliccti et respondet propheta quomodo requi escet cum dominus precepit ei etc. q. d. tales occisiones et victorias non fecit virtute propria sed divina et similiter cessabit ab occisionibus et victoriis quando secundum ordinem divine iustitie puniet et ipse

Ad moab. XLVIII

hic in tercio loco propheta loquitur contra moabitas et dividitur in duas partes quia primo ponitur afflictio moabitarum ab assyriis secundo a caldeis ibi hec dicit dominus. et hoc modo procedit ysaias propheta contra ipsos prophetando. xv. capitulo et. xvi. et in pluribus utitur ibi verbis hic positis ex quo magis apparet ysaiam et ieremiam eodem spiritu prophetasse. prima dividitur in tres quia primo ponitur moabitarum vastacio secundo vastacionis causa ibi pro eo enim. tercio prophete compassio ibi ideo super moab eiulabo. Circa primum nominat plures civitates terre moab. per quas intelligit populus ibi habitans eo modo loquendi quo dicitur aliqua civitas affligi vel vastari quando populus civitatis affligitur vel vastatur. dicitur igitur Ve super nabo nomen est civitatis notabilis in terra moab. confusa est fortis. i. cariathaim que erat valde fortis civitas. in esebon. cogitaverunt malum. s. caldei dicentes ad invicem venite et disperdamus eam etc. sequetur te gladius. quantum ad fugientes extra. vox clamoris de oronaym. i. de tali loco egrediens ad morientibus et fugientibus. per ascensum enim luith etc. nomen est montis in moab ad quem multi flentes fugerunt hostes ululantes contritionis audierunt. s. caldei a longe perceperunt clamorem fugientium et cetera. q. Fugite et salvate animas vestras et eritis quasi myrice in deserto. i. steriles ab omni bono unde in hebreo sic habetur. eritis quasi vastitas in deserto. ¶ Pro eo enim. consequenter ponitur dicte vastacionis racio que duplex est una ex eius falsitate alia ex dei contemptu secunda ibi abiectum est. prima ad hunc duplex prima quia nimis confidebat in fortitudine sua et fundabant dictis secundo quia habebant plures viros bellatores nativos de terra moab propter quod nimis superbiebat et iustum erat quod punirentur igitur primo ponitur primo secundo ibi quomodo dicitis. Circa primum dicitur pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis reputando eas inexpugnabiles. et in thesauris tuis. estimando quod inde posses bellatores adducere ad resistendum hostibus tuis. tu quoque capieris. quia nulla potestas humana potest contra iudicium dei et ibit chamos. ydolum erat moabitarum in transmigracionem. quia caldei portaverunt ipsum ac tam similiter propter materie preciositatem et peribit predo. i. exercitus caldeorum et peribunt valles etc. i. habitantes in vallibus et campestribus. date florem moab. etc. i. dicite eum similem flori cuius pulcritudo marcescit cito sicut subito translacio caldeorum habet sic date germen moab etc. quia egrediens egredietur et est hic moab. germen eius et est sensus regnum moab adveniet alteri et sic egredietur a dignitate regia. maledictus qui facit opus dei fraudulenter. destruccio moab eo quod procedebat secundum

fraudulenter opus dei

ordinem iustitie cuius executor erat exercitus caldeorum et ideo subditur maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. s. moabitarum. Consequenter tangitur ad describendum eius divicias de quibus superbierat dicens. fertilis fuit moab. s. diviciis ab adolescentia sua. i. tempore quo cepit esse populus nominatus et requievit in fecibus suis. i. quiete possedit divicias suas que feces dicuntur eo quod prestant fomentum omnibus viciis et non est transfusus. loquitur de eo secundum metaphoram vini quod non est transfusum de uno vase ad aliud eo quod non fuit translatus de terra sua ad aliam per captivitatem. idcirco permansit gustus eius. i. sapor eius in eo. per quod designatur appetitus eius et inclinacio ad vicia quibus divicie prestant fomentum. thymothei. vi. qui volunt divites fieri incidunt in laqueum et in temptaciones diaboli et in desideria mala et nociva etc. et odor eius. i. fama non est inmutatus ab antiquo enim erat diffamatus de viciis carnalibus propterea ecce dies veniunt de propinquo et mittam ei ordinatores et stratores laguncularum et sternent eum. littera hebraica planior est que est talis mittam evacuatores et evacuabunt eum. isti fuerunt assirii qui evacuaverunt eum diviciis et lagunculas eorum collident. i. homines possessores diviciarum vel loca ubi divicie reservabantur hec omnia destruxerunt assyrii et confundetur moab a chamos. i. propter cultum ydoli chamos. sicut confusa est domus israel a bethel. i. propter cultum vituli aurei in bethel. secundum quod habetur tercio regum xii. ¶ Quomodo dicitis. hic ponitur secunda racio destructionis moab que est iactancia de fortitudine bellatorum suorum cum dicitur quomodo dicitis fortes sumus. etc. q. d. per effectum apparebit contrarium quod subditur vastata est moab et civitates illius ascenderunt. s. adversarii et electi iuvenes eius. s. moab descenderunt a superbia sua in occisionem. a suis adversariis. consolamini eum. ironice loquitur propter quod subditur dicite quomodo confracta est virga fortis. i. potestas moab. baculus gloriosus. i. sceptrum regni eius superbum descende de gloria in confusionem sede in siti. i. in penuria que successit ex nimia habundancia. habitatio filie dibon. nomen est civitatis famose in via sta. etc. loquitur de populo moab per modum hominis in pavore et angustia constituti qui prospicit hinc et inde ad videndum si aliquis veniat unde possit aliquid consolabile audire frequenter tamen audit contrarium et sic fuit in proposito ideo sequitur confusa est moab. etc. et ideo est in magna ululate et clamate etc. ut omnes preparent se ad fugam eo quod civitates fortes sunt destructe et nominantur in littera et patet. ¶ Abscisum est. hic ponitur destructio moab quam accepit ex eius contemptu et infidelitate cum dicitur abscisum est cornu moab. i. superbia eius est deiecta. et brachium eius. i. fortitudo est contrita inebriate eum. s. calice ire dei. istud tamen in aliquibus libris ponitur in textu et hoc fuit per ignoranciam scriptorum qui hanc glosam interlinearem textui inserverunt sicut et in multis aliis scripture locis quia contra dominum erectus est. per superbiam eius contempnendo et allidet. s. dominus manum moab. i. potestatem eius in vomitu suo in hoc prosequitur metaphoram hominis inebriati qui reicit ea que habet in ventre sic ex dei iustitia. moab. fuit diviciis et virtute vacuatus et erit in derisum etiam ipse cum eo secundum quod subditur fuit enim in derisum tibi israel quando captivata fuit a rege salmanasar secundum illud ysa. xxviii. Ve qui spernis nonne et ipse sperneris propter verba ergo tua. contemptibilia contra israel captivum dicens sicut et ipse iam subditur. relinquite civitates et estote sicut columba nidificans in summo ore

foraminis. quod exponens. Ra. Sa. dicit q in ripis fluuiorum ex cauacione aque fiunt foramina et quando fluuius mitiur descreuit sunt satis alta ab aqua et ibi nidificant columbe. sed quando crescit fluuius intrat aqua et aufert nidum secum; sic ppls moab per inundanciam exercitus assyriorum de ciuitatibus suis fuit translatus. alii autem exponunt aliter cum dicitur habitate in petra. i. in rupibus alte habitatores moab qui solebatis habitare in ciuitatibus delicatis et estote quasi columba nidificans in summo. etc. In alteri loco supius ut homines armati non possunt ascendere. et uos sequi. q. d. non poteritis aliter euadere propter quod reuitur scriptura ad increpandum superbiam etc. Audiuimus superbiam etc. sublimitatem eius. moab cum dicitur audiuimus superbiam etc. sublimitatem eius. iactantiam et arrogantiam eius in affatu. et superbiam in effectu et altitudinem cordis in cogitatu. iactantiam eius et quod non sit iuxta eam uirtus eius nec iuxta quod poterat conari sic fateri. in hebreo habetur. Ira eius immensa et fortitudo eius non sic fecit quod exponit sic. Ra. Sa. Ira eius. i. odium contra ppulum israel immensa. quia magis deberet diligere tamquam gratus de beneficiis abrahe erga loth patrem moab quem captum ab hostibus eripuit. gen. xiiii. et de subuersione sodome suis precibus liberauit. gen. xix. ¶ Ideo hic consequenter ponitur compassio feminine qui moabitis compaciebatur eo quod uidebat in spiritu prophetico descensurum de ruth moabitide de qua genuit booz obed. obed iesse patrem dauid sicut dicitur fuit plenius. ysa. xv. et hoc est quod dicitur. Ideo super moab. eiulabo. i. flebili clamabo. ad uiros muri fictilis. i. ad moabitas habitatores ciuitates edificatas et clausas de lateribus etc. de planctu iazer etc. nomen est loci ubi est vinea. habundancia propagines tue. i. vini cum fortes quos sic uocat ex vineis ibi habundantibus transierunt mare. in ciuitatem; dicitur et exultacio de carmelo nomen est loci in moab alius a carmelo qui est in iudea. nequaquam calcator uue solitum celeuma cantabit. est autem celeuma cantatio vindemiarum seu vindemiatorum quando habundant in vino. et per hoc intelligitur destructio uinearum et captiuacio hominum de clamore esebon. etc. nomen est ciuitatis et populose propter quod clamor populi in eius destructione longe fuit diffusus. a segor usque oronaim. qui est locus in profundo moab. vitula consternante. hoc dicitur eo quod segor fuit subuisa cum sodoma secundum eam quia segor non erat in terra moab sed in extremitate iuxta uersus terram moab aque uero nemrim pessime erunt propter multitudinem sanguinis humani ibi currentis auferam de moab ait dominus offerentem in excelsis. ibi enim ydola colebant propter cor meum ad moab. pro compassione quasi tibia resonabit. alte clamando et resumit hic propheta modum suae compassionis sicut solet fieri in carminibus lugubribus quod principium in prosequendo resumitur. quia fecit quod potuit. i. attemptauit aliqua mala que perficere non potuit quia tamen sibi est imputandum ac si fecisset ideo subditur. ¶ Omnes perierunt moabite omne enim caput caluicium etc. illi enim qui antiquitus ducebant captiuum radebant quantum ad capillos et barbam secundum quod dicitur deut. xxxii. de captiuitate iudaicam humiliacionis capitis. in cunctis manibus colligacio. captiuum enim in bello ducunt colligati et cilicio sunt induti subtractis eius uestibus preciosis. cetera patent in littera. ¶ Hec dicit. hic consequenter ponitur destructio moabitarum per regem babilonis que fuit in magno tempore post predictam ¶ Ideo ecce quasi aquila volabit. quia exercitus babilonis velociter et sine impedimento contra moab venit et extendit alas suas. i. acies que ordinate vocantur ale. et erit cor fortium moab in illa die sicut mulieris parturientis. i. valde timidum

[margin:] nērim

et anxium et cessabit moab esse populus. q. d. ita pauci remanebunt quod dici populus non poterunt quia contra dominum locutus est. ex superbia enim procedit blasphemia pauor et fouea. etc. i. tot pericula et ex diuersis partibus occurrent moabitis quod si euadat aliquis capietur in aliis adducam enim super moab annum visitacionis eorum. i. punicionis peccatorum suorum. in umbra esebon steterunt de laqueo fugientes. esebon enim erat ciuitas fortis propter quod multi ne caperentur a caldeis confugerunt ad eam ut ibi quasi in umbra protegerentur propter quod nabuchodonosor ciuitatem illam succendit et similiter seon ad quam similiter aliqui confugerunt propter eius fortitudinem. et deuorabit partem moab. i. magnam partem populi refugientes ibi. et verticem. i. eminentem regum capitaneam filiorum tumultus. sic nominabat eos quia erant ibi populo multi. populus populi chamos. sic nominat ab ydolo quod colebat ¶ Et conuertam captiuitatem moab. hoc additur in fine ad ostendendum quod populus reparandus fuit eius temporibus et subditur conclusio huius capituli huc usque iudicia moab. illa que ventura sunt super eum ex ordinacione diuine iusticie

Ite ad filios XLIX

amon. Hic in iiii. loco ponitur prophetia contra amonitas et alias quatuor gentes et ideo diuiditur istud capitulum in quinque partes que patebunt prosequendo. in prima autem preponitur prophetia contra amonitas qui debuerunt diligere et iuuare populum israel propter beneficia que fecit abraham loth patri eorum ut dictum est capitulo precedenti. et tamen magis nocuerunt eis non solum gaudendo de eorum infortuniis sed etiam terram eorum in parte occupando propter quod dicitur hic. Ite ad filios amon. et est verbum domini ad aduersarios eorum diuinam iusticiam exequentes Numquid non filii sunt israel etc. q. d. ymo ideo subditur. cur igitur hereditate possedit melchom. i. rex eorum. lingua amonitarum melchom enim interpretatur rex eorum et aliquando accipitur pro ydolo amonitarum aliquando pro rege ipsorum. gad. i. hereditatem. gad accepit enim tribus gad hereditatem ultra iordanem iuxta amonitas propter quod amonite illam occupauerunt violenter et iniuste ideo sequitur pena cum dicitur Ideo ecce dies veniunt in breui. et auditum faciam super rabath. ciuitas erat metropolis in regno amon. fremitum prelii. quem sustinere non poterit ideo sequitur et erit in tumulum dissipata. sic est in hebreo alii libri habent tumultum. et filie eius. i. ciuitates et ville sibi circumstantes igni succendentur et possidebit israel possessores suos hoc fuit impletum tempore machabeorum qui aliquos de amonitis sibi subiecerunt Vlula esebon quoniam vastata est hay. nomen est cuiusdam fortalicii propinqui ciuitati esebon circuite per sepes tamquam vagabunde et fugitiue quia melchom in transmigracionem ducetur erat enim ydolum de materia preciosa propter quod fuit asportatum ab aduersariis. quid gloriaris in vallibus. in terra enim illa erant valles fertiles in bonis de quibus gloriabantur. sed hoc excluditur cum subditur defluxit vallis tua. i. a bonis suis euacuata est filia delicata. i. gens amonitarum deliciis carnalibus intenta que confidebas in thesauris tuis tam de diuiciis naturalibus sicut sunt congregaciones bladi et vini et olei quam de artificialibus sicut sunt pecunie auri et argenti et dicebas per superbiam quis veniet ad me. i. nullus audebit me inuadere. sed contrarium monstratur Ecce ego inducam super te terrorem etc. dispergimini singuli conspectu vestro. ita quod nullus videat alium de centro

et post hec reuerti faciam zc. hoc est ad aliquam amonitatem consolacionem respectu tamen temporis futuri. ¶ Ad ydumeam. hec est secunda pars in qua ponit prophetia contra ydumeos qui debuerunt filios israel diligere eo quod descenderunt ab esau israel fratre et ipsi e contrario oderunt eos propterea quod dominus eos infatuauit ut nescirent inuenire consilium contra imminens periculum et hoc est quod dicitur numquid non est sapientia in theman. q.d. non est tamen in illa ciuitate vigebat studium sapientie et quia deficiente consilio contra periculum non restat nisi fuga ideo subditur. fugite zc. descendite in voraginem. i. in abyssum malorum uel ad latum. in voraginem. i. in loca subterranea uos abscondendo. si vindemiatores vel fures introissent ad te aliquid tibi reliquissent sed hostes tui ita scrutabuntur omnia occulta tua quod nichil remanebit tibi nec etiam homines ideo subditur vastatum est semen eius. zc. relinque pupillos tuos. quando enim viri occiduntur seu in captiuitatem ducuntur pueri et mulieres relinquuntur secundum quod modum debellandi consuetum. vnde in hystoria sancti siluestri dicitur quod hoc erat statutum in bellis romanorum ut quicumque aliquem occidisset infantem capitali sua puniretur. per hoc ergo quod dicitur relinque pupillos. datur intelligi quod omnes uiri sunt occidendi vel captiuandi. ita quod solum remaneant mulieres et pueri et ego faciam eos viuere. proprium est enim ipsius dei innocentibus in necessitatis articulo prouidere et subditur racio talis prouisionis cum dicitur ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem. i. non meruerant mortis penam seu captiuitatis sicut se innocens fuit in carceratus et bambulus cum eo ad mortem quesitus ut dictum est supra. xxxvi. et tu quasi innocens relinqueris cum tu multa mala feceris et terra parent vsque ibi in maledictionem erit bosra. i. exemplum maledictionis ut cum aliquis maledicit alicui malum dicit sic fiat de ea sicut de bosra. dicit autem hieronymus super ysaiam quod bosra est ciuitas in moab sed ponitur hic in promissione ydumee quia de ea fuit natus vnus rex edom. secundum quod dicitur genesis. xxxvi. et regnauit pro eo iobab de bosra. potest tamen dici quod est alia ciuitas ydumee eiusdem tamen nominis in diuersis enim terris bene sunt eiusdem nominis ciuitates. auditum audiui a domino verbum est sermo et legatus ad gentes missus sum. denunciando ex parte dei ut veniant ad destruendum ydumeam ideo subditur. ecce enim paruulum dedi te in gentibus. qui solebas esse maximus. contemptibilem. qui eras honoratus cuius causa subditur arrogancia tua decepit. quia excecat intellectum qui habitas in cauernis petre. i. in locis inaccessibilibus et inexpugnabilibus. et apprehendere niteris altitudinem collis. et. i. indebiti tibi honoris sed magis deicieris ideo subditur cum exaltaueris. zc. et patet litera usque ibi ecce quasi leo ascendet. i. rex babilonis qui designatur nomine leonis eo quod habebat signum leonis in vexillo ut dictum est. e. quarto capitulo de superbia iordanis. i. ad similitudinem iordanis intumescentis qui tunc cepit crescere interim precedam. et per hoc designatur quod rex babilonis venturus sit cum tanta multitudine et potestate quod absorbeat ydumeam que notatur cum dicitur. ad pulcritudinem robustam eo quod erant ibi ciuitates pulcre et fortes et quis erit electus. i. princeps in ydumea quem preponam ei. ut ei resistat et preualeat. q.d. nullus eo quod iste est executor iusticie et procedens mea virtute ideo subditur quis enim similis mei. nullus et quis est iste pastor. i. ydumee rector. qui resistat vultui meo. q.d. nullus ideo sequitur postea. si non deiecerint eos. s. ydumeos paruuli gregis. i. minimi de exercitu mea virtute procedentes et nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum. i. ciuitates et fortalicia ydumeorum. q.d. insistant

ita non credentur michi qui tamen sum veritas ipsa. a voce ruine eorum commota est terra. quia. s. rumor huius statim fuit diffusus ad habitantes in terra et nauigantes in mari. ecce quasi aquila ascendet et euolabit. i. rex babilonis fortiter et celeriter veniet contra ydumeam et expandet alas suas. i. acies suas super bosram ciuitatem regiam et erit cor. fortium ydumee in die illa. quando debebunt resistere et bellare. sicut cor mulieris parturientis. i. pauidum et auxium nimis. ¶ Ad damascum. hic ponitur prophetia contra syros qui multa mala intulerunt iudeis ut patet. iiii. Regum. in pluribus locis. et hoc est quod dicitur ad damascum. erat enim ciuitas metropolis syrie secundum quod dicitur. ysaie. vii. caput syrie damascus. et ideo prophetando contra damascum prophetat contra syriam totam. confusa est emath et arphath. nomina sunt ciuitatum syrie. quia auditum pessimum audierunt. s. captionem damasci. que erat metropolis. turbati sunt in mari. i. habitantes in quibusdam insulis maris syrie propinquis secundum eos dicuntur exitibus propter quod audita vastacione syrie turbati fuerunt sollicitudine quiescere non potuit. s. populus ibi habitantes timens ne ad ipsum perueniret gladius in hebreo autem sic habetur sicut mare turbatum quiescere non potuit. s. populus existens in emath et arphath et est terra plana quia non leguntur tales insule sub dominio syrie dissoluta est damascus pre timore qui dissoluit virtutem animi ac corporis ideo subditur. versa est in fugam zc. dolores tenuerunt eam quasi parturientem. q. patitur dolorem maximum et angustiam. quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem. i. damascum metropolim ubi habitauerunt laudabiliter et iocose in hebreo habetur quomodo non est fortificata ciuitas laudabilis. quia non fuit sufficienter munita a ciuibus contra hostes et sic quod dicitur hic quomodo dereliquerunt ciuitatem. s. sic inmunitam. vnde subditur ideo cadent iuuenes eius in plateis eius. eo quod hostes de facili introibunt et omnes viri prelii conticescent. non potentes resistere. et succendam ignem in muro damasci. i. in domibus muro adherentibus et deuorabit menia benadab. rex syrie magnus et potens ut habetur. iii. Regum. xx. et fecit magna hedificia in damasco que tunc fuerunt combusta. ¶ Ad cedar. hec est pars quarta huius capituli in qua prophetat contra sarracenos qui melius dicerentur agareni quia descenderunt ab habraham per ysmaelem filium agar ancille sed ipsi vsurpauerunt sibi nomen a sarra libera cedar autem fuit filius hysmahel ut habetur genesis. vicesimo quinto et quia fuit potens et famosus per ipsum intelliguntur hic agareni et ad regna asor nomen est ciuitatis metropolis quia tamen enim agareni habitauerint in tabernaculis et non in ciuitatibus ut postea dicetur tamen hinc habebant aliquas ciuitates in quibus manebant artifices ad faciendum hominibus multa necessaria que non possunt fieri in tentoriis competenter sicut modo in dominio tartarorum sunt alique ciuitates pro mercatoribus et artificibus sed nobiles et homines armorum habitant in campis in tentoriis. quod autem dicitur hic. ad regna. asor. ponitur plurale pro singulari. sicut. exodi. xxviii. assumit duos tamen israel tamen ibi erat vnicum ydolum vel dicitur regna in plurali quia sub vno principali rege erant plures reguli. Et vastate filios orientis. sic enim nominantur agareni quia habitant in parte orientali respectu iudee tabernacula eorum. zc. quia sicut dictum est habitabant in tabernaculis cum gregibus suis et de pascua vna regione transferebant tentoria sua ad alium in voraginibus sedete. i. in locis occultis subterraneis ubi caldei non poterunt uos inuenire. fugite ei consi.

hic est benadab

neo . nabug. rex babilonis cū filiis . eius dissimi
cio fuit . nos debellare dicens bellatoribus suis
consurgite et ascendite ad gentē quietam . q. d. de
facili poterit debellari qr non cavet sibi . non ostia
nec vectes eis . i. nō habitabat in fortaliciis sed in
campis soli habitant . i. non habent cum aliis gentibus
confederacionē a quibus auxilientur ideo sequitur et erunt
cameli eorum etc. qr non restat eis nisi fuga . sequitur
et dispergam eos in omnem ventum qr homines fugien
tes vadunt ad diversas partes qui attonsi sunt in
comam . agareni enim sic habebant capillos recisos
ad modum pungulum ut dicunt expositores nostri in he
breo habetur sic et dispergam eos in omnem ventum
angulatos angulo . i. fugatos usque ad terre an
gulos ut exponit . ra. sa. et erit asor . civitas . ca
dita habitaculum draconum tanquam destructa sine
reparacione ¶ Quod factum est . hec est quinta pars
huius capituli in qua prophetatur contra elamitas et prime
ponitur tempus huius revelacionis facte sermone cum dicit in
principio regni sedechie et sequitur prophecia cum dicit
Ecce ego confringam archum elam . i. eius potentem
quam designat per archum eo quod erant optimi sagittarii .
et inducam super elam quatuor ventos . i. adversarios
a quatuor ventis et ventilabo eos extendendo longe
a terra sua cetera patent usque ibi et ponam so
lium meum in elam . i. dabo dominium eius alii cum so
lium erit meum inquantum potestate et auctoritate mea
obtinebit in hebreo habetur et ponam sedem meum .
i. obsidionem meam in elam vel exponit
Ra. sa. et dicit illa obsidio dicitur eo quod deus instigavit
eam fieri in novissimo autem diebus reverti faciam
captivos elam . illud enim regnum fuit postea per
magnum tempus reparatum .

L

Verbum . Sermone supra prophe
tavit contra gentiles hic ultimo prophetat contra ba
bilonios . tamen tunc quia eciam eos magno tormento
... ut videbitur et dividitur in duas partes qr primo ponitur
destructio caldeorum verbis planis secundo magis pa
bolicis hic ... prima in tres qr primo ponitur caldeorum
destructio secundo destruccionis modus ibi . quia exulta
stis . tercio destruencium condicio ibi . ecce populus .
prima adhuc in duas qr primo describitur caldeorum
in fine secundo iudeorum reditus ibi in diebus illis . et.
primum dicit annunciate in gentibus cuius ruina bile
factum omnibus levate signum . i. ponite vexillum
adversariorum super portas babilonis . in signum cap
tionis ideo sequitur dicite capta est babilon con
fusa est vel victa est marodach dicunt expositores
aliqui quod per marodach intelligitur baltasar quem in
terfecerunt per se et medi daniel v. capitulo et dicit
moradach quia fuit filius evilmoradach talia enim
nomina aliquando variantur in medio sicut guillinus
et guillotus sunt idem nomen . Ra. sa. dicit quod
marodach est hic nomen ydoli sicut et bel que
dicuntur hic confusa et devicta qr manifeste apparet
quod non habebant potentem salvandi suos cultores
quoniam ascendet contra eam gens ab aquilone . i. a me
dia et perside que vergunt ad aquilonem respectu
babilonie que ponet terram eius in solitudinem
quia babilonia sic destructa non fuit postea reedi
ficata sicut habetur infra eodem capitulo et ysaye .
xiii. ¶ In diebus illis hic contra describitur iudeorum
reditus qr post destructionem babilonie cyrus primo
anno regni sui dedit iudeis licenciam revertendi

in iudeam esdre primo et hoc est quod dicitur in diebus
illis etc. venient filii israel ipsi et iuda . regno enim israel cap
tivato per salmanasar aliqui evaserunt qui postea in
regno iude habitaverunt et sic cum filiis iuda ducti fuerunt
in babilonem et cum eis reddierunt et flentes pre
gaudio seu ex contricione precedencium peccatorum propter que fuerant
captivati properabunt et dominum suum querent . per debi
tum cultum unde primo esdre . iii. capitulo dicitur quod venientes
in iherusalem erexerunt ibi altare domini offerentes super illud
holocaustum domino mane et vespere et apponuntur ad
dominum federe sempiterno qr postea non leguntur iudei
adeo per ydolatriam declinasse nisi aliqui pauci
tempore machabeorum et magis violencia quam voluntate . in
endum tamen quod in hebreo hic habetur . federe in seculum
quod non semper importat perpetuitatem sed diuturnitatem
notabilem quod nulla oblivione delebitur . In hebreo
habetur quod oblivioni non dabitur . s. usque ad ma
gnum tempus a reditu enim captivitatis babilonice us
que ad xpm fluxerunt anni circiter . ccc. grex perditus
factus est populus meus . in captivitate babilonica et
sequitur causa pastores eorum . i. sacerdotes et fi
propheciae seduxerunt eos . ut patet ex predictis in hoc li
bro in pluribus locis fecerunt eos vagari in mo
tibus . in cultu ydolorum que in talibus locis ponebant
obliti sunt cubilis sui . i. templi domini quod dicebatur caula
sine cubile fidelium et quia propter hoc frequenter traditi
fuerunt inde in manibus hostium dicebant hostes se
non peccare tractando eos cum iniuria cum de licitate
sed hoc non est verum qr deus ambos malorum benedicit
in hominibus per demerita exercet suam iusticiam in dampna
nationem . Recedite de medio babilonis . vox iudei per
cyrum inducendi et estote quasi edi ante greges . i. letanter
reddite in iudeam quia ecce ego suscitabo etc. per
adventum enim persarum et medorum fuit capta babilo
nia et ex consequenti data iudeis licencia cetera patent
in lra. ¶ Quoniam exultastis . hic ponitur de
structionis babilonice modus et est duplex una propter
crudelitatem erga populum iudaicum alia propter impie
tatem erga deum secundo ponit ibi . vox fugiencium
prima adhuc dividitur in duas qr ad destruccionem
caldeorum secuta est liberacio iudeorum ideo primo po
nitur primum secundo secundum ibi grex dispersus . circa primum
dicitur quia exultastis . in debellacione populi mei . et
magna loquimini . hoc attribuentes virtuti vestre diri
pientes hereditatem meam . i. iudeam cum quia ibi viget
divinus cultus . quia effusi estis . ad lacerandum populum meum
nam sicut vituli super herbam . ad eum deglutiendum
in hebreo habetur . ut vitula triturans que pedibus suis
messem conterit et ore suo comedit et magistri vr
tauri . ad ipsum ambos terrendum confusa est mater
vestra . q. babilon . metropolis in regno caldeorum . ecce
de quanta pulveris . i. deserta in terra ecce novissima
erit que solebat esse prima inter omnes civitates . et
debita . ab omnibus . invia . qr nulla audebit transire
propter serpentes et dracones ibi habitantes . et arena
qr eius terras transiens per eam fuit deserta ab aliis
suo per persas et medos eam obsidentes . ita quod per
alveum sicut antiquitus circiter ab ira domini non habi
bitur . i. a vindicta dei non factum est quod de cetero non
habitetur ut predictum est omnis qui transibit per ba
bilonem stupebit de destructione tante civitatis
et sibilabit . deridendo sibilans eius precedentem
preparationem contra babilonem per circuitum etc. ita
quod nullus possit stare ad pugnandum ad eius defen
sionem . clamate adversum eam . exhortando bella
tores contra eam dedit manum . i. undique
quesivit auxilium et non fuerunt sicut infra dicitur

infine libri. egypto dedimus manum etc. sicut fecit destruendo crudeliter alia regna facite ei. eam destruendo. dissipate fatorem etc. i. reddite etiam in circuitu eius desertum et incultum. a facie gladii columbe. i. pp. crudelitatem regis babilonis qui dicitur columba non a carentia fellis sed sagacitatis. secundum illud osee effraym columba seducta est. in hebreo habetur. a facie gladii vinosi. i. sanguine babiloniorum inebriati et per hoc intelligitur gladius medorum et persarum. dicitur enim hebraica hic posita. s. iona. equivoca est ad columbam et ad vinositatem ut dictum est. supra. xxv. et xlvi. unusquisque. s. alienigenarum in babilone existentium ad populum suum convertetur. de babilone recedendo. ¶ Grex dispersus. hic commemorat destructionem liberatorem iudeorum que secuta est ad destructionem caldeorum premittit tamen eius captivationem dicitur grex dispersus israel. i. ductus ad diversa loca extra terram suam. leones. i. reges crudeles eiecerunt eum et qui fuerunt illi specificantur. primus comedit eum rex assur. qui captivavit decem tribus. iiii. Re. xviii. Iste novissimus exossavit eum nabuchodonosor. qui destruxit ierusalem et templum ubi erat fortitudo populi temporalis et spiritualis sicut fortitudo corporibus est in ossibus. Propterea etc. Ecce ego visitabo regem babilonis. per dubitationem positum et pascetur carmelum et basan. i. habundanter vivet de bonis terre. In diebus illis requiretur iniquitas israel. s. ydolatria pp. quam fuerat captivatus. et non erit. Quia post reditum captivitatis babilonice non legitur populus ad ydolatriam declinasse ut dictum est supra. ¶ Contra terram. ad destructionem babilonis cum dicitur super terram dominantium. i. babiloniorum qui multis regnis dominabantur. in hebreo habetur. Rebellantium. Rebellaverunt enim domino eius templum destruendo. Visita ergo in filiis et super eos bellatores visita. in malum ideo subditur dissipa et interfice. etc. Quomodo est malleus terre. i. rex babilonis qui contrivit multas gentes. sicut malleus lapides. quomodo versa est in desertum. et subditur modum illaqueavi te. capiendo modo ante impulso sicut avis laqueo capitur. Nec enim et ipse longe a babilone fecerunt flumen eufraten qui currebat per eam per alium ductum. et sic per alveum ubi non erat muro intraverunt repente. inventa est et apprehensa. ab adversariis tuis quoniam dominum provocasti. q. d. non est operacio humana. Sed vindicta divina ideo subditur. Aperuit dominus thesaurum suum. i. mala pene in sua presentia nobis occulta preparata tibi. Prohibite in eam venientes ad eam ab extremis finibus. a longinquis partibus valde. unde collecta fuit exercitus cyri et darii. Aperite et exeant qui conculcent eam. i. removete impedimenta exercitui medorum et persarum. ideo subditur. Tollite de via lapides redigite in acervos. littera hebraica ad alium sensum reducitur que talis est. Aperite portas. s. babilonis eas frangendo. Conculcate sicut acervos. s. frugum qui extenduntur in area et teruntur pedibus animalium in terra illa ad granum excutiendum. q. d. sic conculcate babilonis populum et iste sensus magis consonat littere precedenti et subsequenti ut patet de se. ¶ Vox fugientium. hic ponitur secunda causa destructionis babilonice que est impietas contra deum destruendo eius templum sicut enim verum deum ipsum reputassent eius templum non obtulissent et hoc est quod dicitur. Vox fugientium etc. q. d. ad hoc dimissi fuerunt aliqui in babilone a morte preservati ut annunciarent et confiterentur babilonem destructam in ultionem destructionis templi domini cetera patent usque ibi et nullus evadat. s. de illis quos deus preordinavit mihi quia pluris mortem evaserunt ut predictum est immediate. Quia contra deum erecta est. destructionem ierusalem sue virtuti imputando et templi domini contaminando. Adversus sanctum israel. i. adversus dominum qui colitur ab israel sicut sanctus sanctorum. cetera patent usque ibi Ecce ego ad te superbe. i. rex babilonis qui similiter erat dominum sicut dicitur daniel. iiii. et devorabit omnia in circuitu eius. quia medi et persae non destruxerunt urbes scilicet alia que erant in circuitu urbium. ¶ Hec dicit dominus. ponitur liberatio iudeorum consecuta ad destructionem caldeorum a quibus dure tenebantur ideo dicitur calumpniantur sustinuerunt etc. et subditur eorum liberatio virtute divina redemptor eorum fortis etc. Iudicio. i. secundum ordinem sue iustitie defendet causam eorum. eos deliberando et et caldeos puniendo ideo sequitur. Gladius. s. medorum et persarum. ad caldeos destruendos. Gladius ad divinos. qui delusi a demonibus secundum babilonis divinabant eis securitatem promittendo ideo sequitur qui stulti erunt. quia contrarium apparuit per effectum cetera patent usque ibi Siccitas super aquas eius quia medi et persae siccaverunt alveum eufratis modo predicto. quia terra sculptilium est. i. diis suis ydolatriis dedicata et in portentis gloriantur. i. in falsis figmentis ut dicit glossa. in hebreo habetur in eminentiis gloriantur. i. deo vel ydolo gyganteo ut dicit Ra. Sa. Propterea inhabitabunt draconibus qui habitant in locis fumosis de sertis cum fatuis ficariis. i. pilosis et satiris ut dicit hugo quia sunt homines silvestres vel secundum alios demones in tali effigie apparentes cetera patent ex supradictis. Ecce populus. hic ponitur destruentium conditio et primo de regione cum dicitur Ecce populus venit ab aquilone. secundo a statura cum dicitur et gens magna. homines enim aquilonares sunt maioris corporis quam australes. tertio a multitudine ibi et reges multi. quarto ab violentia et crudelitate cum dicitur. arcum et scutum etc. quanto enim homines sunt magis aquilonares tanto plus habent de sanguine et sunt magis animosi et iracundi. Vox eorum quasi mare sonabit. ex multitudine hominum et fremitu armorum. audivit rex babilonis famam eorum in principio conditionibus et dissolute sunt manus eius. pre timore angustia apprehendit eum. in animo mente dolor quasi parturientem. in sensitiva. Ecce quasi leo ascendet usque ad consummationem babilonis. contra superbia iordanis etc. exponitur sicut supra. xlix. capitulo hoc excepto quod ibi dicitur contra ydumeam hic autem contra babilonem usque ad finem huius capituli.

Hec dicit LI

dominus. descripta babilonis. destructione modo plano. hic describitur modo magis parabolico. et dividitur in duas partes primo describitur sub parabola verbi secundo sub parabola facti ibi. Verbum quod precepit. prima in duas quia primo ponitur parabolica destructio secundo ponitur explanatio ibi. Acuite sagittas. Prima in duas secundum duas parabolas. secunda ibi Calix aureus. Prima parabola est de vento pestilente per quem intelligitur exercitus medorum et persarum ad destructionem veniens babilonis cum dicitur Ecce ego suscitabo super babilonem et super habitatores eius qui cor suum levaverunt contra me. templum meum comburendo tempore nabuchodonosor. et vasa mei cultus in suis usibus applicando tempore balthasar daniel v. capitulo quasi ventum pestilentem. s. exercitum medorum et persarum. et mittam in babilonem ventilatores. s. cyrum et darium exercitus rectores et ventilabunt eam etc. bona eius rapiendo. et eam destruendo. contendat. sic habetur libri contra iii. qui tendit arcum

suum etc. q.d. pedites sagittarii et equites loricati non poterunt deffendere babilonem. Secundum hebreos littera talis est: attendat tendens arcum suum et non valebit lorica. et est modus loquendi decurtatus ubi oportet aliquid suppleri. sicut secundo Regum v. proposuerat in die illa qui percussisset iebuzeum subintelligendum est fiet magister milicie. et hoc modo eciam dicitur hic attendat subintellige bellatorem babilonicum tendens arcum suum. s. quilibet sagittarius de exercitu cyri et darii et non valebit lorica. s. babiloniorum ad sustinendum ictum. et huic sensui magis consonat littera sequens cum dicitur: nolite parcere etc. et huius destructionis subditur causa cum dicitur: quoniam non fuit viduatus israel et iuda a deo suo. i. derelictus ab eo totaliter quia licet permiserit populum suum affligi et captivari a caldeis, tamen postea vindictam accepit. ideo subditur: fugite de medio babilonis etc. et patet littera. ¶ Calix hic ponitur secunda parabola. s. calix aureus inebrians gentes per quem designatur rex babilonis qui potum doloris multis gentibus propinavit et quia hoc fecit crudeliter et sibi attribuens sue virtuti quod fiebat virtute dei ideo factum est sibi simile secundum ordinem iusticie divine et secundum hoc patet littera usque ibi: tollite resinam. i. medicinam ad dolorem sanandum seu mitigandum. et loquitur yronice unde subditur: curavimus babilonem etc. et loquitur scriptura ad modum medici totaliter desperantis de sanacione infirmi quia tunc dimittit eum. dicit tamen glossa quod ubi angelorum ad custodiam deputatorum terre babilonice dimittentes eam cum tempore liberi affligi ex quo viderunt super hoc voluntatem dei. ideo subditur: quoniam pervenit usque ad celos iudicium eius. i. coram deo. protulit dominus iusticias nostras. verbum est populi in persona iudeorum de babilonica captivitate confitentium se liberatos per merita sanctorum ezechielis et danielis et aliorum sanctorum illius temporis et eciam patrum antiquorum.

¶ Acuite. hic consequenter ponit dictarum parabolarum explanacionem et primo prime secundo secunde ibi: collidis. prima in duas quia primo ponitur explanacio secundo dicti confirmacio ibi: iuravit. prima parabola significabat exercitum medorum et persarum babiloniam destruentium. hoc autem fuit maxime per artem sagittandi et ideo explanando modum destructionis dicit: acuite sagittas etc. quia ulcio domini est in eius contemptu. baltasar vasa divino cultui deputata communibus usibus applicavit. ulcio templi sui. quod nabugodonosor combussit. super muros babilonis levate signum etc. q.d. quantumcumque babilonii se disponant ad deffendendum tamen nichil eis valebit. ideo subditur: quia cogitavit dominus et fecit etc. que habitas super aquas multas. hoc dicitur quia eufrates fluvius magnus transibat per civitatem ante eius destructionem. locuples in thesauris. de diversis provinciis crudeliter congregatis. venit finis tuus pedalis precisionis tue. q.d. tu es ipse talis sicut arbor cui est sola mensura pedis precidenda. in hebreo habetur: venit finis tuus mensura rapine tue. i. secundum mensuram peccati tui rapiendo crudeliter bona aliorum. et iste sensus magis consonat littere precedenti ubi dicitur: locuples in thesauris. ¶ Iuravit dominus. consequenter ponit confirmacionem dicti et hoc dicto iuramento cum dicit: iuravit dominus exercituum. i. angelorum per animam suam. i. per se ipsum. quia iurare est deum in testem adducere. non enim habet maiorem per quem iuret ideo iurat per semetipsum. Gen. xxii. per memetipsum iuravi dicit dominus. quoniam replebo te babilon hominibus quasi bruchis. q. bruchus qui incendit terram magna multitudine. et super te celeuma cantabitur. est autem celeuma canticum vindemiatorum et per hoc designatur gaudium medorum et persarum in effusione sanguinis caldeorum et depredacione eorum. qui fecit terram. hic refert ad illud quod predictum est: iuravit dominus in fortitudine sua. i. in potencia infinita que requiritur ad creacionem. et preparavit orbem. i. gubernavit. et prudencia sua extendit celos. qui ad modum tentorii videntur extendi super terram. dante eo vocem. i. precipiente. multiplicantur aque in celo. s. aereo in quo generantur. qui levat nubes ab extremo terre. i. ab oceano terram humilem circumdante inde enim pro maiori parte elevantur exalaciones humide que condensantur in nubes. fulgura in pluviam fecit. pluvia enim habundans facit cessare fulgura. et produxit ventos de thesauris suis. i. de locis occultis. stultus factus est omnis homo. a sciencia. loquitur de sciencia supersticiosa cuiusmodi est in geomancia et eius partibus. ideo subditur: confusus est omnis conflator in sculptili. et loquitur de ymaginibus per astronomiam factis et per alias modos supersticiosos. quia mendax est conflacio eius. quod probat dicens: nec est spiritus in eis. si enim aliquando dantur in eis responsa hoc est a demonibus. vana sunt opera. i. nullam virtutem de se habencia et risu digna. i. derisibilia sapientibus. in tempore visitacionis sue peribunt. destructa enim babilone destructa fuerunt ydola que ibi erant. non sicut hec. s. unica pars iacob. supple quia qui fecit omnia. s. deus verus ipse est. s. pars iacob. et israel sceptrum hereditatis eius. fideles enim possident dominum per fidem et dilectionem et deus possidet eos per graciam et ideo sicut fideles sunt pars dei ita deus est pars eorum quia per electionem sunt a deo et ipsi per electionem eum aliis contemptis. ¶ Collidis. hic ponitur explanacio secunde parabole et dividitur in duas partes quia primo ponitur parabole sentencia. secundo ibi querimonia ibi: comedit me. sentencia vero consistit in hoc quod per calicem designatur rex babilonis propinans aliis potum meroris et sic factum est sibi et suis quia victorias factas virtute dei attribuebat sibi. ideo sibi dicitur in persona domini: collidis tu michi. i. per ministerium milicie mee vasa belli. i. apparatum bellorum aliarum gencium. et ego collidam in te gentes. quia in iusticiam meam voluntate in qua excitatos. et disperdam in te regna. tibi subdita et te auxiliancia. et collidam in te equum et equitem. i. equos et equites quia ponitur hic singulare pro plurali et similiter in sequentibus et patet littera usque ibi: omne malum quod fecerunt in syon templum contempnendo. in oculis vestris. in hoc alloquitur iudeos qui hoc viderunt quorum plures erant in babilone. ¶ Ecce ego ad te mons pestifer. i. o babilon qui es mons altus per potenciam et superbiam et pestifer. corrumpendo gentes alias crudeliter. evolvam te de petris. i. de fortalitiis tuis in quibus confidis. et dabo te in montem combustionis. quia babilon fuit combusta a medis et persis. et non tollent de te lapidem in angulum etc. i. non reedificaberis ultra. levate signum. i. vexillum ad congregandum bellatores contra babilonem. sanctificate. i. confirmate ad bellandum. secundum enim unam significacionem idem est quod firmum. annunciate contra illam regibus ararath. i. armenie. regibus menni et ascenez. nomina sunt regnorum. numerate contra eam taphsar. nomen est hebraicum et significat exercitum qui numeratur in expedicione. adducite equum. i. equos quasi bruchum aculeatum. i. agiles et preparatos ad bellum. cetera patent usque ibi: quia evigilabit contra babilonem cogitacio domini. videbatur enim quod dormiret permittendo crudelitatem caldeorum et evigilavit in punicione eorum. cessaverunt fortes babilonis. victorias enim fecerunt virtute divina et ideo ipsa retracta non solum cessaverunt a victoriis sed eciam fuerunt devicti ab aliis ideo subditur: et facti sunt quasi mulieres. que sunt imbelles. incensa sunt tabernacula eius. i. habitaciones babilonis. contriti sunt

regnū exire. tamen poterint.

ventres eius. per fractionem portarum. cunctus ob manum circū
etc. babilon enim erat ciuitas valde magna. dicit enim
solinus li. p°. quod erat edifficata in quadro et quolibet
latus habebat in longitudine .xvi. miliaria que faciebant
viii. leucas et p° quod dicit philo. li° pol. quod magis erant di
cenda regio clausa muris quam ciuitas et ideo de do
mo regia frequenter exierunt nuncii ad portas ciuitatis
et e conuerso ad denunciandum statum et ideo ingressus
aduersariorum cito fuit regi nunciatus ideo subditur capta
est ciuitas eius a summo usque ad summum. i. a prima
parte usque ad ultimam. et vada preoccupata sunt
quod medi et perse per alueum fluminis intrauerunt ut dictum est
et palludes incense. i. fortalicia quedam in paludibus
sita. et viri bellatores conturbati sunt. ex subito
ingressu hostium. filia babilonis. i. gens babilonica
quasi area. i. messis. excussa in area. tempus triturationis eius
i. sue contricionis sicut bladum conteritur in area. ¶ Comme
dit me. hic ponitur contra babilonem querimonia de
malo quod fecit in ihrlm et dicitur in tercia persona quia
prius positum hec querimonia sedis ciuitatis dicta iusticia ibi proph
eta. tercio sequitur laus dicta. ibi et laudabunt. circa primum dicit
in persona ihrlm. Comedit me. populum meum occidendo et bona
rapiendo. deuorauit me crudeliter. hoc agendo reddidit
me quasi vas inane. quod non est aptum ad suum officium
et sic ihrlm destruxit quod non erat apta habitacioni
hominum. Repleuit ventrem suum teneritudine mea.
i. eo quod tenerrimum et diligebam rapiendo sibi vasa
aurea et argentea consecrata diuino cultui. et eiecit
me. populum meum captiuando. Iniquitas aduersum me
i. facta michi a caldeis. et caro mea lacerata. aben
super babilonem. supple veniat vltio eius ¶ Propterea.
hic consequenter ponitur diuina iusticia in persona domini respon
dentis ihrlm conquerenti Ecce ego iudicabo causam tuam
dando pro te sententiam contra babilonem et deserum faciam mare
eius. i. congregacionem aquarum ex multis cuiusmodi ...
modum loquendi hebraicum quo omnis aquarum congre
gacio vocatur mare secundum illud. gen. i. congregaciones quoque
aquarum appellauit maria. et siccabo venam eius.
i. cursum eufratis modo supradicto et erit babilon in tumulos
et ruinas domorum et murorum. stupor et sibila pre
admiracione erunt super hoc sit ut leones rugient. scilicet cal
dei. leones enim horribiliter rugiunt cum sunt deuicti. et
excucient comas suas. dextrahendo capillos suos pre
dolore et admiracione indignacione sicut faciunt leones
quando sunt deuicti in hebreo habetur. sic rugient
ut catuli leonum. i. etiamque fugient pre dolore. quia
recitare proprium est aliorum ¶ In calore eorum ponam
potum eorum. etc. i. calefaciam eos potum et dormire faciam
et non solum dormicione soporis sed etiam mortis ideo
subditur. et dormiant sompnum sempiternum. dicitur
enim daniel. v. cap. quod balthasar fecit grande conuiuium
suis principibus et calefactus vino fecit apportare
vasa dei ut biberent in eis. et ibidem sequitur quod eadem
nocte interfectus est baltasar et regnum eius accepit
darius medus et quod fatigati a vino fuerunt interfecti
ideo sequitur deducam eos quasi agnos. i. sine deffensione
ad victimam. quomodo capta est sesach. i. babilon.
sic nominata per correspondenciam literarum ut dictum est
s. xxv. cap. ascendit super babilonem mare. i. exercitus
magnus valde. et fortis magnitudine fluctuum eius
i. bellatorum. operta est. i. absorta et destructa cetera
patent usque ibi. Et visitabo super bel. ydolum cum
in babilonia per quod designatur populus colens eum et
eiciam quod absorbuerat de ore eius. diuicias enim aliarum
gencium quas babilonii absorbuerant sibi rapiendo
ex dicta sunt date sunt medis et persis et non confluent
ad eum vltra gentes. que erant subdite domino eorum

egredimini de medio eius populus meus. licet enim iudei essent
sub in terra babilonis ita quod non poterant de vna ciuitate transire.
ad aliam reddendo regi de bonis suis pro tributo
magnam porcionem sicut est de iudeis manentibus sub
principibus xpianis et multi ex diuina admonicione exi
uerunt ante destructionem babilonis et hoc modo thobi
as prudenter ... monuit filium suum quod ex
se pluto exiret thobie. xiiii cap. ne forte mollescat cor
vestrum. etc. i. in murmuracione resoluatur et auditu appropinqua
cionis exercitum contra babilonem. Et veniet in anno audi
cio. s. rumoris de occisione balthasar et destructione ba
bilonis et post hunc annum audicio. s. de vera reuersione in
ihrlm ut exponit ra. sa. occiso enim balthasar darius
medus suscepit regnum eius ut dictum est et rexit per
annum integrum. et pater sedi et sic ille sedit per parte eius
fuit prima anno cyri qui successit dario et primo anno
cyri fuit data dicta licencia redeundi Et iniquitas in
terra quod daria et cyro fuerunt ydolatre et dominator
dominatorem. i. cyrus post darium ut dictum est cetera patent
ex supradictis. ¶ Et laudabunt. hic consequenter ponitur laus
dicta de iusticia facta et. ba° eius dicit Et laudabunt
super babilonem celi et terra. i. angeli et homines ideo subditur
et omnia. et accipitur hic et pro id est celum enim est habitacio
angelorum et terra hominum. quod ab aquilone venient eis
donec. s. medi et perse. qui venerunt de aquilonari parte
respectu babilonis et subditur vna causa. s. consilio eiusdem
ho filiorum israel cum dicit Et quomodo fecit babilon.
etc. qui fugistis gladium. i. vos iudei qui euasistis
venite in iudeam et ihrlm ascendat super cor vestrum
i. accipiatur cordi ihrlm et templi destructionem ut ad eorum
reedifficacionem animemini confusi sumus etc. q. d. quia
diu templum domini remanebit sic destructum a gentilibus
erit nobis confusio et opprobrium ideo subditur quod venerunt
alieni. i. ydolatre qui sunt alieni a cultu dei Super
sanctifficacionem domus domini. ea intendendo ut sequitur
sequitur et innoc° ... vltio. Propterea ecce dies veniunt
de propinquo et visitabo super sculptilia. i. ydola et
templa babilonis. et in omni terra eius mugiet vulneratus
non potens loqui recte pre dolore sed mugiens ad
modum bestie. Si ascenderit babilon in celum. etc.
q. d. quantumcumque sit eleuata in honore et firmata
in potestate tamen destruetur mea virtute. ideo sequitur
a me venient vastatores eius. et perdidit ex ea vocem
magnam. i. verba iactancie de sua magnitudine et
potestate et sonabunt fluctus eorum. i. exercitus medorum et
persarum cetera patent usque ibi. et emarcuit arcus
eorum. i. non potuerunt se deffendere per artem sagitta
di in qua sunt edocti. et inebriabo principes eius
etc. quod nocte sequenti festum balthasar in quo ipse
et principes fuerunt vino repleti interfecti fuerunt bal
thasar et principes. cum eo ut dictum est. C. murus babilonis
ille latissimus. sic est in hebreo et libris correctis
sub fossione suffodietur. i. deiecietur quantumcumque sit latus
et fortis. et labores populorum ad nichilum. in edifi
cacione enim murorum et domorum babilonis fuerunt expense
in re diuicie acquisite laboribus populorum et gencium
quas ab eis abstulerant caldei et ideo diuinum fuit iudici
um quod tales edifficaciones redigerentur ad nichilum
¶ Verbum. hic consequenter describitur destructio babilonis
sub parabola facti sicut enim parabola verbi est quando per
significationem vocum aliud intelligitur ut eciam dicitur libro
iudicum ierunt ligna ad ramnum per quod intelli
guntur habitatores sychem et abymelech quem
fecerunt sibi regem sic est parabola facti quando fit aliquid
ad significandum aliud fiendum. et sic est in proposito
quod destructio babilonis scripta in quodam libello
et alligata lapidi ponderoso proiecta fuit in flumen

civitatem coram pluribus iudeis ad significandum destructionem babilonis firmiter. primo igitur ponitur quis precepit hoc fieri cum dicit. ¶ Verbum quod precepit ieremias. et cetera. saraye filio nerye. et tempus et etiam locum tum dicit. cum pergeret cum sedechia rege in babilonem et cetera. sedechias enim fuerat institutus rex a rege babilonis et ideo in quarto anno regni sui fuit in babilone ad faciendum ei reverentiam et ad deferendum iudeorum munera. Cum quo fuit saraye. cuius etiam subditur officium cum dicitur. erat princeps prophetie. i. principalis inter levitas qui in templo decantabant laudes divinas a david et aliis prophetis factas in hebreo habetur erat princeps exenii. et ideo fuit cum sedechia ad faciendum exenium regi babilonis nomine sedechie. cetera patent usque ibi. Cum veneris in babilonem et videris diligenter ea que sunt scripta in hoc libro et legeris omnia verba hec. s. coram iudeis qui illuc translati fuerant cum iechonia rege iude. dices° eisdem domine tu locutus es contra locum istum. i. contra babilonem. cetera patent usque ibi. ligabis ad eum lapidem. ut demergatur in profundum. fluvius ad significandum totalem destructionem babilonis. hucusque verba ieremie. dicunt aliqui quod non est de textu sed quedam rubrica apposita sed hoc non est verum quia sic scribitur in hebreo sicut et alia precedentia.

° coram

Filius xx^ti LII

annorum. istud capitulum a principio libri fuit divisum contra precedentia est enim quedam brevis epilogatio respectu precedentium in quibus est descripta destructio ierusalem. sed occasione huius plura alia fuerunt annexa et dividitur hoc capitulum in tres partes quia primo ponitur civitatis captio. secundo capte destructio. ibi. In mense autem quinto. tertio derelictorum ordinatio ibi. de pauperibus. prima in duas quia primo ponitur captionis occasio et secundo ipsa captio ibi. factum est autem. occasio autem captionis prima fuit peccatum regis et populi contra deum quod notatur cum dicit. et fecit malum in oculis domini. in aliis autem sumitur dominum hoc ioachim filium iosie et alios reges qui fuerunt ydolatre propter quod dominus voluit ierusalem destruere et maxime propter peccatum manasse qui posuit ydola in domo domini. Secunda occasio fuit peccatum sedechie in regem babilonis. cum rebellavit quamvis iurasset ei fidelem servitutem ut habetur secundo. paralipomenon ultimo. ¶ Factum est. hic ponitur civitatis capcio et prima ex hys que dicta sunt supra xxxix. capitulo ubi describitur ista captio sicut et hic paucis exceptis que exponuntur caldeis obsidentibus urbem in gyro. sed ergo quereretur quando rex et bellatores potuerunt exire dicendum quod erat via subterranea cuius introitus erat in civitate inter duos muros. et exitus erat longe a civitate ultra locum ubi erant caldei et per illam fugerunt rex et alii sicut dictum est supra xxxix. et quarto regum ultimo sed et omnes principes iude occidit. dicunt hebrei. sed quod isti fuerunt lxx. iudices ordinarii eo quod relaxaverunt iuramentum sedechie. alii autem dicunt quod fuerunt principes inducentes sedechiam ad rebellandum regi babilonis usque ad diem mortis sue. sed autem mortuus fuit merecessivus enim rex babilonis statim eius regnum considerans fecit eum sepeliri honorifice sicut predixerat ieremias supra xxxiiii. capitulo. ¶ In mense. hic consequenter ponitur civitatis capte destructio circa quam primo ponitur tempus cum dicit in mense autem quinto. sed autem fuit capta mense quarto ut dicitur eodem capitulo. et non fuit combusta donec super hoc habuerunt voluntatem regis babilonis qui agebat in remotis. s. in terra emath. ut habetur in textu et sic transivit tempus usque ad decimam diem quinti mensis in qua fuit combusta et cetera patent in littera. ¶ De pauperibus. hic consequenter ponitur ordinatio de remanentibus et primo de populo secundo de rege ioachim ibi et factum est. prima in duas quia primo ponitur ordinatio de populo secundo translatorum numeratio ibi. iste est populus. prima in duas quia primo ponitur ordinatio de populo secundo de vasis ibi. columpnas quoque. circa primum sciendum quod de populo residuo sic fuit ordinatum quod illi qui erant alicuius reputationis in sapientia vel arte aliqua seu conditione notabili fuerunt translati in babilonem ut de illa conditione fierent babilonis. ceteri vero fuerunt dimissi in iudea ad colendum agros et vineas ne terra redigeretur in solitudinem et redderetur inutilis regi babilonis. de cultura vero terre ei tributum magnum reddebatur et hoc est quod dicit de pauperibus autem populi. s. bonis aliquam conditionem babilonis vilem ut plenius exponitur iiii. regum ultimo. transtulit magister militie et cetera. et patet littera. columpnas quoque. hic ponitur dispositio de vasis. quidquid enim fuit preciosum de talibus in templo domini totum portaverunt secum caldei inter vasa tamen ponuntur hic due columpne eree. que erant in porticu templi de quarum magnitudine et forma dictum fuit diffuse per singula iii. regum vii. et similiter de aliis vasis hic positis et ideo hic breviter intendo pertransire quia descriptio exquisita de istis ibi habet locum dicit ergo. columpnas quoque eneas. s. illarum columpnarum quelibet enim columpna habebat iiii. partes scilicet basem stipitem. capitulum et capitellum. et mare eneum. vas erat magnum et rotundum in quo lavabantur sacerdotes quod erat in domo domini i. in atrio sacerdotum domus enim domini large accepta non solum accipitur pro corpore templi sed etiam pro atriis et edificiis ad ipsum pertinentibus confregerunt caldei ut melius possent expedire portari. et lebetes. i. caldarias ubi coquebantur carnes sacrificiorum et creagras. i. fuscinulas ad extrahendum carnes et psalteria. i. instrumenta musica pro levitis et phialas vasa erant ad reponendum unguenta quibus ungebantur reges et sacerdotes. et vasa divino cultui consecrata et mortariola in quibus terebantur species ex quibus componebantur unguenta. et ydrias in quibus ponebantur vinum et oleum pro libaminibus fiendis. et thymiamata. in quibus terebantur species ad faciendum thymiama quod comburebatur super altare thymiamatis. et urceos et pelves. in quibus lavabantur carnes offerende super altare holocausti et ciatos in quibus probabatur vinum et oleum utrum essent apta ad sacrificium. quotquot aurea et cetera. quia omnia vasa aurea ponebat ad unam partem et argentea ad aliam et erea similiter ad aliam. vitulos. xii. ereos boves vocantur. margines qui erant sub vasibus bases hic dicuntur partes fundi maris erei quod sedebat super illos. xii. vitulos et tres respiciebant ad orientem et tres ad occidentem tres ad meridiem et tres ad aquilonem. non erat pondus eris. hoc dicit ad designandum multitudinem et magnitudinem eius in tantum quod non possit de facili sciri pondus determinatum. De columpnis autem duabus supradictis. xviii. cubiti altitudinis et cetera. hoc intelligendum est de stipite quia tota columpna ex. iiii. partibus predictis constituta habebat. xxv. cubitos in altum ut habetur secundo paralipomenon et declaratum est hoc diffusius tertio regum. et funiculus. xii. cubitorum circuibat eam. i. eius grossitiem porro grossitudo eius. i. spissitudo quatuor digitorum quia erat

erant unius capitella super verticem eius. quorum sculpture erant valde subtiles et artificiose. predicta sunt .iii. regum. et rethiacula et malogranata ad decorem eorum capitellorum artificiose facta sicut in ostiis lacunarum circa. et dicuntur rethiacula quia foramina illa in aliquo erant similia foraminibus rethis sed vitalios erat opus rethiaculi de filis eneis factum et positum super capitella ita quod pilla appellatur malogranata sicut illa que sunt opera rethi apparent extra per rethis foramina super coronam .i. super capitellum quod dicitur corona. eo quod erat super caput columpne sicut corona super caput regis et fuerunt malogranata nonaginta et sex dependentia a capitello et tot erant quasi apposita in qualibet columpna. Tercio regum .vii. dicitur quod erant ducenta in qualibet columpna centum dependencia et centum apposita et similiter dicitur hic inde. iste due columpne erant site prope pictorem vero que per porticum ita quod iiii. malogranata prope pictorem posita non apparebant et ideo non computantur hic et sic remanent nonaginta sex [illegible] vero regum computantur omnia et omnia malogranata centum rethiaculis circumdabant. in qualibet columpna erat tamen unum rethiaculum tamen erant ibi certe distinctiones sicut in malogranatis erant centum ordines duo enim malogranata s. unum appositum et aliud dependens sub eo faciebant unum ordinem et sic cum in circuitu capitelli essent centum apposita et centum dependencia ibi per consequens erant centum ordines. ¶ Et tulit. hic ponitur ordinatio de personis ad vitam non reservatis cum dicitur et tulit magister militie saraiam sacerdotem primum .i. primi ordinis david enim distinxit sacerdotes per .xxiiii. ordines ut habetur primo paralipomenon. Et de civitate tulit eunuchum unum qui erat prepositus super viros belli. ex quo patet quod iste eunuchus dicitur non secundum ... generalium quia tales non preponuntur hominibus belli. sed a maturitate et honestate ... quod dicitur math. xix. sunt eunuchi qui se castraverunt propter regnum celorum etc. vii. viros de hiis qui videbant faciem regis .i. ... tes ad ipsum libere accessum et scribas militie principum qui probabat tyrones .i. iuvenes aptos ad exercitium armorum hos interfecit rex babylonis quia consilium et favorem dederunt sedechie rebellandi et .lx. viros de populo terre. hos similiter interfecit quia restiterant deffendendo civitatem quantum potuerunt et sic non reddiderunt se voluntarie sed fuerunt inventi latentes et absconditi. iste populus. hic consequenter ponitur translatorum in babylonem numeratio in anno .vii. iudeos tria milia. et loquitur hic de scriptura de translatione cum iechonia filio ioachim ut dicit ra. sa. et alii hebrei. sed contra hoc videtur quod dicitur .iiii. regum. quod translati cum eo fuerunt decem milia. Sed hec dissonancia solvitur per hoc quod dicitur hic iudeos tria milia .i. de tribu iuda de aliis autem tribubus fuerunt .vii. milia que hic omittuntur et .iiii. regum cum istis numerantur.

¶ Item .iiii. regum dicitur quod ista transmigratio fuit anno .viii. nabuc. hic autem dicitur anno .vii. ¶ Ad quod dicendum quod ibi computatur annus nabuc. a principio regni sui. hic autem ab illo tempore quo ioachim filius iosie fuit ei subditus et fuit sub tributo nabuc. ante iam regnaverat uno anno. in anno .xviii. etc. loquitur hic de translatione populi cum rege sedechia. Sed contra .iiii. regum videtur quod dicitur in eius ... iste est annus .xix. nabuc. etc. et solvitur sicut et precedens quia hic computantur anni nabuc. a tempore quo ioachim factus fuit ei sub tributo vero a principio regni sui. anno .xxiii. nabuc. transtulit ei capit tyrum et populos aliarum civitatum circa iudeam ad quas confugerant aliqui populi iudei timore nabuc. et illi tunc fuerunt capti et in babylonem ducti. omnes .iiii. milia. hic numerantur quatuor milia sciendum tamen quod fuerunt multo plures sed hic et in libro regum numerantur tantum nobiliores. et factum est. hic ultimo ponitur ordinatio de iechonia rege qui post longum carcerem fuit honoratus in babylone cum dicitur et factum est in .xxxvii. anno transmigrationis ioachim. tantum eum fecit in statu humili. elevavit evilmerodach. iste enim regnavit post nabuc. patrem suum secundum hebreos et mortuo patre cum regnaret honoravit ioachim super omnes principes regni sui ut apparet in littera. ratio autem huius fuit secundum aliquos quod nabuc. pater passus ... iste evilmorodach filius eius voluit regnare et ve videbatur de perussione patris grandem propter quod nabuc. in regnum restitutus fecit eum incarcerari cum isto ioachim et sic ibi contraxit amiciciam propter quod restitutus in regno mortuo patre honoravit eum. cetera patent. et factum est postquam etc. totum istud usque ad finem capituli videtur appositum ab aliquo expositore ad continuandum finem capituli sequentis quia non est in hebreo nec in libris correctis.

¶ Explicit postilla fratris nicholai de lira super ieremiam.

¶ Sequens prologi expositio debuit ante principium ieremie situari.

Ieremias propheta etc. istum prologum dirigit ieronimus ad paulam et eustochium ad quarum instanciam transtulit librum. dividitur autem iste prologus in quinque particulas in quarum prima dicitur quod licet iste propheta ceteris prophetis simplicior videatur in verbis tamen in sensibus et cetera ... dicit ieronimus. ieremias propheta etc. in secunda parte simplicitatis huius causam assignat in qua eum simul ... commendat et ista pars incipit ibi porro simplicitas eloquii etc. in qua commendatur a dignitate ibi sacerdos ex sacerdotibus etc. a ... et in matris vero sanctificatus. Tercio ... per sectionem virginitate sua etc. in tercia parte quatuor exprimuntur .i. prophetie ... et prophetie lamentationis modus ... prophetie exprimuntur cum dicitur hic vaticinatur ex ordine est prius. materia ibi. captivitatem urbis atque inde etc. agit enim de captivitate duarum tribuum. locus tangitur cum dicitur undecim ... lamentationis modus tangitur ibi et triplicatus sive ... etc. et quia ista lamentatio metrice scribitur in hebreo dicit quod secundum latino ibi. quod nos mense metri etc. in .iiii. tangitur modus agendi in libro isto cum dicitur preterea ordinem visionum etc. ultimo dicit quod quia liber baruch ... quam libri illius ad ... transtulerat etc. ... quos ... do ... liber autem baruch. etc. ... satis plana est. eustinoz .i. simplicior et hic ... expositione dat littera sequens .e. s. porro simplicitas.

eloquii. aliqui tamen exponunt rusticior .i. rudior quia non plano sermone loquimur sicut ysaias sed sub figuris sed sensibus par est. Sed contra hoc ommino dicit glo. In principio ysaie ne quis me putet ysaiam breviter posse exponere cum vinitice la cantica domini contineat sed istud intelligitur legitur de sermone. quo non vero sensibus etc. prophete. Item in principio ezechielis dicit glo. sermo ezechielis difficultatem hebreorum monstrat traditio nisi enim quis apud eos sacerdotalis ministerii dignitatem .i. xxx. annos impleverit nec principia geneseos nec cantica canticorum nec exordium ezechielis vel finem legere permittitur ut ad plenam scientiam et misticos intellectus plene humane nature tempus accedat. Sed hoc intelligitur de sermone loquitur quando dicit sensibus par. Vel par sensibus dicit quia utrobique de christo et de captivitate duarum tribuum prophetavit. Stilus tamen profundior in aliis invenitur anathotites .i. de anathoth quod viculus. scilicet anathot et usque hodie distans de ierusalem milibus .i. tribus miliaribus sanctificatus fuit. scilicet .i. antequam exiret de ventre sanctificatus est quod de aliquo alio non legitur. virginitate sua euangelicum virum .i. se euangelica perfectione preditum. christi ecclesie dedicans .i. copulans per hoc enim quod sub lege servabat virginitatem in sacerdotio pretendebat in se conversationem perfectionem que docetur in euangelio signante autem dicitur christi ecclesie dedicans .i. inseparabiliter per fidem ad herens vaticinatur .i. prophetat excelsus est .i. incepit ordior orditus ordiri sum vel orsus sum dicitur telam ponere et quia qui telam ponit tunc eam incipit id ordiri ponitur pro incipere et componitur exordior. unde exorsus puer .scilicet .i. ecce nescio loqui quia puer ego sum etc. urbis ierusalem atque iudee .i. duarum tribuum oculis carneis. iii. regum. xxv. xxxix. postquam prodierat captivitatem ierusalem et translationem populi ierusalem legitur in babilonem quod nabuchodonosor rex babilonis precepit nabuzardan ut tolleret ieremiam et nichil ei mali faceret. Sed quia non prophetat de captivitate x. tribuum sed duarum tantum reddit causam cum dicit iam enim etc. Omnia hec non solum spiritu revelante sed oculis corporeis intuitus est captivitatem duarum tribuum. iam enim x. tribus israel assirii in medos transtulerant. iiii. regum. xvii. translatus est israel de terra sua in assirios etc. iam terras eorum colonie gentium possidebant. Colonia dicitur urbs vel castrum quod pro defectu indigenarum novis colonis adimpletur. Item colonia dicitur agricultura vel cultus religionis. quia igitur indigenis .i. x. tribubus in assirios translatis rex assiriorum misit gentes de babilone inde chuta et de haialath et de emach et de sepharvaim que pro filiis israel possederunt samariam et habitaverunt in urbibus eius id dicit hic colonie gentium .i. gentes colentes .i. inhabitantes urbes decem tribuum possidebant terras eorum vel colonie .i. agri culture gentium .i. gentes agri culture dedite que a rege assiriorum misse erant ad colendam sibi terram .x. tribuum. possidebant terras eorum vel colonie gentium .i. gentes variarum cultum religionis habentes quia sic dicitur. iiii. regum. xvii. unaqueque gens fabricata est deum suum. possidebant terras eorum in iuda tantum .i. in duabus tribubus et beniamin .i. in ierusalem quia in sorte beniamin posita fuit in ierusalem sicut dictum est. Sed circa finem prologi precedens quadruplici plangit alphabeto. istud exponitur est. Sed in epistola ad paulinum quasi sed quadruplex alphabetum nos in translatione nostra reddidimus mensure metri et versibus .i. nostra mensura metri et versuum quas sicut in hebraico distinximus in latino quia distinximus suas secundum dictas mensuras metrice enim scribuntur tantum in hebraico et sub certis clausularum mensuris distinguuntur in latino prophetam nostram fidem .i. nostre hebraice veritatem tamen fides debet adhiberi prętermisimus. quia non est de canone Sed post modum translatus fuit de greco in latinum iuxta vulgatam editionem in qua invenitur est prestolantes .i. expectantes vel sic prestolor expecto prestolor quibus et dico paula fuit quedam matrona romana cum filia sua eustochium de quibus fuit mentio satis supra in prologo super iosue usque finem. Ceterum pro sed terna fuat ad apendium .i. ad abluendum mali vitandi in aliis .o. in cuiuslibet meus unde non dicit ternam absolute sed addidit ad apendium mali posse modum .i. finem .finem. .i. de ternamia eorum quia quasi finibus indicatur in ceteris plana sunt.

Explicit guilhelmi expositio istius prologi. &c.

Quomodo sedet
in precedentibus huius libri
Ieremias prophetavit de-
structionem Ierusalem futuram. hic
vero deplorat eam iam fac-
tam [illegible] vidit suis, prophetiam esse
completam. circa quod sciendum
quod singulis versibus littere hebraice preponuntur secundum ordi-
nem alphabeti. et dicunt aliqui quod preposite sunt
ad significandum sententiam versuum quibus preponuntur
et sic ex interpretationibus litterarum proceditur ad exposicionem
versuum. Sed hoc non videtur verum primo quia hebrei
quorum sunt iste littere et per consequens virtutem earum debent
magis cognoscere, nichil tale dicunt. Secundo quia littera
per se sumpta ut huiusmodi est nullam habet significationem
neque quantum interpretationem, licet aliqua littera ut est
dictio aliquid significet sicut apud latinos ista littera
a. prout est interiectio significat sine. si igitur ex ista
significatione aliquis vellet procedere ad exponen-
dum virtutem ipsius a. prout est littera vel sillabam, pro-
cedere incipientem esset manifesta equivocatio. Item
isti ymaginantur quod iste littere non sint de integritate
versuum sed quasi quedam tituli eis prepositi quod non est verum
quia sic sunt de integritate versuum in hebreo sicut apud
nos in illo hymno. A solis ortus cardine. littere latine incipi-
endo ab a. usque ad z. inclusive sunt de integritate
versuum quorum primus incipit per a. A solis etc. secundus
per b. Beatus auctor seculi etc. et sic consequenter usque ad z. et eo
modo non est hic de litteris hebraicis in hebreo sed transla-
tor non potuit in latino servare ordinem litterarum la-
tinarum in principiis versuum quia prima dictio in hebreo
de qua [illegible] quomodo. incipit per aleph. et quomodo
incipit per q. et ideo singulis versibus preposuit separatim
litteras hebraicas per ordinem non ad significandum
aliquid misi quod per tales litteras incipiunt versus in hebreo
lamentationes cum iste scripte sunt metrice in he-
breo et [illegible] se curabat modo metrificandi a-
liquam materiam. scilicet quia versus incipierunt ordinate a litteris
alphabeti. Sciendum etiam quod hic non est quedam
processus artis sed magis dolentis et conquerentis
quia lamentans aliquid frequenter idem frequenter repetit [illegible]
aliis verbis sicut mater lamentans filium mor-
tuum aliquando nominat ipsum proprio nomine aliquando nominat
eum [illegible] suum aliquando vitam suam et sic de aliis et
frequenter de una persona transit ad aliam magis
secundum motum affectionis quam secundum ordinem rationis.
preterea sub nomine civitatum vel locorum intelligitur
populus ibi prius habitans et sic dicitur civitas vel locus
desolari vel flere pro fletu populi et desolatione.
igitur premissis hec primo liber iste qui apud hebreos
est [illegible] vocatur. i. lamentationes in duas partes
dividitur quia primo [illegible] lamentationes secundo
[illegible] quinto capitulo. Prima dividitur in
partes secundum quadruplex alphabetum hebraicum
secundum quod lamenta eorum iste metrice distribuuntur

et hoc in quatuor capitulis. et hoc modo presens
capitulum posset dividi in xxii partes secundum nume-
rum litterarum sed non est necesse. Quia sicut dictum est
iste littere non ponuntur hic ad sensum litteralem designan-
dum. dicit igitur. Quomodo sedet sola. i. habitatoribus
suis privata. civitas plena populo. mirum quod est destruc-
ta. facta est quasi vidua. i. dignitate regni et sacer-
dotii orbata. domina gentium. i. que fuit domina gen-
tium maxime tempore david et salamonis qui multis gen-
tes [illegible] sibi subiectas tenuerunt ut habetur secundo regum
et iii. ad idem pertinet quod sequitur princeps provinciarum
scilicet temporibus [illegible] facta est sub tributo regno
babilonis. plorans ploravit per hanc duplicationem
intelligitur fletus habundancia. in nocte. i. tempore tribula-
tionis et angustie quod dicitur nox et lacrime eius in ma-
xillis eius. per hoc designatur continuacio et diutur-
nitas fletus non est qui consoletur eam ex omnibus
caris eius. quia ipsi iudei confederati in egipto [illegible]
[illegible] et [illegible] aliis in [illegible] eam relinquerunt et non
solum reliquerunt sed etiam caldeis eorum adversariis fa-
verunt ideo sequitur omnes amici eius etc. Migravit
Iudas propter afflictionem et multitudinem servitutis. sicut enim
dictum est capitulo precedenti. illos remanentes caldei quia
[illegible] vel industriam artis potentes eis
fuere alios duxerunt pro tributaria [illegible] habitavit inter
gentes. populus in babilone ductus [illegible] requiem quia
[illegible] afflictionis. Omnes persecutores eius
apprehenderunt eam [illegible] inter angustias. [illegible]
et mortalitatem que fuit [illegible] in civitate quando fuit
capta ut dictum est supra [illegible] exposuit inter angu-
stias. scilicet [illegible] capi [illegible] fugientes quia non pote-
rant evadere. Vie syon. hic ostenditur se ad lamentandum
populi destructionem quod erat in monte syon. cum dicitur
vie syon. scilicet per quas populus veniebat ad templum de locis
exterioribus. lugent. hoc dicitur methaphorice sicut dice-
bant gaudere in populi multitudine. unde in [illegible] habetur
vie syon. hebel. [illegible] eo quod non
sunt qui veniant ad solempnitatem. i. ad solempnitatem
quia ponitur hic singulare pro plurali sicut frequenter fit
in scriptura veteris ac novi testamenti [illegible] in anno
debebat populus apparere in templo. scilicet in paschate pen-
thecoste et festo tabernaculorum. exo. xxiii. sed [illegible]
[illegible] templo et populo captivato nullus veniebat
omnes porte eius destructe. quia a caldeis [illegible]
ut dictum est supra. sacerdotes eius gementes quia
aliqui fuerunt occisi et ceteri in captivitatem ducti
virgines eius squalide. i. de sordibus ex fame et labore
et ipsa oppressa amaritudine. i. non potens inde surgere
sicut qui oppressus est importabili pondere. facti sunt
hostes eius in capite quia caldei erant in candida et
inimici eius locupletati sunt. de bonis que erant
in ierusalem et iudea quia [illegible] hoc factum est ex divina
iusticia sequitur. quia dominus locutus est etc. parvuli eius qui
secundum leges belli non debebant occidi. ducti sunt in
captivitatem ut essent servi [illegible] caldeis. ante
faciem tribulantis. i. ducentis eos ad tribulationem illi
non possunt. et egressus est a filia syon. i. ab ierusalem
que dicitur filia syon eo quod civitas prius [illegible] a templo et
regia domo que erat in monte syon sicut filia pro [illegible]
ideo sequitur. omnis decor eius. scilicet regni et sacerdotii
facti sunt principes eius velut arietes. in
[illegible] non invenientes pascua. fame afflicti et
abierunt absque fortitudine. non potentes in aliquo
resistere ante faciem subsequentis. i. in captivitatem
ducentis. et recordata est ierusalem dierum afflictionis
sue. et [illegible] [illegible] quia illa afflictio

merito subvenit ei propter peccata sua precepta et omnium
desiderabilium suorum in diebus [illegible] bonis suis
factus ad votum. que habuerat a diebus antiquis
i. a tempore moysi quo [illegible] pavit populum suum cibo cele
sti. xl. annis et multa alia beneficia gentis ei. cum
caderet populus in manu hostili. cadere ei est scientia a
terminorum et ideo vivit expositorem aliud est memoria
reduceret et etiam magis aggravat facere a composita in
se posita magis ululaverunt. viderunt eam hostes
eius et videntes et deriserunt sabbata eius. i. cessatio
nem festi [illegible] quia sabbatum non poterat populum
illum sed nunc [illegible] propheta dicens. peccatum peccavit
ierusalem. i. peccata multa accumulavit. propterea instabilis fa
cta est non poterit resistere adversariis suis [illegible]
[illegible] non sunt eius impotentiam. omnes qui glorificabant
eam. [illegible] sine proposito. spreverunt eam. quia re a
verterunt. quia viderunt ignominiam eius. i. destructionem
et captivitatem. ipsa autem gemens. sed honore in
periculum. et conversa est retrorsum. s. in confusionem a statu
in honorabili. sordes eius in pedibus eius. in hebreo
habetur in orae. loquitur de ea sicut de muliere pa
tiente menstruum eius immundicia descendit ad
inferiora ita quod sedentem vestimenta immunda pe
des tingentes et per hoc designatur immundicia ydo
latrie habitantis in ierusalem propter quam fuit destructa nec
est recordata finis sui. neque recordata vices non cogita
bat punitionem super se finaliter venturam. Id est sedit deposi
ta est vehementer. ab omni honore et consolatione [illegible]
in gladium [illegible] propheta dicens vide domine et. manum
suam misit hostis. i. populus amonitarum et moabitarum
ut dicitur. [illegible] ad omnia desiderabilia eius. i. ad
libros legis de quibus dicitur in psalmo. xviii. desiderabilia
super aurum et lapidem preciosum multum. dicit ei. [illegible]
quod caldeis currentibus ad aurum et argentum in destruc
tione ierusalem isti magis voluerunt currere ad comburendum
libros legis eo quod scribitur deuteronomii. xxiii. amonites et
moabites non intrabunt in ecclesiam in eternum. Ideo se
quitur. quia vidit gentes. i. amonitas et moabitas
ingressas sanctuarium tuum. ubi lex servabatur et positum
de [illegible] in latere arche. deuteronomii. xxxi. omnis
populus eius gemens. pre anxietate famis que prevaluit
in ierusalem obsessa a caldeis [illegible] verbum de
derunt queque preciosa pro cibo. [illegible]
refocillandum animam. i. ad mitigandum famem et non
ad saciandum ideo in persona eius orat propheta dicens
vide domine afflictionem meam et cetera. quoniam facta sum vilis et cetera.
O vos. hic inducit propheta alios ad compassionem
dicens. O vos omnes qui transitis per viam. prope
ierusalem destructam. attendite et videte. per compassionem
quoniam vindemiavit me et cetera. loquitur de ierusalem ad
modum vinee cuius clausura est dissipata et fruc
tus collectus quia muri ierusalem erant dissipati et omnia
bona asportata. de excelso misit ignem in ossibus
meis. i. in templo et regis fortalicio et in turribus de
quorum fortitudine confidebat populus sicut ossa sunt
robur corporis et omnia ista fuerunt combusta a cal
deis ut dictum est. iiii. regum. et erudivit me. quod vero ac
cipit intellectum in hebreo habetur et levavit me. i.
inebriatum [illegible] expandit rethe pedibus meis
[illegible] i. punivit expandit et vocatur hic rethe deceptio
[illegible] que fuit [illegible] ut frequenter
dictum est supra. convertit me retrorsum. i. destravit honoribi
lia [illegible] vigilavit iugum iniquitatum mea
rum. [illegible] in manu eius. s. domini quod vigilanter
et sollicite reddidit penam pro iniquitatibus ipsius scilicet
in persona eius dicitur in primo libro. [illegible] de destruc
tione populi. vigilabo ego super verbo meo ut faciam

ut faciam illud. convolute sunt. s. iniquitates mee
et imposite collo meo sicut fardellum imponitur
[illegible] de [illegible] infirmata est virtus mea. deo in
[illegible]. dedit me dominus in manu. s. caldeorum de qua
non potero surgere. abstulit omnes magnificos meos de medio mei [illegible]
abstulit omnes magnificos meos. regem et prin
cipes prophetas et sacerdotes. vocavit adversum
me tempus. s. afflictionis et destructionis. torcular cal
cavit dominus. et quia sicut in torculari de vinis expri
mitur vinum sic in destructione ierusalem fuit effusus
sanguis iudeorum. Idcirco ego plorans. [illegible]
notatur fletus et doloris habundancia. quia longe
factus est a me consolator. i. quia [illegible]
solatorem suam licet sit ubique per essentiam et presen
tiam. facti sunt filii mei. i. habitatores ierusalem per dira fame
mortalitate et gladio. expandit syon manus suas.
loquitur de syon sicut de persona misera et auxilium querente
expandit manus suas omnibus transeuntibus querendo [illegible]
[illegible] et non invenit. mandavit dominus adversum iacob.
i. populum eius in circuitu eius hostes eius. quia populi confines
in circuitu iudee venerunt cum caldeis ad destructionem
ierusalem. facta est ierusalem quasi menstruata eius polluta. i. ab
abhominabilis. Iustus est. hic se in persona ierusalem
confitetur divinam iusticiam in destructione ierusalem propter divinam
offensam dicens iustus est dominus. quia os eius ad iracundiam provocavi. transgrediendo legem
ex ore eius datam. exodi. xx. capitulo. audite obsecro
universi populi. conclusionem penam meam. et videte dolorem
meum. non solum de pena michi illata sed etiam de
dei offensa de qua plus dolebat se. et alii nisi quod de
pena. vocavi amicos meos. i. egypcios michi con
federatos et ipsi deceperunt me. quia rebellavi calde
is ex eorum confidencia et ipsi non tulerunt michi
auxilium in mea miseria. sacerdotes mei et se
nes mei. i. iudices ordinarii. in urbe. s. fame ierusalem
consumpti sunt. s. fame et multo plus alii qui non ha
bent in tanta caritate. vide domine quoniam tribu
lor conturbatus est venter meus. et redundancia mi
tere ad corpus [illegible] est cor meum. i. sensus meus
absortus et primo dolore. foris interfecit gladius
et loquitur tempore obsidionis quo moriebantur omnes qui
extra ierusalem inveniebantur. et domi. i. intra civitatem
morti similis est. quia aliqui moriebantur fame aliqui
gladio et aliqui lapidibus per machinas projectis
ab extra. audierunt. s. caldei me obsidentes quia
ingemisco. pre fame et aliis miseriis et non est
qui consoletur me. veniendo ad auxiliandum michi
omnes inimici mei. qui erant in exercitu caldeorum au
dierunt malum meum talem et tantum quod non possim
[illegible]. letati sunt. obsidentes civitatem ali
quam multum gaudent quando audiunt quod illi qui sunt intus
non possunt tenere civitatem. quoniam tu fecisti. i. de hoc
non attribuit caldeorum virtute sed ex punitione tue iu
sticie. adduxisti. i. adduces loquitur ei de futuro per
modum preteriti propter certitudinem propheticam videbat enim
propheta futuram in babilonis destructionem ad iudeorum
consolationem quia per hoc hostes eorum similiter reddendi
[illegible] et cetera. Ingrediatur omne malum eorum
coram te et vindemia eos. destruendo
[illegible] et bona rapiendo et hoc dicit propheta
non zelo vindicte. sed dei iusticie.

Quomodo. II

hic continuatur destructionis lamentacio secundum ordinem alphabeti et
primo lamentatur destructionem civitatis et templi dicens
admirando. quomodo obtexit caligine. s. tribulationis

in ardore in furore suo .i. in excessu sue iustitie. filiam
syon .i. ihrlm ut expositum est cap. precedenti. proiecit de
celo in terram .i. de statu firme honorabili ad infime mise
rie. inclitam israel .i. ihrlm que erat metropolis et nobi
lissima in regno et non est recordatus scabelli pedum suorum
.i. templi quod incenderunt caldei et dicitur scabellum pedum dei
quia in eo erat archa testamenti et propitiatorium quod erat
quasi sedes dei et archa quasi scabellum illius sedis sicut dictum
fuit diffusius exo. xxv. precipitavit dominus sed in viae in
[illegible] nec pepercit ex sua iniqua. eo quod hec semper in
[illegible] omnia speciosa iacob .i. regnum et sa
[illegible] civitatem et templum et per consequens alias civitates
et fortalicia. polluit regnum .i. ostendit pollutum
multiplicibus peccatis ex rigore sue punitionis. confregit
in ira furoris sui .i. in excessu sue iustitie omne cornu
israel .i. omnem statum dignitatis et fortitudinis defensi
onis. avertit retrorsum dexteram suam a facie ini
mici quod potest dupliciter intelligi uno modo referendo ad
deum eo quod non defendit populum israel a suis inimicis
et sic avertit dexteram suam virtutem ab eis alio modo
referendo ad populum a quo deus subtraxit virtutem et in
dustriam se defendendi et sic avertit dexteram iudeorum
a facie caldeorum. et succendit in iacob .s. per caldeos
ihrlm et terram in circuitu incendendo tetendit ar
cum suum .i. varios modos invadendi civitatem per
exercitum caldeorum vel archum ad litteram quia in exercitu
caldeorum erant multi sagittarii quasi inimicus. Sicut enim
conferendo beneficia ostendit se amicum ita inferendo penas
iudicat a simplicibus inimicus. licet hoc faciat
ex caritate ad purgationem malorum et exercitium bonorum
in virtute patientie et occidit omne quod pulchrum erat visu et in
in tabernaculo filie syon .i. in templo domini quod erat in monte
syon. quia sacerdotes occisi fuerunt ibi ut dicitur infra eodem
cap. et omnia preciosa inde asportata. cetera patent ex dictis
usque ibi et replevit in filia iuda .i. in gente iudeorum
humiliatum et humiliatam quia omnes utriusque sexus humiliavit
in servitutem et captivitatem reddigendo et dissipa
vit quasi ortum cuius clausure dissipantur. collectus eius pro
tentorium suum .i. templum salomonis quod erat dispositum in ma
[illegible] et sicut tabernaculum quod fecerat moyses
in deserto oblivioni tradidit dominus .i. tradi fecit in syon
festivitatem et sabbatum. quia destructo templo et populo capti
vato talia cessaverunt quasi per annos lxx. repulit dominus altare
suum permittendo illud destrui per caldeos. maledixit sancti
ficationi sue .i. templo in quo sanctificabantur homines
per sacrificia et ob hoc dicitur maledixit .i. malefecit
dicitur enim dei est facere [illegible] dixit et facta sunt. licet autem
deus non sit actor mali culpe est tamen actor mali pene
et sic maledixit templo inquantum per caldeos ipsum destruxit quod
sedem ordinem sue iustitie tradidit in manus inimici
muros turrium eius .s. ipse enim templum erat turris notabilis
et ad loci defensionem. vocem dederunt in domo domini
.s. adversarii exultando de captione et spoliatione loci sicut
in die solempni .i. sicut in solempnitatibus solebat
[illegible] laudes dei. cogitavit dominus etc. quia
ab eterno providit omnia in tempore fienda tetendit fu
niculum suum ad destruendum secundum rigorem sue iusti
tie. isto modo dicitur sedes regum [illegible] mensus est david duos fu
niculos unum ad occidendum etc. luxitque [illegible] murale
est pugna [illegible] inter principale in clausuris civi
tatis et utrumque fuit dissipatum in ihrlm. Defixe sunt
hic specialiter lamentatur iheremias destructionem plorans et afflicti
onem tamen continuando se ad precedentia prosequitur de ci
vitatis destructione. d. defixe sunt in terra porte eius .i.
amote de locis suis et [illegible] rege
eius .i. sedechias qui fuit ductus in babilonem et plures
de principibus suis non est lex .i. doctor legis quia fuit

[illegible] exponitur. potest etiam exponi de lege
[illegible] que tunc ablata est ut dictum est cap.
precedenti. que postea fuit per esdram reparata. et pro
phete eius .i. prophete ihrlm quarum aliqui erant veri sed falsi prophete
[illegible] non invenerunt visionem a domino. sed imag
[illegible]. sederunt in terra
conticuerunt senes filie syon .i. ihrlm. q.d. illi qui prius
erant [illegible] in honore et loquebantur cum auctoritate sunt
honorati et nunc pre confusione. consperserunt cinere capita
sua in signum tristitie aliqui libri habent hic abiecerunt
virgines ihrlm sed non est in hebreo et ideo et hoc
bene refertur ad senes. accincti sunt ciliciis .i. signum
penitentie. abiecerunt in terram capita sua virgines [illegible]
in angustia defecerunt. pre lacrimis oculi mei .s. [illegible]
sunt iheremie compatientis miserie populi sui. conturbata
sunt viscera mea etc. q.d. intantum doleo quod videtur
mihi quod omnia membra mea vitalia debeant cadere
in terram cum destructione populi et lactentis ex defectu
[illegible] lactantes idem est quod exhibere lac. lactan
tes idem est quod lac sugere et inde dicitur lactens .i. lac
sugens id est [illegible]. in plateis etc. ex quo. [illegible]. cui compara
bo te. etc. et sequitur et consolabor te solatium enim miseri
est habere socium in pena sed hoc non invenitur [illegible]
et sequitur [illegible]. Cui comparabo te. etc. q.d. non invenio
aliquam civitatem ita afflictam quam possem tibi
in exemplum proponere pro aliquali tua consolatione
ideo sequitur magna est enim velud mare contritio
tua .i. sic excedit contritiones aliarum civitatum sicut
mare aquas fluminum ideo sequitur quis medebi
tur .q.d. nulla possit nisi deus. Prophete. hic spe
cialiter innuitur causa falsos prophetas qui regem et populum
induxerunt ad rebellandum iheremie prophete. prophete tui
viderunt tibi falsa. ex sua adinventione et stulta quia
per hoc sequuta est destructio tua nec aperiebant
iniquitatem tuam et [illegible] arguendo. Sed vide
runt tibi assumptiones falsas [illegible] et eiectiones
[illegible]. inducendo te per falsas promissiones ad assumendum
bellum contra caldeos. et eiectiones .s. de terra tua in
captivitatem que est adhuc secuta. plauserunt
super te manibus deridendo fatuitatem tuam et cala
mitatem tuam. hecine est urbs dicentes [illegible] decoris
etc. [illegible] pulchre et magnifice edificata erat cum sa
lomon quod delectabile erat omnibus in ea habitare. ape
ruerunt super te os suum omnes inimici tui. s. caldei et
alii eis adherentes conferendo ad invicem de tua
destructione [illegible] sequitur devorabimus et quia hoc
faciebant ex magna voluntate ideo sequitur en ista
est dies quam expectabamus. s. cum magno desiderio
fecit dominus que cogitavit .i. ab eterno disposuit comple
vit sermonem suum quem preceperat a diebus antiquis
.s. in deut. xxviii. [illegible] comminatur penas terribiles nisi
declinarent ab ydolatria et exaltavit cornu
inimici. ex sua victoria et detentione tua. Clama
vit [illegible]. hic iheremias inducit populum ad querendum
dei auxilium et quia ad hoc fecit adversariorum iniuria ideo se
quitur clamavit cor eorum .i. caldeorum ad dominum .i. contra
dominum eum blasphemando tamquam impotentem ad populi sui
defensionem potest etiam hoc aliter exponi de iudeis.
clamavit cor eorum ad dominum etc. quia iudei
videntes quod non poterant ultra defendere [illegible] cla
mabant ad deum querendo eius auxilium deduc quasi
torrentem lacrimas [illegible] flendo. non des requiem
tibi. ab operibus penitentie cessando. nec taceat pupilla
oculi tui. fletum interrumpendo. consurge .i. [illegible] surge
[illegible] et mente ad divinam laudem ut possis invenire
[illegible] in principio vigiliarum .i. celeriter et expedite
effunde sicut aquam cor tuum .i. perfecte sicut aqua

effundimi p fletum cetenis lacrimis et talis effu
sio idem est q intensa deuocio. leua ad eum
manus tuas pro aia. i. pro aiabus puulorum &c.
qd dupliciter potest intelli vno mo ut anime
ille recipiantur in sinu abrahe. alio mo ut
mors illorum innocentum in orone recordetur aure
dum ad prouocandum dei vindictam contra caldeos
vide dne et considera. p ode scelus hoc tue pieta
tis. q vindemiauis. ita. i. spoliauis omnibus
bonis intantum q fame moriuntur. g. ne come
dent mulieres. q. d. sic factum est legitur enim iiij.
regum. vi. q in obsidione samarie mulieres co
mederunt filios suos pr nimis magnitudine et
idem credibile est accidisse in ihrlm per caldeos
prius expulsi de iusticia. iiij. puulos ad mensuram
palme. pregnantes enim mulieres pre angustia secedo
loculis pariebant ante tempus fetus imperfectos et sic
statim comedebantur a matribus qui immediate ua
riebant. et hec miseria prodicitur uideris deut. xx
viij. ca. si declinaret ad ydolatriam qd fecerunt
ut patet libro iudicum et regum. si occiditur campi
hic. si. pro quia q caldei passim interficiebant
sacerdotes in templo dni vbi tamen perire deberent
pro sanctitate loci. iacuerunt in terra. in sepulti
pueri senex et iuuenis eo. differendo illam penam
tamen in omnibus operibus dei semper cum iusticia cur
tua. vocasti qui ad diem solempnitatis &c. q. d.
sicut ad solempnitatem prompte et libenter confluunt
homines sic gentes in circuitu iudee habitantes prop
te et gaudentes venerunt cum caldeis ad destru
ctionem urbis. quos educaui et nutriui. i. habitato
res ihrlm qui dicebantur eius filii. inimicus meus
i. caldeorum exercitus. consumpsit eos. partim fame in lo
go obsidione et partim gladio in urbis captione.

Ego vir. III

hic describit lamentacionem
tertiam sub eodem alphabeto. et dicit hic
ra. sanctus q ieremias scripsit istud capitulum postquam
ioachim filius iosie combusserat librum suum in quo
erant scripta alia tria capitula. s. primum scdm
et quartum sicut dicitur supra. xxxvj. et ip
his tunc illius capituli dicitur q ieremias tulit aliud vo
lumen et dedit illud baruch qui scripsit in eo omnes
sermones libri prioris et insuper additi sunt sermones plu
res quam ante fuerunt. et ad hoc de notandum sub q
hoc libro posuit tres versiculos in hoc capitulo sed
istud dcm videtur repugnare illis que supra dicta. s. q
ieremias hic lamentatur destructionem ciuitatis iam
factam qui vidit prophetiam suam completam q combustio
illius libri et scripturarum fuit longe ante destruc
tionem ihrlm. s. iiij. anno ioachim filii iosie vt
ibidem dicitur qui regnauit. xi. anno et post eum
iechonias filius eius tribus mensibus et post eum
sedechias. xi. annis iam q in eius anno. xi. fuit
ihrlm destructa. Ad hoc dicendum q ieremias
vidit destructionem ciuitatis dupliciter. vno modo
visione intellectuali et prophetica et sic eam deplo
rauit scribendo antequam eueniret. alio modo
corporali visione quando fuit completa. et sic eam
deplorauit illud qd prius scripserat p modum
lugubris carminis ore proferendo. Igitur
presens capitulum in tres partes potest diuidi. q primo
ieremias suam miseriam et populi lamentatur. scdo
dei in ipsum iusticie sue annexam confitetur ibi. misericordie
dni. Tercio ad lamentandum miseriam reuertitur
ibi consumpsit. Circa primum dicit in persona sua

et populi. Ego vir videns paupertatem meam. in
spoliacione ciuitatis et captione. in virga indigna
tionis eius. i. vindicte et correctionis dei. me minauit
per exercitum caldeorum in captiuitatem ducendo
adduxit in tenebras. me includendo in locis
tenebrosis. potest etiam hoc intelli de sedechia
qui erat caput populi et excecatus ductus fuit
in babilonem tantum in me vertit. loquitur ad modum
hominis iusti afflicti cui videtur q nulla afflictio
alia sit sue comparanda et sic dicit se solum afflictum.
vetustam fecit pellem meam. ex fame et labore
que accelerant senectutem. contriuit ossa mea
i. robur corporis mei. edificauit in gyro meo
q caldei posuerunt tentoria in circuitu ihrlm ne
aliquis posset egredi ad fugiendum nec ingredi
ad auxiliandum. ideo subditur. et circumdedit me
felle. i. cordis amaritudine. et labore. in defensione
murorum et etiam in operibus laboriosis et seruilibus
post captionem ciuitatis. in tenebrosis collocauit
me. hoc dicit quantum ad illos qui fuerunt incarce
rati in babilone sicut sedechias et plures alii.
Circumedificauit &c. hoc potest exponi de obsi
dione ciuitatis in gyro vt predictum est et etiam de illis
qui in babilone fuerunt reclusi in ergastulis vnde
non poterant egredi. aggrauauit compedem meum
q aliqui fuerunt positi in compedibus tanti ponderis
sic q vix poterant se mouere. Sed et cum clamauero
&c. q. d. sicut est exclusum omne humanum auxili
um ita etiam diuinum videbatur enim ieremias captiuitas
per longum tempus duratura. et ideo subdit. conclusit vi
as meas lapidibus quadris. q. d. nullo modo
pro me possum euadere q nulla clausura fortior
est diuina sententia. Vrsus insidians factus est michi. non
per se sed per caldeos qui ex ordinatione diuina me cepe
runt per vias occultas et manifestas. tetendit archum
suum. In exercitu enim caldeorum erant multi sagittarii
qui ex omni parte mittebant sagittas ad interfi
ciendum defensores murorum ideo subdit. in renibus
meis misit filias pharetre sue. i. sagittas que
dicuntur filie pharetre secundum modum loquendi he
breorum et quia sicut filie a matre custodiuntur
sic sagitte in pharetra pro custodia reponuntur
factus sum in derisum omni populo. omnes enim naciones
iudeos deridebant sicut deuictos et captiuatos
canticum eorum tota die. de talibus enim victoriis solent
fieri cantilene ad laudes triumphancium et vitupe
rium deuictorum ideo subdit. repleuit me amaritu
dinibus &c. pena enim grauis nomine potus amari designatur
etiam secundum communem modum loquendi. confregit ad
numerum dentes meos. q. d. tanta afflictione sustinui
ac si omnes dentes mei fuissent sigillatim confracti. [illegible]
[illegible] dicit q hec est sua. confregit in arena omnes dentes
meos. q iudei de terra sua eiecti faciebant pa
nes [illegible] in quibus conmiscebantur pulueres
et harene secundum qd dicitur ezechiel. iiij. sic co
medent filii israel panem suum pollutum inter gentes
ad quas eiciam eos. et sic ex harena quam ipsa oportebat
debant dentes mundificantur. Cibauit me ci
nere comixto in pane. et repulsa est anima mea ab
omni consolacione. oblitus sum bonorum. i. ita elongatus
sum a bonis. ac si ea nunquam habuissem. et dixi periit
&c. loquitur in persona infirmorum qui quasi cadebant
in desperacionem ex pondere malorum et ideo super hoc
apponit de spem diuini in persona populi tamen afflictum di
cens. recordare mei dne. paupertatis quam sustineo
in amocione omnium bonorum. et transgressionis mee
et ampius ibi transgressionis. et passione. i. afflictionis

uero quam caldei intulerunt michi. Unde sequitur: Memoria memor ero, scilicet peccatorum meorum quibus ista merui. In hebreo habetur: memoria memorare tu domine ad puniendum. Et tabescet in me anima mea, de primo proponere confusa. Et quia talis confusio adducit gratiam, ideo subditur: hoc recolens in corde meo humilis in deo sperabo, de consecutione divine misericordie. ¶ Misericordie. Hic propheta confitetur divinam miserationem que semper concomitatur iusticiam suam, propter quod pena a deo inflicta est patienter toleranda. Et primo ponit huius confessio. Secundo tollit errorem occasionem ibi: Non enim. Dicit igitur: Misericordie domini, supple apparent in punitione nostra, quia non sumus consumpti, licet hoc meruissemus peccata nostra, quia non defecerunt miserationes eius, dimittendo nobis reliquias populi, quamvis non meruissemus. Novi diluculo, id est a pueritia mea, que dicitur diluculum vite humane sicut senectus dicitur vespera. Fuit enim Ieremias a pueritia illustratus cognitione divina, ut habetur in principio huius libri. Multa est fides tua, id est fidelitas, et dirigit sermonem ad deum qui est fidelissimus remunerator bonorum. Ideo subdit: Pars mea dominus, quasi dicat sufficit michi pre omnibus. Propterea expectabo eum, id est remunerationem eius. Bonus est dominus sperantibus. Replicatio est eiusdem sine ad maiorem affirmationem. Bonum est prestolari cum silentio, id est patienter et absque murmure tribulationis tempore. Et quia hoc facit exercitium patientie, ideo subditur: Bonum est viro cum portaverit iugum etc. Sedebit solitarius et tacebit, ut in patientia exercitatus. Quia levabit se super se, aspirando ad bona celestia et contempnendo terrestria. Ponet in pulvere os suum, humiliter loquendo. Si forte sit spes, que est expectatio future beatitudinis, et dicit forte non propter mutabilitatem ex parte dei sed ex parte liberi arbitrii, quia homo quantumcumque exercitatus in virtute patientie propter flexibilitatem liberi arbitrii potest ab ea cadere, et sic frustrari remuneratione. Et quando homo perfectus in virtute patientie non solum sustinet adversa patienter sed etiam gaudenter, secundum illud Actuum quarto: Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Ihesu contumeliam pati, ideo sequitur: Dabit percutienti se maxillam, voluntarie se offerendo. Saturabitur opprobriis, in ipsis gaudendo. Et quia iste fit intuitu future mercedis, ideo subditur: Quia non repellet dominus in sempiternum, scilicet iustos tribulari permittendo. Quia si abiecit, in presenti vita, et miserebitur, in futura, secundum multitudinem miserationum suarum, quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis, Ro. viii. ¶ Non enim. Hic removet erroris occasionem et dividit in duas secundum duplicem errorem, secunda ibi: Quis est. Circa primum sciendum quod aliqui acceperunt occasionem errandi eo quod videbant iustos in presenti vita ut communiter tribulari, credentes quod hoc esset deo per se et directe placitum, quod non est verum, sicut amaritudo medicine non est accepta medico per se sed solum ratione sanitatis consequende. Et sic est de penis presentis vite que sunt quedam medicine rectitudinis dei qui est medicus animarum. Et hoc est quod dicitur: Non enim humiliavit, penis et afflictionibus vite presentis, ex corde suo, id est per se et electione directa, sed ut per exercitium patientie sequatur premium glorie. Ut conteret sub pedibus suis. Reasumitur non enim ex corde suo, id est electione directa, hoc non fecit, et similiter quod subditur: Ut declinaret iudicium viri, permittendo eum iniuste tribulari. Ideo subditur: Dominus ignoravit, id est non approbavit maliciam facientium. ¶ Quis est. Hic removetur

secundus error. Ex hoc enim quod iusti in presenti vita ut frequenter tribulantur et impii prosperantur, crediderunt aliqui quod deus non haberet noticiam de hiis que fiunt in terra, ex quorum persona dicitur Iob xxii: Circa cardines celi perambulat nec nostra considerat. Sed hoc est erroneum non solum secundum sanctos sed etiam secundum philosophos. Philosophus enim in primo de anima arguit contra Empedoclem ducens ipsum ad istud inconveniens, scilicet quod deus aliquid ignoret, scilicet discordiam quam nos cognoscimus. Propter quod dicit Ieremias: Quis est iste qui dixit ut fieret, scilicet aliquid in terra, domino non iubente, id est deo non providente et ordinante. Et similiter quod sequitur: Ex ore altissimi, id est ex eius dispositione, non egredientur nec bona nec mala, que scilicet fiunt in terra. Et ideo consequenter inducit ad tolerantiam adversorum, que a deo ordinantur ad meritum et premium electorum, dicens: Quid murmuravit homo vivens, afflictus in presenti secundum dispositionem dei. Vir pro peccatis suis, propter penam expiandis. Scrutemur vias nostras etc. Quasi dicat: si diligenter scrutemur conscientias, inveniemus plura peccata. Et revertamur ad dominum, per penitentiam. Levemus corda nostra, in orationem devota, que est ascensus mentis in deum secundum Damascenum, cum manibus, ut simul elevemur mente et corpore. Nos inique egimus. Hic etiam Ieremias erat innocens et sanctus, tamen connumerat se iudeis peccatoribus, quia erat de populo illo. Idcirco tu inexorabilis es, non ex defectu tue pietatis sed ex actu nostre iniquitatis. ¶ Operuisti. Hic Ieremias revertitur ad lamentandum suam et populi miseriam dicens: Operuisti, scilicet nos multitudine adversariorum, in furore, id est in vindicta tue iusticie, et percussisti nos fame. Occidisti, gladio adversariorum, nec pepercisti, propter demeritum nostrorum peccatorum. Opposuisti nubem tibi, id est peccatorum nostrorum caliginem. Considerasti ne transeat oratio, quasi dicat ex hoc nostra oratio fit inexaudibilis coram te. Eradicationem a iudea et abiectionem, in terra aliena, posuisti me, secundum ordinem tue iusticie. Aperuerunt super nos os suum, maledicendo et comminando. Formido et laqueus facta est nobis vaticinatio, id est vaticinatio tua et aliorum prophetarum cui non credidimus deiecit nos in formidinem, laqueum et contritionem. In hebreo habetur hic vastitas et contritio. Ideo videtur quod vicio scriptorum posita sit una dictio pro alia, scilicet vaticinatio pro vastatio, ex similitudine litterarum, et sic est sensus: Formido et laqueus, id est ex formidine fugientes unum periculum cecidimus in aliud. Sedechias enim formidans futurum rebellavit regi Babilonis, ad quod secuta est eius captio et exulatio et vastatio terre et Ierusalem. Contritio. Divisiones aquarum deduxit oculus meus. Per hoc designatur magnitudo fletus. Oculus meus afflictus. Sic ordinatur iste versus post precedentem in hebreo, quamvis in aliquibus libris nostris sit conversio. Dicitur: Quoniam oculus meus est afflictus, a magnitudine fletus. Oculus, id est fletus, non cessavit, eo quod non esset requies, scilicet laboris et miserie, donec respiceret etc. Quasi dicat: requies nobis non expectatur via humana, sed tantum divina. Oculus meus depredatus est animam meam, id est ex continuo fletu abstulit consolationem. In cunctis filiabus urbis mee, id est pro defectu civitatum iudee que dicebantur filie urbis Ierosolimitane que erat metropolis. In hebreo sic habetur: Oculus meus sordidavit animam meam, id est ex fletu continuo sordidavit faciem meam, in qua relucet anima magis quam in ceteris partibus, eo quod omnis sensus sunt in capite. Cetera sicut prius. Venatione ceperunt me, quia exercitus caldeorum insequendo Sedechiam comprehendit eum et multos alios, iiii Regum ultimo. Lapsa est in lacum vita mea etc. Ra. Sa. dicit

quod Ieremias hic prophetavit de Daniele qui fuit de tribu
regia in babilonem et fuit proiectus in lacum leo-
num et lapis positus super os laci vel hec. daniel.
vi. et xiiii. inundaverunt aque. i. multitudo adversan-
tium eo modo loquendi quo dicitur. ysa. viii. adducet
dominus super eos aquas fluminis fortes et multas regem
assyriorum etc. ¶ Dixi. periui. i. nullus remedium via
humana et quia non remanet nisi divina. ideo subditur. Invo-
cavi nomen tuum domine de lacu novissimo. i. de extrema
miseria vel illud potest exponi ad literam de Ieremia
qui fuit positus in lacu in quo non erat aqua sed
lutum ut habetur. Ie. xxxviii. et invocavit dominum et ex-
auditus fuit et de lacu eductus. ideo subditur appropinquasti
in die quando invocavi te dixisti ne timeas. ne aver-
tas aurem tuam. iudicasti causam anime mee. liberator mee vita
in iniuria morte. Ra. Sa. vero exponit hoc dictum
in persona populi dicentis quod illud refertur ad presentia tempora
in quibus deus iusto suo iudicio liberabat populum israel ab
adversariis ut in exitu de egypto et in multis aliis lo-
cis ut patet in libro iudicum et regum et est sensus iudi-
casti domine etc. i. convenisti me domine ab antiquo liberare
ab affligentibus me iniuste et ideo sic facias modo
propter quod subditur. vidisti domine iniquitatem. s. caldeorum
adversum me. quia crudeli et iniqua voluntate abusi
sunt victoria habita de iudeis. iudica iudicium meum
liberando me sicut consuevisti facere. audisti opprobria
eorum domine. non solum prolata contra populum tuum sed
etiam contra te ipsum quia deum israel reputabant impotentem
ad salvandum labia insurgentium. etc. explicatio
est eiusdem sive ad maiorem exaggerationem et cogitationem
eorum et sessionem videns. etc. i. tu domine qui vides omnia
tu vides quod caldei sedendo et stando derisorie tractant
et loquuntur de me. reddes eis vicem domine. quam tibi pla-
cebit secundum ordinem tue iustitie. dabis eis scutum cordis
i. obdurationem laborem tuum in principio vero habetur in he-
breo. obdurationem laborem tuum super eos qui dicit labor in-
ius eo modo loquendi quo dicitur actuum. ix. saule
saule quid me persequeris persecutionem enim suorum sibi
dicit propter laborem eius et dolorem quem fecerunt
caldei iudeis iniuste quorum plures erant mali captivos
meruerunt ut deus subtraheret ab eis suum auxilium
et gratiam et sic in malis obdurarentur et amedio
et plus mitterent ideo subditur persequeris in fu-
rore tuo. i. in vindicta tue iustitie et conteres eos
per eyeum et damnum ut habetur daniel v.

IIII

Quomodo. hic describitur
lamentatio secundum quarto alphabeto. et dicit
hic Ra. Sa. quod Ieremias scripsit istud capitulum lamentando mor-
tem regis Iosie secundum quod dicitur secundo. par. xxxv. luxerunt
Ieremias maxime cuius omnes cantores atque cantatrices
usque in presentem diem lamentationes super Iosiam reple-
cant etc. igitur enim in aliis capitulis precedentibus non
fiat mentio de lamentatione Iosie. oratio dicta ut patet quod Ie-
hic eius lamentatur vel quod lamentationes de Iosia apud
nos non habentur ¶ Sequitur igitur sensum istum quia hi
detur satis rationabilis primo capitulum in duas partes dividitur
quia primo ponitur huius modi lamentatio ¶ Secundo contra
adversarios invectio ibi gaude et letare. Circa primum
sciendum quod sicut dicit Ra. Sa. Ieremias lamentando Io-
siam in miseriam populi miseriam quia Iosias erat caput
populi et ideo de uno transit ad aliud propter connexionem
capitis ad membra et econverso et secundum hoc dividitur
in tres partes. quia primo Ieremias lamentatur regni mu-
tationem. Secundo populi destructionem ibi. sed et lamie. Tertio
Iosie occasionem ibi spiritus. ¶ Circa primum sciendum quod sic

Iosias fuit equissimus ut patet iiii. Re. et ii. par. sic
filii eius sibi succedentes fuerunt pessimi. i. Ioachaz
Ioachim et Sedechias ut patet iiii. Re. xxiii. et xxiiii.
et ideo post mortem Iosie fuit mutatus regni status a bo-
no in malum et hoc est quod dicit Ieremias admirative
quomodo obscuratum est aurum. per quod intelligitur status op-
timus regni sub Iosia propter auri claritatem et preciositatem
mutatus est color optimus. quia tempore Iosie viguit di-
vinus cultus et sub filiis suis ydolatria in hebreo habe-
tur mutata est massa bona per quam intelligitur Iosias ex quo
tamquam ex optima massa processerunt filii sui quod est mag-
ne admirationis materia ideo sequitur dispersi sunt la-
pides sanctuarii. i. Iosie filii qui dicuntur lapides propter obdu-
rationem in malo dicuntur tamen lapides sanctuarii eo quod processe-
runt de patre sanctissimo et est methaphorica locutio sic fre-
quenter fit in prophetis et isti tres filii Iosie sic fuerunt dispersi
quia Ioachaz vinctus ductus fuit in egyptum et ibi fuit
mortuus Ioachim interfectus proiectus fuit extra portas Ierusalem
ut dictum est. Ie. xxii. Sedechias vero excecatus fuit
ductus in babilonem et ibi mortuus. filii Syon. hic dicit
de filiis Iosie qui fuerunt nutriti in monte Syon ubi
erat domus regia. incliti quantum ad genus vel quia
secundum preceptum patris nutriebantur in moribus quamvis
consiliamalicia fuerunt perversi amicti auro. primo quia
alumni filii regum amicti auro utebantur vestibus
quo reputati sunt in vasa testea. i. vili abiecti ut
patet per predicta sicut fuerunt vasorum testeorum proiecti
in sterquilinium. Sed et lamie. hic consequenter Ie-
remias lamentatur populi miseriam et secundo subiungit miserie
causam ibi. propter. prima prima in duas quia primo lamentatur
miseriam famis secundo destructionem urbis ibi complevit.
Circa primum sciendum quod bestie communiter crudeles
naturaliter diligunt fetus suos et aliquando exponunt
se morti ad defendendum eos in obsidione vero Ierusalem
per caldeos tanta fuit fames quod viri et uxores ab-
scondebant cibum et celabant ad invicem sicut
fuerat predictum per Moysen deuteronomii xxviii. homo de-
licatus invidebit fratri suo et uxori que cubat in si-
nu suo ne det eis de carnibus filiorum suorum etc. et
eodem modo dimittebant filios et filias mori
fame celantes cibum ad mortem proximi differendam
et ideo plangit Ieremias crudelitatem populi sui maio-
rem quam bestiarum dicens sed et lamie. bestie sunt ha-
bentes faciem mulieris similem nudaverunt mammam
parem nutriunt fetus suos filia populi mei crudelis. i.
crudelior ipsis quasi struthio in deserto. que ponit ova
et postea abscondit in harena et sic dimittit nec
est sollicita de fetibus nec de educatione pullorum
et sic erant matres in obsidione Ierusalem respectu filiorum
ideo subditur adhesit lingua lactentis. i. lac sug-
gentis sicut dictum est. s. secundo capitulo ad palatum
eius in siti. i. ex nimia siti que desiccat linguam
parvuli petierunt panem. a patribus et matribus et non
erat qui frangeret eis. ex causa predicta qui ve-
scebantur voluptuose. ante obsidionem interierunt
in viis. fame dum quererent panem qui nutriebantur
in croceis. i. in vestibus suavibus et preciosis in hebreo
habetur in scarleto amplexati sunt sunt stercora.
in hebreo habetur fimos. sicut pauperes in
hyeme vestimenta non habentes involvunt se fimo.
et maior facta est iniquitas etc. quia ydolatria que
vigebat in iudea tunc sic dicente con. dominum gravius
punitum est quam sodoma. Ra. Sa. hoc exponit de
gravitate punitionis ut sit sensus et maior effecta
est iniquitas etc. i. gravius punita quam iniquitas
sodomorum et subditur ad hoc duplex ratio cum dicit
que subversa est in momento. i. non fuit longum

cunctam

cruciantur sicut iudei in ihrlm obsessi. secunda ciuitas dicitur et non ceperunt in ea manus. scilicet adiisarum. sodoma enim sicut subuersa per angelum et sic bona ciuitatis non rapuerunt sibi adiisarii sed bona ihrlm rapuerunt sibi caldei. et hec fuit vna pena iudeorum. scilicet quia adiisarii sui gaudebant de bonis eorum. candidiores nazarei. id est sacerdotes et leuite diuino cultui deputati qui erant induti lineis vestimentis et albis. niue. emphatica est locutio ad exprimendum intensionem albedinis et ad idem facit quod subditur. nitidiores lacte rubicundiores ebore antiquo. hebrei dicunt. rubicundiores auro saphiro pulchriores. in hoc denotatur pulcritudo ornamentorum maxime sacerdotum. denigrata est super carbones facies eorum per famem et miseriam et sitim. hic est emphatica locutio ad expressionem maledictionis et non sunt cogniti in plateis. id est distincti ab aliis ciuibus. adhesit cutis eorum etc. per defectum nutrimenti. melius fuit occisis gladio. et minus male propter breuitatem cruciatus. vnde iudith. vij. capitulo dicitur sic. famine enim breuius in ore gladii qui longior efficitur in ariditate sitis. manus mulierum misericordium. id est que esse solent misericordes coxerunt filios suos. etc. propter nimiam anxietatem famis. compleuit. hic consequenter lamentatur miseriam populi ex destructione ciuitatis cum dicitur. compleuit furorem suum dominus. id est vindicte sue effectum et succendit ignem in syon vbi erat templum et regis domicilium. et deuorauit fundamenta eius. id est ipsa syon quia non solum edificia que erant in monte syon fuerunt combusta sed etiam omnia alia que erant in pede montis et circa montem vt habetur supra. lij. capitulo non crediderunt reges terre. etc. quia saladinus potentissimus ihrlm munitam tam fortiter et minutam quam inexpugnabilis videbatur ¶ Propter peccata. hic consequenter tangitur potentia miserie causa et est duplex secundum ponitur ibi. cum adhuc. vna causa fuit occisio innocentum in ihrlm et maxime tempore manasse vt habetur iiij. Re. xxiiij. et hoc fiebat ad instinctum et exortationem falsorum prophetarum et sacerdotum vnde et mortem ipsius ieremie querebant vt habetur supra. xxvj. capitulo ideo subditur ¶ propter peccata prophetarum. etc. et patet littera erraverunt etc. littera ista est obscura et inuoluta. et misrapha exponitur accipiendo illud modum qui vnde videtur magis littere consonare. scilicet vt continuetur sic immediate precedenti quia loquitur de punicione iniqua innocentum quorum aliqui occidebantur et aliqui excecabantur et contra ad istos dicitur erraverunt ceci. id est iusti nequiter excecati. polluti sunt sanguine. scilicet aliorum iustorum occisorum quia non videntes ponebant pedes suos in sanguine sicut alibi. cumque non possent. scilicet recte incedere aliqui libri habent hic additum intrare. sed non est in hebreo nec in libris correctis tenuerunt lacinias suas. id est temperauerunt apprehendere oras vestimentorum videlicet vt sic exirent de locis sanguine repletis et ipsi videntes et maxime prophete falsi et sacerdotes non permittebant dicentes. recedite polluti. quia ceci sunt secundum veritatem essent iusti tamen malis reputabant iniqui. nolite tangere. scilicet nos ne vestra malicia inquinemur et propter hunc modum de talibus dicitur ysa. lxv. qui dicunt recede a me non appropinques michi quia immundus es. vngari quippe sunt. non enim sufficiebat falsis prophetis et sacerdotibus iustos affligere factis sed etiam affligebant verbis contumeliosis et quia tale factum erat execrabile etiam apud gentiles ad quorum noticiam deuenit hoc execrabile factum ideo subditur dixerunt inter gentes dominus non addet vt habitet in eis. propter maliciam ipsorum ideo subditur. facies domini. In hebreo habetur ira domini est tamen eadem sententia. diuisit eos. id est in diuisis

terris dispersit non addet vt respiciat eos. reducendo eos ad terram suam. facies sacerdotum. scilicet bonorum de quorum numero erat ieremias cuius verba mendaciis non receperunt sed multa opprobria et vituperia ei intulerunt ut patet per supradicta in prophetis et idem faciebant de aliis iustis potest etiam hec littera aliter exponi referendo eam ad caldeos qui propter maliciam iudeorum ab cognitam ut dictum est sic contempserunt totum populum quia deferebant aliquam reuerentiam antiquis ¶ Cum adhuc. hic ponitur secunda predicte miserie iudeorum que fuit vana confidentia in auxilio egyptiorum vt frequenter dictum est. supra et hoc est quod dicitur cum adhuc subsisteremus. id est antequam ciuitas esset capta. defecerunt oculi nostri expectando cum magno desiderio ad auxilium nostrum vanum. id est ad exercitum egyptiorum. cum respiceremus attenti. ad videndum si veniret ad obsidionem caldeorum. ad gentem que saluare nos non poterant. quia sicut dictum est. supra xxxvij. cum exercitus egypti esset in via veniendi in auxilium iudeorum rediit in egyptum timore caldeorum sibi occurrentium lubricauerunt vestigia nostra etc. patentia timore peruenire sicut quia timidi et tamen conclusa non intendunt firmiter. sed subiungendo appropinquauit finis noster. id est mors. quia illis finit occisi et reliqui captiuati que captiuitas est mors ciuilis velociores fuerunt persecutores nostri aquilis celi. quasi dicat pauperi aut illi potuerunt effugere ab eis super montes persecuti sunt nos. vbi credebamus esse tuti propter altitudinem loci in deserto nec insidiati sunt nobis. quasi dicat non patebat nobis aliquis locus fugiendi. Spiritus. hic consequenter ieremias lamentatur iosie mortem. Circa quod sciendum quod secundum hebreos ista est littera Spiritus narium nostrum christus domini captus est in foueis eorum. quod sic exponitur Spiritus narium nostrum etc. licet in hominibus respiracionem fiat per os et per nares tamen illa que fit per nares est melior secundum philosophum talis autem respiracio est vite humane saluacio quia ipsa deficiente deficit vita dicitur igitur ieremias in persona populi iudei. Spiritus narium nostrum. id est rex iosias ex sua bonitate et prudentia conseruator vite nostre christus domini. id est vnctus in regem ex ordinatione diuina captus est in foueis eorum. scilicet egyptiorum. dicit enim rabi salomon quod cum iosias iret ad pugnandum contra regem egypti et nollet acquiescere ut habetur iiij. Re. xxiij. et secundo. paralipomenon. xxxv. egyptii fecerunt foueas prope suum exercitum vbi iudei debebant eos aggredi que erant operte desuper et ideo exercitus iosie illuc veniens per foueas illas deceptus statim fuit debellatus et iosias letaliter vulneratus et ex vulnere illo mortuus. cui diximus. id est de quo viuente diximus in vmbra tua viuemus in gentibus. id est securi ab impugnatione gentium que erant nos circumstantes ¶ Expositores vero latini dicunt communiter hic ieremias prophetam de morte domini nostri ihesu christi et secundum hoc hec est littera. Spiritus oris nostri christus dominus etc. Circa quod sciendum quod vbi habemus hic domini. in hebreo habetur nomen domini tetragrammaton. quod non potest dici de aliquo nominatiuo cum nisi de deo vero verumptamen quia illud nomen est indeclinabile sicut et alia nomina hebraica indifferenter accipitur in casu nominatiuo et genitiuo et reliquis sicut hec nomina cerubin et seraphin in latino et ideo secundum quod iste passus exponitur nominatiuo sed potest prout exponitur de christo qui est verus homo et verus deus in vno supposito et sic est sensus christus dominus. id est christus verus homo verus deus qui est spiritus oris nostri. id est nos viuificans. In resurrectione. sic christus captus est in peccatis nostris. id est iudeis traditus propter peccata

per ysaac cuius filius fuit esau cota

tra delenda. qui dicimus in umbra tua vivemus
in gentibus. loquebatur enim ieremias in persona populi vel
prophetam est. Vidit autem ieremias aliquos de iudeis
fidem xpisti recepturos et per consequens sub umbra eius
victuros cum gentibus fidem xpisti recipientibus sub nomine
xpistiano. vidit et alios in infidelitate permansuros
et istos etiam vidit victuros inter xpistianos temporaliter
sub umbra xpisti. Una enim causa quare sic permittuntur
vivere inter xpistianos per penitentiam iudeorum. in magis habeant
memoriam xpisti sicut diffusius dictum fuit super
illud psalmi. lviii. deus ostendit michi super inimicos
meos ne occidas eos neque obliviscantur populi mei
etc. ¶ Gaudete. postquam posita est ieremias lamentatio
hic in fine ponitur consolatio. adversarios puniendos et
dicit hic. ra. sa. quod ieremias hic prophetat destructionem
romani imperii eo quod destruxit templum et captivavit
populum iudeorum tempore tyti et vaspasiani. et letare
filia edom. hic intelligitur roma secundum plures romanos
cum dicitur. gaude et letare cum filia edom. etc. q.d.
istud gaudium quod habuisti de destructione civitatis et
templi in tristiciam tuam convertetur. quia ad te veniet
calix vindicte divine. sed ista expositio non videtur bona
ut quia edom alio nomine dictus est esau. genesis
xxxvi. et sic edom descendit de sem filio noe
cum europa in qua est roma dicitur popolata fuisse
a filiis iaphet. patet. quod non videtur racionabile dicere
quod per edom significetur romanum imperium. patet.
quod dicunt doctores nostri quod per filiam edom intelligitur
ipsa idumea ab ipso esau prout dictus est edom
denominata et invehitur hic specialiter propheta contra ydu
meos qui debuerunt diligere filios israel eo quod de
scenderunt a duobus filiis uterinis s. iacob et esau
et ipsi magis e converso habuerunt eos odio et in
destructione ierusalem fuerunt cum caldeis gaudentes
de illa destructione ideo dicit gaude et letare fi
lia edom. q.d. ista leticia tanquam iniusta in tristiciam
convertetur qui habitas hus ista hus nomine illa
de qua natus fuit iob. proprio sed alia eiusdem
nominis habens extra in regno ydumee frequenter et in scrip
tura reperitur quod due civitates vel loca in diversis par
tibus eodem nomine equivoce nominantur. ad te quoque
perveniet calix. i. pena dive ultionis. inebriaberis
i. ad plenum punieris atque nudaberis. honore
et aliis bonis. completa est iniquitas tua filia syon.
i. complebitur in fine. lxx. annorum quia tunc revertetis ad terram
tuam. completa captivitatis tue pena que pro peccatis
tuis est inflicta. non addet ultra. s. dominus ut transmigret
te de terra tua eiciendo sed in terra illa in conditio. s. adherens
et firmas fideli domino deo tuo quia iste permissiones dicuntur intel
ligentur sub conditione sicut dictum est super. xviii. et ita factum
est quod filii israel non fuerunt eiecti de terra illa donec
negaverunt dominum suum ihesum xpistum coram pilato dicen
tes non habemus regem nisi cesarem. Iohannis. xix. eius
morte iniuste procurantes. patet. quod per romanos fuit penam
occisi et pena captivati. Visitavit iniquitatem
tuam filia edom. eam iuste puniendo. discooperuit pec
cata. peccata manifestans omnibus inferendo et loquitur
de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophecie

Recordare. V posita lamentacione
ieremie hic ultimo ponitur eius oratio in qua
ieremias explicat multipliciter populi sui miseriam
ad provocandum divinam misericordiam et dividitur in duas
partes. quia primo explicat miseriam ex parte captivacionis
secundo ex parte destructionis regni et templi ibi. cecidit co
rona. Circa primum dicit recordare domine. i. ex tua
pietate misericordiam nostram inspice condescende non enim obliviscens et re
cordacionem habet in deo proprie locum sed ad modum recordan
tis alicuius miserie habet quando ei auxilium prebet. hereditas
nostra versa est ad alienos. quod erat captivitatis magna pena
maxime quia illa terra fuerat patribus eorum a deo concessa. pupilli
facti sumus etc. viri enim bellatores mortui fuerant et occisi
pro maiori parte et sic filii remanserant pupilli et
uxores vidue. ¶ Sciendum tamen quod pupillus proprie est qui
caret matre orphanus patre unum tamen frequenter accipitur
pro alio. aquam nostram pecunia bibimus. etc. quia extra ci
vitatem babilonis non permittebantur uti communibus aquis
et nemoribus libere sicut babilonienses et emebant talia
sicut servi. cervicibus nostris minabamur. i. de amputa
tione capitis. lassis non dabatur requies quia
babilonii cogebant eos ad laborem ultra modum.
¶ Consequenter explicat miseriam que fuit ante civitatis de
structionem. circa dicit. Egipto dedimus manum
et assyriis. quia aliqui confederaverunt se cum illis aliqui
cum illis ut possent evadere contra insultum regis babilo
nis et sic possent tollere terram suam ad habendum victum de
terre nascentibus. patres nostri peccaverunt. pro multis ydo
dolatriis. et non sunt. super terram viventes. et nos in
iquitates eorum portavimus. patet. enim iniquitates tempore
manasse regis fuit destructa civitas et populus captivatus
ut habetur. iiii. Regum. xxiiii. qui longe ante captivitatem
mortuus fuit et alii eiusdem temporis bene enim puniuntur filii
pro parentibus temporaliter et maxime quando sunt imitatores
priorum scelerum sicut fuit in proposito. Servi dominati sunt
nostri. i. illi qui prius fuerant nobis tempore enim david et sa
lomonis ydumei et alii populi circa iudeam habitantes erant
tributarii regi iude sed captivitate ultima de iudeis
facta sunt eis servi quia in illa captione fuerunt cum babilonie
et sic habuerunt partem aliquam de captis. in manibus
nostris. i. in periculo vite nostre afferebamus. panem nobis
i. victum nostrum eius cum sequitur. a facie gladii in deserto
ubi ponebantur insidie ad nos spoliandum et inter
ficiendum. pellis nostra quasi clibanus exusta est. i. exsic
cata et denigrata. a facie tempestatum famis et de
fectu enim nutrimenti cutis desiccatur et nigratur. mu
lieres in syon humiliaverunt. s. caldei et alii adversarii
in eis abutendo etiam in loco sacro et multo fortius
in aliis ideo sequitur virgines etc. principes manu sus
pensi sunt. quia aliqui de principalibus populi ex quorum
consilio rebellavit sedechias in destructione facta
fuerunt patibulis per manus affixi. facies senum non
erubuerunt. non reverentes eis tamen pro nectere etatis in
hebreo habetur. mola honerati sunt facies senum
etc. quod exponens. Ra. sa. dicit quod cum ducerentur
captivi in babilonem illi qui ducebant eos cogebant
eos ad portandum molas ad terendum bladum et similia
quibus indigent exercitus nec in hoc deferebant alicui propter
senectutem. adolescentibus impudice abusi sunt. vicio
sodomitico et pueri in ligno corruerunt. quia aliqui eorum
fuerunt suspensi ut dicunt aliqui in hebreo sic habetur
et pueri in ligno debilitati sunt. quod exponit. Ra. sa. de
hiis nobis qui poterant aliquod pondus portare et illis
imponebant ligna portanda in itinere sicut iam supra
morali ut positum est. senes defecerunt de portis. s.
ierusalem et aliarum iude civitatum ubi ante destructionem
sedebant senes tamentur ad iudicandum. iuvenes
de choro psallentium. quia partim erant trucidati
et partim captivati. patet. quod sequitur defecit gaudium cordis
nostri etc. et parum ¶ Cecidit. hic consequenter explicat
miseriam ex destructione regni cum dicit cecidit corona
et secundum diuturnam ve nobis quia peccavimus. q.d. hoc
malum et alia mala propter peccata nostra sustinemus. ideo
contenebrati sunt oculi nostri. ex continuo fletu consequitur

explicat miseriam ex destructione templi cum dicit. *propter montem* id est propter illum templum in monte syon edificatum. *vulpes ambulaverunt in eo*. id est in situ templi que solent habitare in locis desertis. *Tu autem domine in eternum permanebis*. etc. q. d. licet templum sit destructum quod dicebatur sedes tua eo quod erat ibi presentia tota tamen remanet firmum solium tuum in celo ubi principaliter relucet lumen divinum et ideo convertit se ieremias ad dei misericordiam implorandam dicens *quare in perpetuum oblivisceris nostri*. etc. q. d. non decet tuam clementiam ideo subdit *converte nos domine ad te et convertemur* quia debita conversio liberi arbitrii ad deum presupponit in sinceritate divinam que dicitur gratia preveniens *innova dies nostros sicut a principio*. quum in mirabilibus tuis introduxisti nos in terram promissionis. *sed proiciens repulisti nos*. in captivitatem eiciendo. *iratus es contra nos vehementer*. puniendo ultra id quod possumus sustinere licet hec pena non excedat ordinem iustitie. q. d. respice nos oculo pietatis et misericordie quia tibi proprium est misereri et parcere qui vivis et regnas deus per omnia secula seculorum amen.

Explicit postilla fratris nycholay de lyra super ieremiam cum libro trenorum

Deo gracias

.i. fuit volumen.

Primum

Istud volumen scripsit petrus de francia ad mandatum domini p. alfonsi de ribera archidiachoni de cornado. Anno domini millesimo quadringentesimo quinto et continuatur primo volumini eiusdem materie et sic hunc manus continet in se a principio psalmista et libros omnes sapienciales necnon ysaiam et ieremiam quos famosissimus magister nicholaus de lira solempniter legit. Cuiusquidem voluminis secundum folium incipit. perfecte benediccionis patrie et tercium finem vero. ad tempus salvis filii sui. Tamen iste liber quidem ultimus huius voluminis ieremie est scriptus per me iacobum parisiensem. scriptum est totum volumen in ducentis quadraginta novem foliis.

LYRA.
IN SACRAM
SCRIPTURAM.

2